BYBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII XI PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE AIDANO GASQVET O. S. B.

S. MARIAE IN PORTICV CARD. PRESBYTERO

S. R. E. BYBLIOTHECARIO ET SCRINIARIO.

CODICES ARMENI

BYBLIOTHECAE VATICANAE


BORGIANI VATICANI BARBERINIANI CHISIANI

SCHEDIS FREDERICI CORNWALLIS CONYBEARE ADHIBITIS

RECENSVIT

EVGENIVS TISSERANT

BYBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR



ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXXVII



PIO · XI

PONTIFICI · MAXIMO

SACRVM

PRAEFATIO

Codices Armeni bybliothecae Vaticanae sunt 125, videlicet Borgiani 88, Vaticani 33, Barberiniani 2, Chisiani 2, quibus Psalterium pentaglottum iungimus Barberinianum unumque folium cod. Barber. orient. 130.

Praeter ea, quae de singulorum codicum historia in descriptione referuntur, hic pauca tantum in universum praemittimus. Inter codices « barbaricarum » seu « externarum » linguarum, qui sedente Iulio II in quinta capsa Pontificiae bybliothecae secretioris adservabantur, primum locum tenet [1] « 302. Liber pulcherrim(us): lingua armenia: & armenicis characterib(us): Cui titulus latinus i(n) p(ri)ma pagina p(er)script(us) est: Ep(istu)lę translatę d(e) latino i(n) armeniu(m). Sed mihi videtur esse potius i(n) astrologia: na(m) tabulę quęda(m) instar astronomicar(um) postea sequuntur ». Hic, qui solus Armenus erat, nunc est Vaticanus Armenus 3.

Anno 1686, cum inventarium codicum orientalium bybliothecae Vaticanae ab Abrahamo Ecchellensi inceptum Iohannes Mattheus Naironius absolvit, codices Armeni novem erant, [2] sed tertius tunc abfuisse videtur, cum eius enarratio desideretur, spatio ad eam recipiendam vacuo relicto. Adde quod numerus nonus « lunarium in 16 bombic. » iam Angeli Mai tempore non repperiebatur. Codices huius inventarii 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. hodie signantur 1. 2. 3. 13. 4. 5. 6. Codex 2, qui Francisci Antonii Santorii card. S. Severinae primum fuerat, deinde Guillelmi card. Sirleti, ab huius herede ex legato traditus est bybliothecae Vaticanae, Frederico Rainaldi custode, annis igitur 1585-1590; [3] de aliis codicibus nihil huc usque invenimus. Notandum tamen est rotulum, qui hodie num. 6 instructus mutilus incipit, tempore inventarii integrum exstitisse, ut demonstrant verba

---

[1] Vat. lat. 7136, f. 540; cf. Vat. lat. 7135, f. 50, ubi titulus praemittitur: « Armenica anonyma ».

[2] Vat. lat. 13201, f. 323-326v, praemisso titulo « Catalogus librorum Armenorum ».

[3] Archiv. bybl., n. 11, f. 155: « L(ette)re diuerse del Patriarca dell'Armenia Minore à Papa Gregorio xiij ».

recensentis: « Volumen oblongum, cuius titulus Litteris Maiusculis continens Orationes contra Terrae motum ».

Huic indici circa initium saec. XIX folium manu Ioseph Baldi, ut vid., scriptum additum est, ubi tituli leguntur codd. 10-14, nunc 8-12, nota praemissa « n. 9 Deest ». Nihil habetur de hodierno cod. 7, quem postea Angelus Mai in « lunarii » locum posuit. Horum codicum, qui n. 8 praefert Petri a Valle [1] fuit; 10, aeque ac 7, nomen ferunt Iohannis Angeli ducis ab Altemps inque bybliothecam e domo Ottoboniana venerunt; [2] 9, qui flagitante Ioseph Simonio Assemani scriptus fuerat, ab Abbate Mḫiṭar Clementi XI oblatus est. [3]

Nullus sex codicum Armenorum, quos possedit Ioseph Simonius Assemani, [4] in bybliotheca invenitur; noli tamen mirari, iam enim desiderantur in indice codicum, « qui ex fortuito incendio, quod in cubiculis bibliothecae adnexis die 30 Augusti An° 1768 contigit, superfuerunt ». [5]

Aliorum codicum historia perbrevis: codex 14 Leoni XIII dono dedit Alexander Volta Constantinopolitanus an. 1888; codd. 15-17 bybliothecae

---

[1] Cf. p. 237; I. S. ASSEMANI, ***Bibliotheca Orientalis***, t. I, Romae, 1719, p. 587: « IV. ***Vita s. Gregorii Illuminatoris*** Armenicè ***in 4. bomb. 14*** ».

[2] Cf. pp. 236, 240 et add.

[3] ***Bibl. Orient.***, I, p. 557: « Itaque Reverendissimum Petrum Mechitar .,. per litteras rogavi, ut eumdem Codicem à quopiam erudito monacho describi et ad Vaticanam Bibliothecam transmitti curaret »; p. 632, sub n. XCV codicum Arabicorum, quos Auctor ex Oriente advexit (!): « ***In fol.*** 132. Codex Armenicus exscriptus ex pervetusto exemplari, quod prostat Venetiis in Hospitio Monachorum Armenorum et a Petro Mechitar eorundem Monachorum Abbate dono oblatus est Sanctissimo Domino nostro ». Cf. Minas NURIKHAN, ***Il servo di Dio abate Mechitar fondatore dei Padri Mechitaristi***... Romae et Venetiis, 1914, p. 267; ed. angl. p. 271.

[4] Vat. lat. 8994 (ante diem 11 aug. 1768 script.), f. 89: « Codices Armenici Mss. I. Missale Armenorum. Cod. in fol. chartac. eleganter exaratus. II. Breviarium, secundum Ritum Ecclesiae Armenę, una cum Canticis, quae Dominicis, et diebus Festis cani solent, Cod. in 8. chart. eleganter exaratus. III. Lectionarium (i)d (est) Jarrantir Armenice nuncupatum; in multis a ceteris diversum, complectens Vitas Sanctorum, et Patrum Homilias, p(er) anni circulum recitandas. Cod. in fol. max. bombyc. saec. xi. elegantissimè exaratus a Vartane Monacho. IV. Professio Fidei Catholicę Romanae. Cod. in 4: bombyc. exaratus Alepi a Gregorio Diacono anno Armenorum 1034 [Christi 1534]. V. Pontificale Armenorum. Cod. in 4. chartac. exaratus anno Christi 1725. VI. Rotulus bombyc. complectens varias Preces, plerasque superstitiosas, cum Figuris, minio pictis, quarum magna apud Armenos auctoritas, quęque Amuletorum instar gestari solent. Is autem Rotulus exaratus est anno Armenorum 1132 [Christi 1316] ».

[5] Vat. lat. 13204.

Pontificiae tradidit s. Congregatio S. Officii; codd. 18-20 Pio XI obtulit Paulus Awad, archiepiscopus Cyprensis Maronitarum, an. 1923; cod. 21 e s. Congregatione pro Ecclesia Orientali venit mense feb. 1924; cod. 22 inter libros typis inpressos repertus est; codd. 23-32 in Oriente empti sunt vertente an. 1923.

Nunc vero, cum de Borgianis codicibus dicendum sit, primum significare volumus, quod historia eorum enucleari non poterit nisi perscrutato s. Congregationis de Propaganda Fide archivo, cuius exploratio ardua. Indicia itaque hic tantum conlegimus, quae nobis contigit eruere e codicum notis eque duobus indicibus in bybliotheca Vaticana adservatis. [1]

Ordinem primum manifestant notae arabicae, quae circa finem saeculi XVIII inscriptae sunt, [2] adiecto verbo « Armen(us) », quasque invenies in adpendice II, p. 366, cum hodiernis conlatas. Est tamen sciendum quod illae notae saepe in paginis internis operculorum scriptae non numquam cum integumentis antiquis periere. Sex notis minime repertis, triginta sex saltem tunc numerabantur codices Armeni. [3]

Ordo secundus, qui nullum in codicibus indicium reliquit, in catalogo legitur certe ante an. 1839 descripto, [4] cui titulus est: « Codici Armeni che si conservano nel Museo del Coll(egio) Urbano ». Hic catalogus numeros adfert 66, at libros 72, cum tres numeri 3. 18. 31 bis scripti sint tresque ad tomos binos pertineant. Praeter codices, quos primus ordo continebat, citantur hodierni 9. 12. 18. 20. 25. 26. 28. 29. 32. 39. 40 (I. III). 41. 44. 47. 54. 58. 59. 60. 61. 66. 87 (?), nec non tredecim, qui interpretationem latinam

---

[1] Borg. lat. 767 et 768.

[2] Post an. 1777, nam hymnarium hod. 7. 8, quod in hoc ordine signatur 13, tunc pro libro typis inpresso obtinebatur. Cf. quae diximus de simili ordine pro codicibus arabicis in ***Inventaire sommaire des manuscrits arabes du Fonds Borgia à la Bibliothèque Vaticane*** in ***Miscellanea Fr. Ehrle,*** t. V, Romae, 1924, p. 5 sq.

[3] Pro « 43. Borg. arm. 33 » in adpendice II legendum est « 33. Borg. arm. 33 ».

[4] Borg. lat. 767; catalogus enim codicum Georgianorum (f. 154) titulum praebet: « Manoscritti Giorgiani, che esistono nel Museo Borgiano an. 1839 ». Notae huius ordinis scriptae erant, ut vid., in schedulis non adglutinatis, quae aciem superiorem libri superabant; cf. ***Miscellanea Fr. Ehrle,*** t. V, p. 7 sq. Apographum inventariorum, quae hodiernum cod. Borg. lat. 767 efficiunt, exstat in cod. Vat. lat. 9574, ff. 330-410 (codd. armm. ff. 365^{v}-366^{v}), inter chartas Angeli Mai, qui die 18 dec. 1850 exemplar Musei Borgiani mutuatus est, cuiusque petitio recens conpacta est in cod. Borg. lat. 767, f. 289: « Si prega M^{r} Segretario di Propaganda se puo favorire a breve tempo l'Indice dei Mss^{t} del Museo di Propaganda nel Collegio, a fine di cercarvi qualche notizia, e poi restituire A(ngelus) C(ard.) M(ai). Quell'Indice fu fatto dal Cav. Drach. = Restituito = Il Rettore ».

*

librorum liturgicorum Armenorum continent, quique Borg. Lat. 135-147 hodie signantur. Duo codices omittuntur, quos habebat ordo primus, hodierni scil. 11 et 24, qua de causa nescimus.

Ordinem tertium et in Museo Borgiano de Propaganda Fide ultimum cognoscimus tum e schedulis dorso vel paginae internae integumentorum adglutinatis, cum ex inventario, quod sat adcurate digessit ann. 1855-6 Philippus Tancioni, conlegii Urbani rector.[1] Hic ordo, cuius notas invenies in adpendice III, p. 377, cum hodiernis conlatas, eosdem ac superior codices Latinos continebat, hodiernosque Armenos 1-61. Documenta quae nunc partes IV. V. VII cod. 65 efficiunt, in alio scrinio inveniebantur,[2] nec non hod. 66, qui in ordine secundo instruebatur n. 33.[3] Codices 37 et 61, in catalogo omissi, schedulas tamen praebent huius ordinis L. II. 37 et L. VII. 21. In catalogo omittitur quoque 31 per haplographiam, cum eumdem titulum « Miscellanea Armena » habeat ac cod. 30, sed schedula L. II. 31^{o} munitur. Tres titulos manus addidit, ut vid., altera in spatio vacuo relicto:[4] « Confutazione delle eresie Armene 11 », qui forsitan est hod. 87; « Codice Armeno continente i canoni antichi 12 », qui est hod. 60; « Sermones s. Iacobi Nisibeni 13 », qui videtur deperditus, nisi forte idem sit ac hod. 59, aliter L. VII. 1 signatus.[5] Praeterea, codex hod. 5, cui schedula L. II. 6 adposita est, respondet num. 5[6] catalogi « psalmi Davidis 12^{mo} », dum titulo num. 6 « Libro Ecclesiastico Armeno continente i salmi 12^{mo} » respondet hod. 83, qui sine schedula remansit.

---

[1] Borg. lat. 768, f. 44: « Scanzia 12^{ma}. Fila 2^{a} ». Scrinium in schedulis indicatur littera *L*. Aliud huius inventarii exemplum ad usum bybliothecae Vaticanae factum est, addito consensu notarum ante et post an. 1902, quo anno codices Vaticanas aedes ingressi sunt (cod. Vat. lat. 13243).

[2] F. 59^{v}: « Credenza 2^{a} (a sinistra di chi entra). Lettera del Patriarca Armeno di Costantinop(oli). (Armeno)... Sciamazi (*sic*) in favore di Gregorio Deodati Patriarca di Costantinopoli in favore di Gregorio Confederazione e protesta del Clero e popolo di Costantinopoli in favore di Gregorio Deodati ».

[3] F. 66^{v}: « Credenza 10^{ma}. Fila 5^{a}. Opera Dionysii Areopagiti (*sic*) in Armeno. 1. ».

[4] F. 46.

[5] Duo quoque codices s. Iacobi Nisibeni obcurrunt in catalogo secundi ordinis: « 61. Sermones de variis rebus sancti Iacobi nisibensis Episcopi ex lingua Armena traducti in linguam Latinam a Caciadur Arachiel Sacerdote et doctore armeno missionario apostolico pro armenis Venetiis degentibus, cart. in foglio » et « 62. Disertazione di S. Giacomo Episcopo Nisibensi. Cart. in foglio ». Prior tamen certo certius est hod. 59.

[6] Nullus invenitur codex cum schedula L. II. 5.

Codices Armeni, qui post an. 1856 bybliothecae conlegii Urbani additi sunt, sine numero manserunt usque ad an. 1893 et ultra. Tunc signati sunt notis arabicis grandioribus 1-17 (hodd. 67-81 et 85) in schedulis dorso et paginae internae operculi anterioris adglutinatis, brevi titulo item in schedulis addito. Hodiernus 67, qui in inventario Philippi Tancioni desideratur, in ordine secundo ultimus conprehendebatur sub n. 66; alii recens adquisiti sunt.

De tempore vero quo bybliothecae conparati sunt codices s. Congregationis de Propaganda Fide, conlegiive Urbani, pauca certo dignoscuntur. Post med. saec. XVII conplures liturgici codices qui non omnes in ordine primo conprehenduntur, hodierni scil. 38. 39. 40 (I. III). 47. 49. 50. 51. 52. 55, pro s. illa Congregatione exarati sunt, translationesque latinae confectae. Alii codices circa finem saec. XVII adnotati sunt a Iohanne Pastritio, in conlegio de Propaganda Fide theologiae polemicae lectore, 10. 11. 24. 27. 30. 31. 36. 40 (II). 48. 53; alii denique e Polonia missi sunt ad s. Congregationem an. 1723: 15 et 58. Cod. 19 an. 1668 conlegio Urbano dono dedit alumnus Michahel Nouriğean. Tres tantum ex hereditate Stephani card. Borgia devenerunt 54. 60. 61.[1] Cod. 22, qui duobus primis ordinibus abest, in primis tamen annis saec. XIX notam Nicolai Olivieri recepit.[2] Ex iis, qui ultimo in Museum Borgianum inlati sunt, codices misit duodecim Ioseph Ferahian, episcopus Amidensis, videlicet an. 1890 codd. 84 et 88, de quibus testimonium in cod. 84 exstat, an. 1893 codd. 68. 70. 73. 85, litteris A. B. C. D signati,[3] et anno incerto, post tamen 1881,[4] codd. 69. 71. 78. 79. 76. 77, qui describuntur in schedulis adiectis numerosque prae se ferunt 1. 2. 3. 4. 6. 7.

De codicibus Barberinianis Chisianisque subficiat quod in eorum descriptionibus rettulimus.

Haec de codicum origine et indicibus manu scriptis. Inpressae autem exstant Vaticanorum tantum codicum 1-13 breves illae enarrationes, An-

---

[1] Vat. lat. 10608, f. 19^{v}: « Al num. 212. Codice Membranaceo Armeno scritto l'anno 1319. e contiene un Lezionario. 10 (scudi) ... Al Num. 214. Codice Membranaceo con un frammento di Rituale Armeno. 1.50 »; f. 24^{v}: « Al Num. 291. Codice Cartaceo Armeno, Canoni degli antichi Concilii de' Padri Greci, ed Armeni, e varie regole per le questioni forensi. 6 (scudi) ». Cf. Borg. lat. 551, ff. 16^{v} et 20^{v}; 767, ff. 13^{v}. 15^{v}.

[2] Vide quae diximus de serie illa librorum ad philologiam spectantium, cui manus admoverat Nicolaus Olivieri ca. an. 1812, *Miscellanea Fr. Ehrle,* t. V, p. 7.

[3] Cf. Borg. lat. 767, f. 160.

[4] Cod. 77 an. 1881 Tigranocertae vendebat Mesrop Čenesilean.

gelo Mai flagitante, a monachis Mechitaristis italice conscriptae [1] ab eoque latine redditae. [2] Fusius postea de iisdem codicibus disseruit Iohannes Miskhgean, armene tamen, in ephemeride Vindobonensi Հանդէս ամսօրեայ, t. 6 (1892). Codicibus Musei Borgiani an. 1902 in Bybliotheca Vaticana depositis, Franciscus Ehrle, qui nunc est S. R. E. diaconus Card., Fredericum Cornwallis Conybeare rogavit ut omnes Bybliothecae Vaticanae Armenos codices describeret iuxta leges, quas eiusdem procuratores in recensendis codicibus sibi constituerunt. Hic vero, qui iam ann. 1892 et 1894 libros inspexerat Vaticanos, ter ad codices nostros enarrandos Romam petiit, primum an. 1907 (a ianuario usque ad 29 mart.), deinde a die 3 nov. 1909 usque ad 28 feb. 1910, tandem a 10 feb. usque ad 7 mart. 1913. Eiusdem schedae mox prelo mandatae sunt et folia duo inpressa. Cum vero Achilles Ratti, praefecti Bybliothecae coadiutor, leges nostras in codicum enarrationibus non plene observatas esse vidisset, opus typographicum intermissum est auctorque rogatus, me laboris socio, schedas perficere. Hic libenter adnuit, plagulas omnes se lecturum promisit triaque folia iam legerat, cum mense augusto 1914 ad aras focosque defendenda vocatus sum. Post autem bellum, in aliis operibus tum Romae cum per varia itinera multo temporis a me consumpto, factum est ut Fredericus Cornwallis Conybeare, magno operis detrimento, die 9 ian. 1924 decesserit antequam alia folia prelo subicerentur. Qua re totus in me labor recidit, qui plura, prout e re visum est, inmutavi adieci. Attamen, ut omnibus pateret quantum praedecessori meo debeam, schedas eius in libro conposui, perpetuo inter codices Vaticanos Armenos adservando.

Librum benigne accipe, lector, et meis erroribus clementer indulge.

XV kal. Novembres an. MCMXXVII.

---

[1] Cod. Vat. lat. 13208, ff. 1-7.

[2] *Scriptorum veterum nova collectio*, t. V, Romae, 1831, p. XXXI et part. 2, p. 239-242.

LEGES QUAS IN RECENSENDIS CODICIBUS ARMENIS SERVARE STUDUIMUS

Singulorum codicum descriptionem in tres partes dividimus, quarum prima de externo libri habitu praecipua docet, altera auctores et opera recenset, tertia codicis faciem et cultum distinctius exponit.

I. In prima parte, quam, numero excepto, litteris minoris moduli inprimimus, haec tantum de codice proferuntur: nota, aetas, materia, amplitudo, foliorum linearumque numeri.

1. Lineae initio typis crassioribus exscriptum, numerum arabicum conlocamus, quo codex in praesens signatus cernitur; e superioribus notis ultimam tantum, uncis lunatis inclusam adscribimus; alias notas antiquiores, quotiens in codice exstant, postremae descriptionis parti, utpote loco opportuniori, reservamus.

2. Sequitur nota temporis numero Romano, cui praefigimus litteras 'saec.', id est 'saeculi'. Ubi est codicis aetatem finibus angustioribus circumscribere, vocum illarum 'ineuntis', 'medii', 'exeuntis' conpendia subicimus 'in.', 'med.', 'ex.'. Cum volumen obcurrit labente saeculo vel proximo ineunte exaratum, aetatem definimus lineola (-) inter duos saeculorum numeros inserta; e. g. 'saec. XII-XIII'. Codicum vero, qui notationem annorum prae se ferunt, annos post Christum natum, saeculi loco, adferimus, numero expressos arabico, secundum litteras 'an.' scil. 'anni'. Annos tamen Armenae conputationis inter uncos adscribimus et folii numerum subnectimus, in quo notam librarius posuit; e. g. an. 1268 (Arm. 717, cf. f. 417^{v}).

3. Ad materiam indicandam adiectivis utimur 'membranaceus' (contracto 'membr.'), 'chartaceus' ('chart.').

4. Libri amplitudinem per longum et latum millimetris, quae vocantur, damus, altitudinis mensuram constanter praemittentes; e. g. 'mm. 280×198'.

5. Foliorum (ff.) praeviorum numerum prodimus nota romana, cui, puncto seiunctum, adscribimus notis arabicis foliorum numerum in codice signatorum e. g. 'ff. V. 148'.

6. Notas arabicas, plerumque ubi textus desinit intermissas, foliis vacuis sequentibus ad finem usque adponimus.

7. Si quae folia medio codice obcurrunt sine numero, ea signamus folii praecedentis nota, adicientes dextrorsum superius litterulas [a], [b], [c], etc.; in recensione autem adscribimus signo + uncisque includimus. Similiter folia notamus bis numerata. Numeros vero a librario omissos, uncis conprehensos addimus pone signum —, adiecto conpendio 'om.' id est 'omissis'. E. g. 'ff. 150 (+ 24[a]. 53[a-b])'; 'ff. 170 (+ 20. 30. 50 bis numeratis)'; 'ff. 200 (— 21. 30 om.)'.

8. Plagulas vacuas ab iis adiectas, qui aetate fere nostra codices glutinarunt, sine nota relinquimus.

9. Linearum, quas singulae codicis paginae conprehendunt, numerum numeris foliorum adicimus, pone conpendium 'linn.'; e. g. 'linn. 28', 'linn. 28-32'.

II. Auctorum et operum recensio.

1. Singulos auctores numeris ordinalibus crassioris formae signatos ad novam lineam reducimus, nisi eos titulus generalis conplectatur, vel eorum orationes et epistulae iaceant in codice confusae ac permixtae.

2. Si codex plures auctores continet, singula eorum opera nova linea recensenda non ducimus, nisi longior sit descriptio, sed brevibus interiectis spatiis discernenda notulisque numeralibus supra lineas adscriptis signanda.

3. Quotiens codicem offendimus conplura unius auctoris opera exhibentem, scriptura quidem utimur continuata, sed opera singula spatiis vacuis distinguimus et numeris supra lineas adscriptis notamus.

4. Auctorum nomina typis crassioribus inprimimus, titulos vero latinos, quibus vulgo circumferuntur opera, litteris diductis.

5. Auctorum nomina operumque inscriptiones, quotienscumque in codice omissa sunt, uncis angulatis ⟨ ⟩ conprehendimus.

6. Singulis auctorum nominibus pone numerum ordinalem praefigimus, uncis inclusam lunatis, notam numeralem f(olium) indicantem, in quo eorum opera incipiunt, e. g. '**1** (f. 2) Abbatis **Mḫiṭar Sebasteni** r h e t o r i c a b r e v i s'. **2** (f. 134) **Gregorii Narekatsi** preces XLI. Numerus, nullo addito signo, folium rectum significat; litterula [v], iuxta apicem ultimae numeri notae adiecta, folium indicat aversum.

7. Prolegomena vel praefationes post titulum recensemus, et, cum operis initium et finis dantur, post finem.

8. Quotiens aliqua ex codice sumimus verba, librariorum scripturam adcurate exprimimus, orthographiam et vitia servantes, sed conpendia solventes praeter communiora. Charactere minusculo seu *bolorgir,* qui dicitur, constanter utimur, etiam cum librarius notis uncialibus scripsit seu *erkaṭagir.*

9. Translationem latinam verborum armenorum constanter subiungimus inter duplices virgulas « ». [1]

10. Operum, quae typis inpressa non exstant, initium et finem proferimus, titulosque capitum, quotiens operae pretium visum est. Eiusdem operis codices, in aliis bybliothecis exstantes, in primis cum ad meliorem auctoris vel operis cognitionem utiles adpareant, enunciamus. [2]

11. Quae in spatiis vacuis ab alia manu adiecta sunt et quae in custodiae foliis ex aliis codicibus avolsis leguntur, ea contentorum recensioni subiungimus, nullo tamen praefixo numero.

12. Editiones ad solam fidem codicum nostrorum exactas, prout cognovimus memoramus.

13. In operibus notis admodum divolgatisque recensendis initium et finem numquam damus, sed unam alteramve editionem signamus.

14. Operum haud satis cognitorum editionem praesertim conmemoramus principem et quae ad artis leges exacta sit.

15. Cum vero opus recensendum parum innotescit et editiones rariores haud facile adeundae sunt, prima verba et extrema describimus, editionem illam laudantes, quam ob oculos habere potuimus.

16. Fragmentorum operum quae typis inpressa exstant prima et extrema verba adferimus, editionis paginas lineasque adponentes uncis inclusas.

17. Fragmenta operum, quae tantum manu scripta exstant, designamus initium ac finem exscribendo ac, si aequum est, capitum titulos.

III. Tertia descriptionis pars, litteris minutioribus inpressa, de codicis facie et cultu, ut supra diximus, distinctius agit, ea omnia continens quae in prima parte consulto negleximus.

1. Ibi *a)* quam codex scripturam exhibeat definimus atque plenis lineis descriptus sit an laterculis duobus; *b)* fasciculos quibus liber constat adcu-

---

[1] Paucae translationes in primis tantum descriptionibus desiderantur.

[2] Saepissime adferimus catalogum codicum Mechitaristarum Vindobonensium a. Iacobo Dashian, qui optimus est; sed catalogo aegre caremus librorum manu scriptorum Edšmiadzinensium, quem Constantinopoli et alibi frustra quaesivimus.

rate distinguimus; c) officinarum chartariarum insignia indicamus quotiens ad aetatem codicis cognoscendam videntur utilia; d) foliorum seriem interdum turbatam restituimus; e) stemmata, imagines, ornamenta, quae litteras initiales foliorumque margines interdum distinguunt, brevibus verbis perstringimus; f) plagulas indicamus initio, medio codice et in fine vacuas relictas; g) notas exscribimus librariorum, possessorum etc., interpretatione latina adiecta, vitia omnia servantes, conpendia praeter communiora inter uncos lunatos solventes, scripturae versus linea derecta distinguentes, latina litteris inclinatis inprimentes; h) integumenti materiam et ornamenta notamus, in primis summorum pontificum et Cardinalium bybliothecariorum scuta, e quibus aetas, qua codex conpactus est, eruitur.

2. Si qui codex e plurium codicum reliquiis constat, descriptionem ad singulas partes seu reliquias pertinentem subiungimus, uti litterae minoris moduli lectorem docebunt.

IV. Litterae armenae sequenti modo transscribimus:[1] ա = a; բ = b; գ = g; դ = d; ե = e; զ = z; է = ē; ը = ě; թ ṭ; ժ = ž; ի = i; լ = l; խ = ḫ; ծ = dz; կ = k; հ = h; ձ = tz; ղ = ł; ճ = ğ (vel ǵ); մ = m; յ = y; ն = n; շ = š; ո = o; չ = č; պ = p; ջ = dš; ռ = r; ս = s; վ = v; տ = t; ր = r; ց = ts; ւ = u (vel w); փ = f; ք = kh; օ = ō; Փ = ph; ու = ou.

Uncis includimus ( ) lunatis, quae ad solutionem conpendiorum addimus,
[ ] quadratis, quae, in cod. effluxa, restituimus,
⟨ ⟩ angulatis, quae subplevimus ad rectam textus intellegentiam.
| | undulatis, a librario perperam scripta ideoque omittenda.

[1] Inconstanter vero praesertim in primis foliis scripsimus, ignoscat lector benevolens!

ADDENDA ET EMENDANDA

P. 2 lin. 5 *lege:* f. 137.

P. 3 lin. 30 *post* 104 *adde:* et Vindobonensem bybl. nat. 9, f. 159.

P. 5 lin. 18 *lege:* ը(ստ).

P. 5 lin. 26 *post* an. 1044 *adde:* De pago Tevotsa disseruit Gregorius Galemkhearan Կենսագրութիւններ Ա. in Ազգային մատենադարան, t. 78, Vindobonae, 1915, p. 238, ubi pars subscriptionis refertur.

P. 7 lin. 22 *lege:* ուսուանուն.

P. 9 lin. 4 *adde:* Almus Zanolli de his sententiis disseruit primumque caput edidit in conmentatione cui titulus *Frammenti di un florilegio di autori greci in un codice Armeno-Borgiano della Vaticana*, in *Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei, classe di scienze morali, storiche e filologiche*, ser. V, vol. 22 (21 dec. 1913), p. 633-664. Cum vero, postquam Almus Zanolli codicem viderat, ordinem foliorum restituissem, pauca scripsi de codice eiusque librariis, praemisso titulo *Note sur le manuscrit Borgia arménien 9*, in ephemeride *Revue de l'Orient chrétien*, t. 19 (1914), p. 188-191.

P. 13 lin. 17 *post* unus *adde:* Asar Sebastatsi (cf. cod. 37, ff. 4v. 14v).

P. 18 lin. 9 ab imo *post* codicis *adde* manu Nicolai Olivieri.

P. 21 lin. ult. *lege:* Martyrii.

P. 23 lin. penult. *pro* (fortasse 1130 vel 1180, sed cf. infra) *pone:* (post 1010 cancell. vid. 1180, ut legitur in cod. Borg. lat. 768, f. 146, sed cf. infra).

P. 24 lin. 18 *lege:* linn. 26.

P. 27 lin. 28 *post* codicis *adde:* manu Nicolai Olivieri.

P. 29 lin. 10 et p. 31 lin. 15 *lege:* 1651.

P. 35 lin. 6 *pro* LII. 28 *lege:* L. II. 28.

P. 35 lin. 9 ab imo *lege:* L. II. 29.

P. 36 lin. 14 ab imo *lege:* An. 1630 (Arm. 1080...).

P. 43 lin. 12 *lege:* ամսուան.

P. 45 lin. 5 *post* inc. *adde:* (f. 423v).

P. 47 lin. 8 ab imo *lege:* 1630.

P. 52 lin. 11 ab imo *pro* Heraclii Melitensis *pone:* Acacii Melitinensis.

P. 53 lin. 15 *lege:* Seneḫeriṃ.

P. 55 lin. penult. *post* iustitia *adde:* auctore **Gregorio Taṭevatsi,** Ամառան հատոր, p. 284-288.

P. 57 lin. 20 *lege:* (f. 226).

P. 60 lin. 15 *lege:* *33 Armen.*

P. 61 lin. 18 *lege:* *1° Tomo.*

P. 79 lin. 14 *lege:* (olim L. III. 22, conrect. ex 13, dein 21).

P. 81 lin. 13 *in fine adde:* F. I: *29 Armen.*

P. 87 lin. 3 ab imo - ult. *lege:* ut in codd. Mekhitaristarum Vindobonensium 58 et 256, apud Iacobum Dashian, *Catalog...* p. 41, 133-136 et part. arm. 268-275, 649-657.

P. 88 lin. 20 *lege:* Nersetis II.

P. 88 lin. 5 ab imo *lege:* archiepiscopum.

P. 89 lin. 6 *lege:* s. Nersetis Magni.

P. 89 lin. 9 *pro* 53 (f. 123) *lege:* 53 (f. 124).

P. 89 lin. 16 *lege:* Manuelis.

P. 89 lin. 18 *pro* Armenorum *lege:* Albanorum.

P. 91 lin. 2 *in fine adde:* De dissidiis Armenos inter et Graecos circa celebrationem Paschae deque martyrio Menae presbytero ac Saphar al-Ḥaǧǧāǧī, cf. Eduardum Dulaurier, *Recherches sur la chronologie arménienne,* t. I, Parisiis, 1859, p. 98-100.

P. 91 lin. 5 *lege:* antiqua nota *291,* quae est inventarii codicum Stephani card. Borgia.

P. 98 lin. ult. *ante* F. 437 *pone:* F. 424 notula Iohannis librarii: Զա̅ծ̅աւէր և զհո-|գելից զփառաւ|որ և զմեծապատիւ իշխանն զպ(ա)ր(օ)ն | պաղտինն մեծ մարաջախտն ամ(ենայ)ն) | Հայոց աղաչեմ յիշել ի տ̅ր̅ նա և զծն|նաւղս իւր․ և զիս զմեղաւորս յոհանէս | գրիչ․ « Conmemorate, quaeso, in Domino baronem Balduinum magnum marescallum totius Armeniae principem qui Deum amat Spirituque plenus est, gloriosus honoreque dignissimus, nec non parentes eius meque peccatorem, Iohannem librarium ».

P. 102 post lin. 17 *adde:* In custodia e charta spissata legitur nota, qua codex signatus est in catalogo librorum Stephani Borgia, scil. *N° 212,* atramento exarata, nec non in dorso eadem inscriptio atque in schedula lorea integumenti.

P. 104 lin. penult. post *Stephanouicz* adde: (Roszka).

P. 107 lin. 13 *post* Epistula *adde:* ⟨Sahak II⟩.

P. 116 lin. 28 *pro* (A. D. 1380-1) *pone:* (A. D. 1440-1).

P. 117 lin. 14 *pro* 1357 *lege:* 1356-7.

P. 120 lin. 17 ab imo *pro* Ionannis *conr.:* Iohannis.

P. 122 lin. 10 *lege:* memoriale accepit Mkrtič Hapermantsi pro anima sua defunctorumque suorum patris...

P. 122 lin. 12 *lege:* Melkhonis.

P. 122 lin. 13 *lege:* pro parentibus spiritualibus Mkrtič, qui...

P. 122 lin. 14 *lege:* Šnkhouš.

P. 122 lin. 15 *lege:* Eliae peregrini (*mahdesi*).

P. 123 lin. 17 *lege:* (A. D. 1768-9).

P. 127 lin. 10 *in fine adde:* auctore ⟨**Mkrtič Nałaš**⟩, ut in cod. Vat. arm. 20, f. 176.

P. 131 lin. 25 pro *6* lege: *C.*

P. 136 lin. 23 *lege:* An. 1667-8.

P. 142 lin. 13 ab imo *lege:* ⟨**Nečetsi**⟩.

P. 143 lin. 14 ab imo *lege:* (A. D. 1667-8).

P. 143 lin. 9 ab imo *lege:* An. 1647-8.

P. 146 lin. 17 *lege:* An. 1536-7.

P. 149 lin. 1 *post* 79 *adde:* (olim 14).

P. 149 lin. ult. *lege:* ⟨**Šnorhali**⟩.

P. 174 lin. 21 *lege:* μυροφόρων.

P. 185 lin. 16 ab imo *lege:* Ann. 1634-7 (Arm. 1084-6, cf. ff. 211. 211v. 213).

P. 189 lin. 28 *pro* Theodorum *lege:* Theodori.

P. 197 lin. 18 *ante* cf. *pone:* Varias lectiones in testamentis Ruben et Symeon conlegit Fredericus C. Conybeare, *A collation of Sinker's texts of the Testaments of Reuben and Simeon with the old Armenian version* in ephemeride cuius est titulus *the Jewish Quarterly Review,* t. 8 (1896), p. 260-268.

P. 204 post lin. 11 *adde:* Codicem descripsit Iohannes Miskhğean in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ, t. 6 (1892), p. 244 sq.

P. 216 lin. 13 *in fide adde:* Testimonium s. Polycarpi de die nativitatis D. N. I. C. (f. 371) anglice interpretatus est Fredericus C. Conybeare in ephemeride *The Guardian,* 18 iul. 1894, p. 1122, ubi pro *John the Baptist (!)* legendum est *Iohn the Evangelist,* codex enim habet յովհաննու աւետարանչի. Cf. A. Harnack in *Theologische Literaturzeitung,* t. 19 (1894), col. 583.

P. 219 ante lin. penult. *adde:* Codicem descripsit Iohannes Miskhğean in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ, t. 6 (1892), p. 245-7.

P. 240 ab imo *post* Canonicę *adde:* Unum tantum nummum codex aestimatus est, cum Benedictus XIV bybliothecam Ottobonianam adquisivit, ut docet Vat. lat. 9476, f. 928v: « 9o. Codice in foglio à due colonne in lingua armena e carta sud(etta) coperto di tauolato con pelle nera sopra con titolo fuori = Acta Apostolor(um), et epistolę canonicę in lingua Armena: 1 ».

P. 282 lin. 8 *lege:* theologici.

P. 293 lin. 14 *post* Constantinopolitano *adde:* (Iohanne III, ut vid.).

P. 294 lin. 4 ab imo *post* inseruntur *adde:* (f. 63v).

P. 294 lin. penult. *pro* f. 158v *conr.:* f. 160.

P. 300 lin. 17 *pro* (f. 250v) *conr.:* (f. 520v).

P. 305 lin. 24 *lege:* Thaddei.

P. 332 lin. 24 *lege:* Sedšovtsi.

P. 344 lin. 10 ab imo *pro* notantur *pone:* anglice notantur, quae armenice iam prodierant in ephemeride Բազմավէպ, t. 6 (1904), p. 276-279.

P. 350 lin. 11 ab imo *lege:* Ǵoyan.

P. 352 lin. 11 ab imo *lege:* die septima septembris.

P. 353 lin. 10 *pro* praeses *lege:* Avakh.

P. 355 linn. 21-23 *pro* Fredericus C. Conybeare... conpertum est *scribe:* Aliud exemplum eiusdem inscriptionis, quod videtur e Barberiniano apographo transscriptum, repperitur in cod. Vat. lat. 8217, f. 12, cuius in principio Abraham Ecchellensis, ni fallor, scripsit: *Inscriptio quę erat in Eccl*(esi)*a SS. Vincentij et Anastasij extra muros Civitatis Arretij.* Ubi tamen monumentum hodie exstet, scire nequivimus.

P. 366 *pone:* 5. Borg. arm. 3; 33. Borg. arm. 33; *cancella:* 37-43. Borg. arm. 33.

P. 384 col. 2 lin. 24 *lege:* Ǵoyan.

CODICES BORGIANI ARMENI

---

1 (olim L. II. 1). Saec. XVI, chart., mm. 108×76, ff. 176, linn. 15 (ff. 3-136), 18 (ff. 137-176).

1 (f. 3) Horologion ⟨*Ժամագիրք*⟩ sine psalmis et hymnis, scilicet praeconia orationesque tantum continens. Armeni horologii editiones recensuerunt Garegin Zarbhanelian, *Bibliographie arménienne,* Հայկական մատենագիտութիւն, Venetiis, 1883, p. 218-238 et Arsenius Łazikian, *Nouvelle bibliographie arménienne et encyclopédie de la vie arménienne,* Հայկական նոր մատենագիտութիւն եւ հանրագիտարան հայ կեանքի, vol. I, Venetiis, 1909-1912, col. 811-849. E recentioribus memorasse subficiat Hierosolymitanam an. 1895 Ժամագիրք Հայաստանեայց ս. եկեղեցւոյ... Venetamque an. 1898 Կարգաւորութիւն հասարակաց աղօթից հայաստանեայց եկեղեցւոյ... Versiones ediderunt latinam Mechitaristae s. Lazari, *Breviarium armenum sive dispositio communium Armenicae ecclesiae precum,* Venetiis, 1908, anglicam vero Fredericus Cornwallis Conybeare in libro inscripto: *Rituale Armenum,* Oxoniae, 1895, Appendix I, *the Armenian daily offices,* p. 443-488. [1] Preces mediae noctis, [2] (f. 17) ad matutinam horam, [3] (f. 42) ad solis hortum, [4] (f. 48) ad horam tertiam, [5] (f. 53) ad horam sextam, [6] (f. 57v) ad horam nonam, [7] (f. 63v) sextae et nonae horae monita, [8] (f. 64v) ad horam vespertinam, [9] (f. 76) benedictio mensae, [10] (f. 77) preces post prandium, [11] (f. 78v) ad horam pacificam, [12] (f. 84v) ad horam quietis.

2 (f. 86) Liturgia missae s. Athanasii dicta, quae, pro usu communi saepe typis mandata, denique ad artis criticae leges edita est apud Mechitaristas Vindobonenses: Ioseph Catergian et Iacobus Dashian, *Sacra armenae ecclesiae liturgia,* seu Սրբազան պատարագամատոյցք հայոց, Vindobonae, 1897, pag. 617-721. Praecipuae editiones laudantur ibid., p. 599-606; Iacobus Dashian, *Catalog der armenischen Hss. in der Mechitharisten-Bibliotek zu Wien,* 1895, n. 268, p. 144; Arsenius Łazikian, *Nouvelle bibliographie arménienne...* Հայկական նոր մատենագիտութիւն..., s. v. Խորհրդատետր, I, col. 1157-1176.

3 (f. 137) Alia manus inseruit post titulum officii horae quietis initia quorumdam versiculorum ps. 118 et aliorum pss. et canticorum, ut in breviario Veneto, p. 250-255.

4 (f. 138) Kalendarium seu ⟨Տօնացոյց⟩, qui seorsum aut in fine horologii saepe editus est. Inc. a die epiphaniae Domini: *ա. Ծայրայա(ն)ութեան առաջի(ն) աւուրն* (cod. *օւուրն*) *գիշերին կանոնայ գլխին. փառ. հաւատայ. և զգենուն մոմեղէնս. Առաջի(ն) ս(ա)ղ(մոս).* (cf. cod. 40, III).

Codex constat ex duobus libellis, ff. 1-136 et 137-176, uno ac eodem librario, Mḫiṭar nomine, charactere *bolorgir* exaratis. Pars prior novem fasciculos continet, in marg. inf. primae et ultimae paginae litteris armenis ա, բ... notatos. Fasciculi 1-8 sexdecim foliorum sunt, nonus quaternio notis caret. Pars altera tres fasciculos continet, ut supra signatos ա, բ, գ, quorum 1. 2 sexdecim foliorum sunt, tertius quaternio, desideratur tamen nota in f. 37. Tituli rubri. Ornamenta marginalia et litterae initiales variis coloribus picta. F. 1 antiqua nota codicis: *21. Armen.* et *Diurno Armeno | Manoscritto.* F. 2 *Aghoth Maduicz* (= աղօթս մատուցել) | *offerens orationem | id: quę pertinent ad sacerdotem et Archi|diaconu*(m) *Armen*(os) | *seu* | *Armen*(um) *Breuiariu*(m) *exceptis psalmis | Missale Armen*(um) | *Calendariu*(m) *Arm*(enum). F. 78ᵛ in principio precum ad horam pacificam librarius nomen suum posuit: Ձեռամբ Մխիթար գրչիս. «manu Mḫiṭar scribae». Subscriptio in f. 173ᵛ: Է սահմանած անփո(փո)խելի | մինչ ի գալուստն քրի. որք | ընթեռնուք սիրով սրտի. յ|իշման արէք զիս արժանի: զմեղաւք մեռեալ մխիթ|ար գրի<չ> որ տառապեալ | նուաստ (sic) հոգի. «Inmutabiliter definitum est usque ad Christi adventum. Qui legitis in affectu cordis, memoriam facite mei peccatoris, mortui peccatis, Mḫiṭar scribae, pauperis humilisque spiritu». Ff. 1ᵛ. 2ᵛ. 174-176ᵛ vacua.

Tabellae ligneae corio fusco obductae tegumentum efficiunt, cuius in dorso satis lacero legitur numerus *21* atramento scriptus.

2 (olim L. II. 2). Saec. XVI vel XVII, chart. mm. 108×78, ff. I, 214, linn. 19.

1 Horologion. [1] (f. 1) ad nocturnum, [2] (f. 48ᵛ) ad matutinam horam, [3] (f. 102ᵛ) ad solis ortum, titulo in f. 102 praemisso, [4] (f. 116) ad horam tertiam titulo in f. 115ᵛ praemisso, [5] (f. 123ᵛ) ad horam sextam, cum titulo in pag. anteriore, [6] (f. 129ᵛ) ad horam nonam, praeeunte titulo in f. 129, [7] (f. 137ᵛ) preces seu ժամամուտք in principio missae a presbytero dicendae, apud J. Catergian, *Sacrae Armenae ecclesiae liturgia,* p. 638-649, cum psalmis et precibus, p. 654-664, [8] (f. 154) benedictio mensae et preces post prandium, [9] (f. 158) ad horam vespertinam, cum titulo in f. 157ᵛ, [10] (f. 176ᵛ) ad horam pacificam, [11] (f. 198) ad horam quietis, titulo in f. 197ᵛ praeeunte.

2 (f. 213) Preces cum titulo Աղօթանք, inc. Կ(ոյ)ս սուրբ ամենա(ւր)հ(ն)եալ անարատ մայր քո և կուսի և վս որ խաչի քո պատուականի; des. ան-գերուք խաղաղութիւ և տէր եղեցի ընդ ամենեսեան ամէն.

Codicem eleganter descriptum littera *notergir* conmendant litterae maiores et ornamenta variis coloribus picta. Tituli rubri. Fasciculi 2-18, qui, praeter decimum septimum 11 foliorum, folia 12 habent, litteris notantur in prima et novissima pagina unius cuiusque fasciculi. Fasciculus primus nunc conprehendit ff. 1-5, quorum duo ultima manu recenti subpleta sunt. Fasciculus decimus nonus sex tantum foliis constat. Signa musica in ff. 6-7ᵛ. 55. 102ᵛ. 103. 105. 108. 109 prima manu scripta sunt, spatio ad ea recipienda in ff. 56. 64. 112ᵛ vacuo relicto. F. I antiqua nota codicis *20. Armen.* manu saec. XVII; *Breviariu*(m) *Armenu*(m) et verbum *prohibitum* manu altera cancellatum. Deinde: *Di Pasquale armeno | 1755,* atramento pallido depravatum in: *Da Balthaese Rumiensos | 0788.* F. 6ᵛ. 195ᵛ sigilli inpressio ubi legimus ԱՁԱԿ. F. 214ᵛ notulae duae: Գրեցաւ (ւ vid. ex գ) ժամանգիրքս (*sic*) | Ժ ամի լաւ ի տանամէ «Scriptum est hoc horologion anno decimo, optimo in domo»; պոն տր պետրոս գրէրէ | այ ծառայ | մինաս | գրեցաւ ժամանս գիրքն | եղաւ Ը: ամի. «Pro (?) domino Petro scribebat Menas servus Dei; scriptum est..., liber factus est anno octavo». F. Iᵛ vacuum.

Integumentum ex corio nigro recens refectum.

3 (olim L. II. 3). An. 1632 (Arm. 1081, cf. 157ᵛ), chart., mm. 124×88, ff. VIII. 159, linn. 16.

1 (f. 1) Preces cum hymni versibus, genibus flexis, in die Pentecostes alternandae, quae **s. Basilio** in praesenti codice adscriptae, in non nullis codicibus et breviario Vindobonensi an. 1879, II, 567-575, sub nomine s. Iohannis Chrysostomi exstant (cf. Iacobus Dashian, *Catalog der armenischen Hss. in der Mechitharisten-Bibliotek zu Wien,* 1895, nn. 9 [§ III, f. 210], 526 [f. 37], et sine auctoris nomine 5 [f. 240ᵛ]). Oratio ut in praedictis codd. in tres partes dividitur: [1] post evangelicum praeconium et hymni versum Կենդանարար Աստուած dicitur: Ամենակալ. անարատ. ած. անսկիզբն հայր. անտեսանելի. անբաւելի. անպատմելի. անպարագրելի... «Omnipotens, inmaculate Deus, aeterne Pater, invisibilis, inmense, inenarrabilis, incircumscripte...». [2] (f. 5ᵛ) Post versum eiusdem hymni Զուարճացան քո պաշ(տօնեայքն) dicitur: Տր մեր յս քս որ զքո խաղաղու(թ)ի(ւն)դ շնորհեցեր սրբոց քոց առաքելոցն... «Domine noster, Iesu Christe, qui pacem tuam concessisti sanctis tuis apostolis...». [3] (f. 8ᵛ) Post ultimum eiusdem hymni versum Հոգեւորական սուրբ մկրտ(ու-թեամբ) dicitur oratio: Որ ես տր զաւրութե(ան)ց. ած ճշ(մարի)տ աղբիւր լուսոյ և կենաց..., «Qui es dominus virtutum, Deus verus, fons lucis et vitae...».

2 (f. 13) **S. Nersetis Klayetsi** preces XXIV saepius inpressae, e. g. Venetiis, *Preces s. Nersetis... tribus linguis editae,* 1862 et inter opera s. Nersetis. Titulus praemittur: Աղաւթք հասարակաց քրիստոնէից Ընծայական ի դէմ(ա)ց սրբոյ երրորդութե. ի Ներսէս հ(այրա)պ(ետ)է ասացեալ. ԻԴ տուն վս ԻԴ ժամու աւուրն «Preces communibus christianis propriae ad s. Trinitatem, a Nersete patriarcha dictae. XXIV versus propter XXIV horas diei».

3 (f. 19) Oratio, quae dicitur «pro nocte formidinis, autore ⟨**Gregorio Narekatsi**⟩, in ed. Veneta an. 1840. Սրբոյ Հօրն Մերոյ Գրիգորի Նարեկայ վանից վանականի Մատենագրութիւնք, բան Ժա, p. 28 sq.

4 (f. 21) Oratio in hora s. liturgiae recitanda, auctore **Mḫiṭar Gōš,** inc. Տր ած իմ յս քս, բան հաւր և կերպարան կենդանի և կենդանարար. «Domine Deus meus, Iesu Christe, verbum Patris et imago viva et vivificans...» (cf. e. g. cod. Mechitaristarum Vindobonensium 268, f. 104).

5 (f. 30) Oratio quae inscribitur «adversarius daemonum» Ընդդիմա-մարտ դիւաց ad anxietates et morbos repellenda, auctore ⟨**Gregorio Narekatsi**⟩. Inc. Որդ այսքանեացս անբաւից հրաշից հանդերձիչ, հայր ամենաստեղծ... «Quantorum infinitorum prodigiorum operator, Pater creator omnium...»; ed. laud., բան ԻԲ, Ե, p. 69-71.

6 (f. 32ᵛ) **S. Ephremi** oratio quae inter eius opera inpressa exstat, cf. Սրբոյ Եփրեմի Մատենագրութիւնք, Venetiis, 1836, IV, 252-255.

7 (f. 39ᵛ) Preces duae pro s. liturgia, auctore **Mithar Gōš.** [1] Inc. Ամե-

նակա ամենախնամդ ած յամի աւրհնեալ յոր յամի ես և ամենեցուն ... « Omnipotens omniprovidens Deus... ». [2] (f. 43) Inc. Երեքան<ձ>նեայ տրութի միով բնու(թեամ)բ և էութբ ... « Trina potentia in una natura et essentia... ».

8 (f. 45) Preces pro toto mundo: Շնորհեայ տր զսէր հաստատութի և զըղձալի զխաղաղութի ամ աշխարհի ... « Concede, Domine, caritatem, robur et desiderabilem pacem toti mundo... ».

9 (f. 49v) Preces ad ss. corpus Christi: [1] subplicatio ad s. corpus Christi, cum id elevat sacerdos coram populo: Երկիր պագանեմք քեզ քս փրկութի աշխարհի, բան հաւր, պ(ա)տ(արա)գ կենդանի ... « Adoramus te, Christe, salus mundi, verbum Patris, oblatio viva... ». [2] (f. 50v) Oratio altera ad s. corpus et sanguinem Christi in hora sacrificii: Զերեւելի խոստովանիմ ճշմարտապէս մարմին և արիւն քի այ յուսոյ իմոյ « Conspicuam redemptionem profiteor verum corpus et sanguinem Christi Dei spei meae... ». [3] (f. 51) Oratio in s. sacrificio dicenda ad visum corporis et sanguinis D. N. I. C.: Սր Սր Հայր ամենակարող և յաւիտենական ած ի սր պահպանութե այն որ յանձին կալար զհոգի փառաւորագոյն որդոյ քո ան մերո<յ> յի քի : յորժամ առաքեցեր զնա յերկնից ի յերկիր ... « Sanctissime Pater, omnipotens et aeterne Deus, in sancta custodia qua recepisti spiritum gloriosum filii tui D. N. I. C., quo modo misisti eum e caelis in terram... ».

10 (f. 54) Preces post absolutionem liturgiae: [1] Տր ած ա(ւր)հ(ն)եալ ես յաւիտե(ա)ն ա(ւր)հ(ն)եա հոգով զամենեսեան, զխաղաղութի տուր ամ աշխ(արհ)ի... « Domine Deus, benedictus es in aeternum, benedic spiritu cunctos, pacem da toti mundo... ». [5] (f. 55v) Աւրհնեալ քս որդին այ, որ պատարագեցաւ այս աւր ը ամ տիեզերս հաւրն հաշտութի և մեզ ի քաւութի և ի թողութի մեղաց... « Benedictus Christus, filius Dei, qui oblatus est hodie cum toto orbe Patri, ut propitiatio et ad nostri expiationem et in remissionem peccatorum... ».

11 (f. 56) **Iohannis Garnetsi** preces variae: [1] oratio ad Deum quae inc. ut in cod. 165, f. 161v Mechitaristarum Vindobonensium (cf. Dashian, *Catalog...* part. arm. p. 474): Տր տր հայր և ած կենաց իմոց... « Domine, Domine, pater et Deus vitae nostrae... ». [2] (f. 59) Preces pro quoque die hebdomadae, quarum prima, diei scilicet dominicae, inc. Յաւիտենից ած և արարիչ բոլորից, որ այսմ յաւուր սկսեալ ի սկզբանէ արարեր զերկինս և զերկիր... « Aeternitatis Deus et creator orbis, qui die illo a principio exorsus creavit caelum et terram... ». [3] (f. 67) Oratio ad sanctam Dei genetricem, ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 165, fol. 64v, inc.: Ածածին մայր քի. և ծնող միածնին հաւր ... « Dei genetrix, mater Christi, et parens unigeniti a Patre... ».

12 (f. 81v) Liturgia missae, de qua vide sis ad cod. 1.

13 (f. 139v) Preces ante communionem dicendae, e cod. Vindobonensi Mechitaristarum 195 e f. 150 editae a Iacobo Dashian apud Iosephum Catergian, *Sacra Armenae Ecclesiae liturgia*, p. 169 sq.

14 (f. 141) **Nersetis Lambronatsi** explicationis liturgiae cap. primum, Սրբոյն Ներսէսի Լամբրոնացւոյ տարսոնի եպիսկոպոսի խորհրդածութիւնք ի կարգս եկեղեցւոյ եւ մեկնութիւն խորհրդոյ պատարագին, Venetiis, 1847, p. 227-229.

Codex currenti calamo nitide exaratus 17 fasciculis constat, quorum primus (ff. I-VIII) et ultimus quaterniones, alii quiniones. Notae, quae margini inferiori primae et ultimae paginae unius cuiusque fasciculi adpositae erant, plerumque glutinatoris cultro resectae sunt. Exstant դ (= 4) in f. 30v, զ (= 6) in f. 41 et ժե (= 15) in f. 140v. Vestigia conspiciuntur lineolarum numeris superinpositarum in ff. 90v. 91. 100v. 120v. 131. 150. 151. Tituli, litterae maiores et primae cuiusque orationis lineae rubro vel purpureo colore picta. F. I: *2 Missale* | *1 Orationes diversę* saec. XVII-XVIII scripta sunt, sed manus alia fecit ut legere habeas: *Missale Armenum* | *et* | *Orationes diversę*. Subscriptio in f. 157v: Գրեցաւ գիրս ձեռամբ յհն | վրդպի և կոստան պոլ<ս>յ եպի ի յիլով քաղաքի, թվ. ռձա | Թագաւորութեն Հայկազեան տառ|մարի. այսմ ամի կրալ (verb. polon. *król* i. e. rex) թագրն | զիկմունտս առ ած փոխեցաւ | (ի զատկի նոր կիրակէին շաբթին prima manu ut vid. cancell.) | ած լուսաւորէ հոգին և ը(նա) | առաջին սր թագրցն դաս|եսցէ. աշխարհամատրան|ին դշ(աբաթ)ին էր վախճանն « Scriptus est hic liber manu Iohannis doctoris et Constantinopoleos episcopi in urbe Leopoli anno 1081 erae Armenorum (a. D. 1632). Eodem anno rex Sigismundus (i. e. Sigismundus III rex Poloniae) ad Deum migravit (diebus paschalibus, sabbato novae dominicae cancell.) cuius Deus inluminet animam et cum prioribus sanctis regibus statuat. Feria quarta post dominicam quae *Ašḫarhamadran* dicitur (i. e. secundam post Pascham) fuit finis». Vitam Iohannis patriarchae Constantinopolitani (1600-1627), qui an. 1629 per Leopolin Romam perrexit et qui in communione Romana decessus in ecclesia s. Mariae Aegyptiacae sepultus est, G. Kalemkiar enarravit in ephemeride Vindobonensi, « Հանդէս ամսօրեայ », XXV (1911), 1-25. Ff. I-VIII. 70-81r. 155v-157r. 158. 159 vacua.

Integumentum ex corio nigro imagines in operculis tenuissime inpressas exhibet Iesu crucifixi et sanctae Dei genetricis.

4 (olim L. II. 4). An. 1439 (Arm. 888, cf. f. 245v), chart. mm. 139 × 88, ff. III. 245 (+ duo bifolia membran.), linn. 19.

S. Nersetis Klayetsi, qui et **Šnorhali** dicitur, carmina et preces.

1 Carmina quae saepius inpressa optime Venetiis typis mandata sunt an. 1830 (Arm. 1279) Տն Ներսէսի Շնորհալւոյ հայոց կաթողիկոսի բանք չափաւ. [1] (f. 1) Carmen historicum in sacram scripturam, quod ex primis verbis *Yisus Ordi* dicitur, in ed. laud. p. 9-166; [2] (f. 106) rhythmus qui inscribitur Բան հաւատոյ « verbum fidei », ed. p. 169-227; [3] (f. 145) <epistula metrica altera ad medicum Mḫiṭar>, ed. p. 297-302; [4] (f. 147v) epistula prima ad medicum et astrologum Mḫiṭar, ed. p. 281-296; [5] (f. 154v) carmen litteratum seu alphabętites de divinis praeceptis, ed. p. 326-340; [6] (f. 162) de Increato et creatis, ed. p. 313-322; [7] (f. 170v) in libros Salomonis, ed. p. 356-361 et 351-355; [8] (f. 176v) litterae consolatoriae ad quemdam principem orientalem propter filium eius, ed. p. 307-312; [9] (f. 179v) hymnus ad nocturnum, Առաւաւտ լուսոյ, « Aurora luminis... » qui in officio horae no-

cturnae exstat, in brev. Veneto, p. 11 sq.; [10] (f. 181ᵛ) hymnus alter ad nocturnum, *Աշխարհ ամենայն*, «Orbis universe...», in brev. Veneto, p. 13 sq.; [11] (f. 183) lamentatio ad Dei genetricem, inc.: *Ածածին մայր քրի իմ յոյսն դու յաւուր մեծի: Բարեխաւս...* «Dei genetrix, mater Christi, mea spes, tu in die magna intercede...»; [12] (f. 185) carmen Homericum de Armenorum historia, ut in carminum ed. laud., p. 494-559, cuius titulos poëmatum referre minus utile visum est, quia plerique editioni respondent.

2 (f. 240ᵛ) Preces XXIV, ut in cod. 3. Exstat (f. 228ᵛ) prooemium de oratione, ut in codd. Mechitaristarum Vindobonensium 88 (f. 152ᵛ), 195 (f. 212), 333 (f. 251), 543 (f. 237), cf. J. Dashian, *Catalog*... part. arm., p. 352.

Ff. I-III manus recens fabulam neglegenter descripsit de Philippo rege et serpente, lingua volgari.

Initio et fine codicis custodiae loco adiecta sunt bina folia membranacea saec. XII vel XIII iberice exarata, quae libro liturgico avolsa sunt.

Codex conplectitur fasciculos viginti, qui duodecim foliis constant praeter 1 quinionem et 20 qui undecim tantum folia habet, ultimo deperdito. Singuli fasciculi in margine imo primae et ultimae paginae litteris numeralibus armenis notantur. Tituli et litterae maiores rubri coloris. F. I manu saec. XVII: *Armeno libro eccles*(iastico). F. IIIᵛ nota possessionis: *Ես Հաբաշ պօղոս յիշատ | ակ ետու զայս յս որդին ի սբ | փրկչի վանքն թվն. ՌՃԻԳ. | ի սբ յերուսաղէմ* «Ipse Habaš Paulus in memoriam dedi hunc (librum) *Yisus ordi* s. Salvatoris monasterio an. Arm. 1123 (A. D. 1674) in sancta Hierusalem». Subscriptio librarii fine mutila f. 245 inc.: *փառք ամենասուրբ երրորդութե... Արդ գրեցաւ սա ի թվականութե|ան Հայոց. ՊՁԸ. ձեռամբ մեղա|պարտ գրչի աբրահամ աբեղի. յիշա|տակ ինձ և ծնողաց իմոց և ...* || «Gloria ss. Trinitati ... Nunc scriptum est hoc in anno Armenorum 888 (A. D. 1439) manu peccatoris scribae Abraham monachi. Memoria mihi et parentibus meis et ...» Ff. I-III recentiora quorum novissimum primo folio fasciculi 1 adglutinatum est.

In dorso tegumenti, quod tabellis ligneis corio subobscuro coopertis constat, et in pagina interna operculi anterioris nota codicis antiquior *22* seu *22 Armen.*

5 (olim L. II. 6). An. 1595 (Arm. 1044, cf. f. 253), chart., mm. 135×97, ff. 253 (+duo bifolia membran.), linn. 17-19.

Psalterium et cantica pro usu liturgico disposita, ut Armeni solent et repperire potes in variis editionibus inde a Romana an. 1565 (cf. schema distributionis apud Fredericum C. Conybeare, *Rituale Armenorum*..., Oxoniae, 1905, p. 446). Foliis non nullis ante f. 33 deperditis, remanent in codice tantum: [1] (f. 1-2) ps. 11, 7 *Եւթնպատիկ* - 14, 2; [2] (f. 3-6) ps. 16, 12 - 17, 31 *ան ը[նտրեալ]*; [3] (f. 7-9) ps. 17, 50 [*սո*]*վան* - Ex. 15, 19 *ի մէջ ծովուն*; [4] (f. 10-22) ps. 18, 12-26, 14 [abest num. vers. in fine ps.]; [5] (f. 23-32) ps. 30, 6 *տր եւ ի ձեռն* - 34, 20; [6] (f. 32-231) Deut. 32, 20 *ամմնակլի* - p. 150; [7] (f. 231ᵛ) ps. 151, [8] (f. 232) oratio Manassis; [9] (f. 234) carmen ad B. M. V., inc. *Մարիամու ածածնի. Աղաչեմ եւ խնդրեմ ի քէն թող ինձ տր: Բազումողորմ տր ողորմեա ինձ...* «Mariae Dei genetricis. Precor et rogo te: indulge mihi, Domine. Domine multum misericors, miserere mei...»; [10] (f. 235) canticum trium puerorum, Dan.

3, 26-45 et 52-88; [11] (f. 238) canticum B. M. V., Luc. 1, 46-55; [12] (f. 239) canticum Zachariae, Luc. 1, 68-79; [13] (f. 252) canticum Simeonis, Luc. 2, 29-32.

Singula bifolia membranacea, litteris uncialibus inclinatis nitide scripta, quae custodiae loco addita sunt, continent partem passionis s. Febroniae inter vitas et passiones sanctorum selectas a Mechitaristis Venetiis inpressae an. 1874, *Վարք եւ վկայաբանութիւնք սրբոց հատընտիր քաղեալք ի ճառընտրաց*, II, p. 410, l. 5 [*յարե*]*ւելս* - l. 14 *արեւել*[*եց*]; l. 20 *զայս* - l. 30 *տեղիսն*; l. 34 [*յառ*]*աջ* - p. 411, l. 5 *ձեռն*; l. 10 *զի* (ed. *և*) *փերրոնիա* - l. 17 *ապա*. Sed textus codicis edito paullo longior est.

Codex integer conplectebatur fasciculos unum et viginti in imo margine primae et ultimae paginae signatos et bifolium sine notis; sed perierunt fasciculus primus et pars fasciculorum 2-4, cum tribus primis foliis fasc. 5. Supersunt 10 folia fasc. secundi, 12 tertii, 10 quarti, 11 quinti. Alii fasciculi 12 foliis constant, praeter sextum qui 18 folia continet, septimum et nonum qui 16, octavum qui 14. Tituli rubri. Litterae initiales versiculorum atramento atque minio alterne exaratae sunt, grandiores vero in principio psalmorum et ornamenta marginalia rudi arte nigro et roseo colore depicta. In folio membranaceo initio codicis adiecto manus saec. XVII, ut vid., scripserunt: *Psalterium* et *Psalterium* | *Armenu*(m); *scriptu*(m) | *anno 1044* | *Armen.* | *Chr. 1595.* Cum fasciculi 20 et 21 errore bybliopegae transpositi sunt, quidam scripsit in f. 227ᵛ *յառաջն է* et in f. 240 *մնասն է* (?). Subscriptio in f. 252ᵛ: *փառք համագոյ և միա|սական անբաժանելի սբ երրորդութե... | Արդ աւարտեցաւ | կատարեցաւ սբ գիրքս | որ* (*սակի* suprasc.) *ոսկիփորիկ. ի երկիր | սեբաստիոյ ի գեւղն որ կո|չի տեւոցա ընդ հովանեաւ | սբ ածածնի և սբ լուսաւո|րչին սբ թէոդորոս* (sic) *և սր | փր(կ)չին: Ձեռամբ նըւաստ | և ներգեւղ ոգոյ սուտան|ուն ալեքսանոս երիցոյս || ի թուականիս. ռ. խդ...* «Gloria connaturali et consubstantiali indivisibili sanctae Trinitati ... Hic perfectus absolutus est sanctus liber qui dicitur *oskiphorik* in terra Sebastes in pago qui vocatur Tevotsa sub praesidio s. Dei genetricis et s. Inluminatoris, s. Theodori et s. Salvatoris, manu humilis et languescentis animae falso nominati Alexiani presbyteri, anno 1044». F. 253ᵛ calami probationes.

Dorsum tegumenti, quod tabellis ligneis corioque subobscuro constat, lacerum. In operculo anteriore externe legitur *Salmi* | *Armeni*, interne vero antiqua codicis nota *9. Armen.* atramento scripta.

6 (olim L. II. 7). Saec. XVIII ex. vel XIX in., chart., mm. 143×102, ff. 112, linn. 21-22.

Linguae italicae grammatica, sine auctoris nomine, inc. (f. 10): *Քերականութի իթալիական: Քերականութիւն ունի զութ մասունս: այսինքն, Անուն.* «Grammatica italica. Grammatica habet octo partes: h. e. nomen...». Auctor satis feliciter imitatus est eloquium classicae aetatis, pronunciatione occidentali usus ad transscribenda italica verba. Opus inperfectum desinit (f. 59ᵛ) in capite de regimine verbi.

Codex nitide exaratus est litteris minutis. Tituli et litterae initiales minio picta. Paginae in ang. sup. ext. signatae sunt notis quas arabicas dicimus ipsius librarii manu, ut videtur. Septem quaterniones, qui soli scripti sunt, notis numericis arabicis et litteris armenis in imo margine primae paginae (praeter fasc. 1. 2) et ultimae (exc. fasc. 7) distinguuntur. F. 1, manu recenti: *Gramatica Italiana*. Ff. 1-9. 60-112 vacua.

Opercula lignea corio nigro obducti sunt.

7 (olim L. II. 8). Saec. XVII, chart., mm. 138×93, ff. II. 206, linn. 21.

Hymnarii pars prior a nativitate B. M. V. usque ad dominicam post adscensionem Domini, quae secundi floricultus dicitur. Seriem hymnorum in codd. 7-8. 80. 81. 82 brevitatis causa una exponimus in adpendice I. Inc. mutilus in verbis [Մարի]ամ յոր վառեցաւ hymni pro nativitate B. M. V. (cf. ed. hymnarii Constantinopolitanam an. 1710, Շարականոց երաժշտական երգեցմունք հոգեւորականք, p. 6, lin. 21 vel breviarium Venetiis inpressum an. 1898, Կարգաւորութեան..., t. II, p. 991, l. 12). Hymnus ss. Ioachim et Annae (f. 3ᵛ) Կանոն Ծննդեան « canon nativitatis » inscribitur, hymnus vero XII apostolorum: Շարական եւթանասուն եւ բ̄ առա(քելոց) « Hymnus septuaginta et II apostolorum ». Dominica III quadragesimae (f. 71) falso inscribitur երկրորդ pro երրորդ.

Codex littera *notergir* nitide exaratus signis musicis ornatur. Spatium ad scripturam recipiendam determinatur linee duplici ad sinistram, ad dextram vero simplici, rubro, quandoque croceo colore deducta. Duae primae lineae hymnorum, post rubrum titulum, una purpurea, rubra altera; sectiones hymnorum una tantum linea minio scripta distinguit. Litterae initiales tum minio tum auro, grandiores vero et ornamenta marginalia caeruleo viridi purpureo et roseo pigmentis distinctae. Figurae variis coloribus et auro in marginibus depictae initia hymnorum indicant, quae sunt: (f. 5ᵛ) Gabrihel archangelus et (f. 6) virgo Maria pro festo adnunciationis, (f. 34) Simeon senex puerum Iesum in ulnis gerens, pro festo ὑπαπαντῆς, (f. 37) s. Antonius eremita, (f. 39) rex ‹Theodosius?› pro festo ss. regum, (f. 41) David pro festo ss. David et Iacobi, (f. 42ᵛ) s. Stephanus protomartyr, (f. 45ᵛ) ss. Petrus et Paulus, (f. 47ᵛ) ss. Iohannes et Iacobus, (f. 49ᵛ) sanctus stans et volumen in manibus tenens, pro festo ss. apostolorum, (f. 56ᵛ) Ionas ore ceti eiectus sub cucurbita, (f. 102) s. Gregorius inluminator, (f. 123ᵛ) Dominus asello insidens, (f. 138ᵛ) s. Nerses, initio hymni sui qui canitur in magna parasceve, (f. 158) caput s. Iohannis Baptistae in disco, pro sabbato in albis, quo die Armeni decollationem praecursoris conmemorant, (f. 192) Dominus in caelos adscendens, (f. 197) homo in palmam repens pro dominica secundi floricultus. F. 150ᵛ D. N. I. C. resurgentis pictura paginam inplens. Folium unum avolsum est inter ff. 57 et 58, et alterum inter ff. 118 et 119, quae ambo picturas continebant. Ornamenta in marginibus summis et externis ff. 58 et 119 initium temporum Quadragesimae et Passionis designant. Fasciculi 17 qui in margine imo primae et ultimae paginae signati sunt plerique 12 foliis constant, praeter decimum tertium 13 et decimum quintum 14 foliorum. Primus fasciculus, qui ff. 1-9 tantum continet, notis fraudatus est; sextus primum folium (f. 57ᵃ) perdidit; undecimus ante resectionem f. 118ᵃ 13 foliis constabat. Ff. 9. 151. 206 manu recentiore scripta. Imago Pentecostes quae initio cod. 8 servatur, primum in fine cod. 7 legata est, ut demonstrant vestigia picturae in f. 206. F. I: *Sciaragan* | *o sia* | *Innario Armeno* | *Necessario per recitare* | *l'offizio Divino come apunto* | *necessarie sono apresso i* | *Latini le lezioni,* (*ed anche* cancell.) | *Parte I.* | *che serve sino alla Pentecoste.* F. Iᵛ: *Mutai con un altro di stam*|*pa col consenso di Monsig*(nore) | *segretario, nell'anno 1777* | *Io Hacciadur* (*i* suprascr.) *Urupgi.* F. II. 150ʳ. 206ᵛ vacua.

Integumentum corio fusco constat, quod ornamenta praebet auro inpressa.

8 (olim L. II. 9). Saec. XVII, chart., mm. 131×94, ff. 273, linn. 21.

Hymnarii pars altera inde a festo Pentecostes. Series hymnorum, quam in adpendice I repperies non nunquam ab editione Constantinopolitana an. 1710 discrepat. Des. abrupte in verbo magnae benedictionis [Կ]այեցարուք (cf. ed.

laud. p. 687, l. 6 et breviarium, II, p. 25, l. 16). Dies altera post transfigurationem Domini (f. 47ᵛ) et altera post adsumptionis B. M. V. (f. 56ᵛ) falso inscribuntur երրորդ pro երկրորդ. F. 62 inseritur canticum ad B. M. V. auctore **Cyriaco** **‹Erzĕnkatsi›**: Երգ որ ածանցին ի կիրակոս վ(ար)դ(ա)պ(ե)տէ: Արեւելք գերարփին եւ աւթարան լուսածին... « Oriens fulgide et habitaculum lucem parens... ». F. 104ᵛ pars hymni ss. patriarcharum, verba scilicet Տեսի° - տով-մարն (cf. ed. Constantinopolitanam an. 1710, p. 510, l. 5 - 21) prima manu cancellata sunt.

Codices 7 et 8 scriptura et ornamentis omnino similes unum librum olim efficiebant, ut demonstrant notae fasciculorum prima manu scriptae, sed iam saec. XVIII, ut videtur, seorsum conpacti sunt. Figurae marginales: (f. 24) s. Iohannes Baptista, (f. 28ᵛ) episcopus pro festo filiorum et nepotum s. Gregorii inluminatoris, (f. 30ᵛ) s. Nerses, (f. 34) s. Rhipsime, (f. 44ᵛ) D. N. I. C. cum Maria et Martha, et (f. 45) Lazarus resurgens, (f. 54) transitus animae B. M. V., (f. 62) B. M. V., (f. 88) propheta veste episcopali indutus, (f. 92) Mesrop doctor, (f. 94ᵛ) s. Iacobus Nisibenus, (f. 99) s. Michahel archangelus, (f. 101ᵛ) episcopus quidam, (f. 193) s. Nerses. Imagines, quae totam paginam inplent: (f. 2) descensus Spiritus sancti in die Pentecostes, (f. 137ᵛ) martyres duo, genibus flexis, adstante carnifice, (f. 165ᵛ) angeli quattuor tuba canentes, (f. 201) imago sancti cuiusdam cui Deus pater e nubibus adparet. Ff. 17. 18. 224-273 saec. XVIII videntur addita cum codex conpactus est. Pars codicis antiquior fasciculis 19 constat, quorum singuli in margine imo primae et ultimae paginae signati notis ժը̄ - լե̄ (18-35) folia 12 habent. Fasciculus primus, cuius folia duo priora in cod. 7 invenies ff. 11 tantum continet. Fasciculi 31 et 34 tredecim foliis constant, fasciculus 35 ultima nota caret. Inter fasciculos 28 et 29 ternio sine notis insertus est. F. 1 antiqua codicis nota *13. Armen.* et manu recentiore: *Sciaragan* | *o sia* | *Innario Armeno* | *P*(arte) *II* | *che serve da Pentecoste* | *sino all'anno nuovo.* Ff. 1ᵛ. 2ʳ. 137ʳ. 165ʳ. 201ʳ. 224ᵛ-273ᵛ vacua.

Integumentum ex corio fusco, quod ornamenta praebet auro inpressa, integumento cod. 7 omnino par est.

9 (olim L. II. 10). Saec. XVII, chart., mm. 144×105, ff. I. 61.

1 (f. 1) **Davidis invicti** definitiones philosophicae litterarum ordine dispositae Սահմանք իմաստասիրականք դաւթի անաղթ (ex. corr., lege անյաղթ) փիլիսոփայի, (cf. cod. Mechitaristarum Vindobonensium 263, f. 340, apud Iacobum Dashian, *Catalog der Arm. Hss...*, p. 142, part. arm., p. 676). Inc.: ‹Ած› բուն գոյութի: Ած ծայրագոյն եւ երանեալ բարի: Ած բոլորակերտող եւ նախախնամիչ յոչէից էացելոցս: « ‹Deus›, vera substantia. Deus, supremum et beatum bonum. Deus, omnia faciens et providens e nihilo creatis ». Des.: Բաջ է ոգի բացարձակ ի հողեղէն մարմնոյ. ըստ ինք(ն)ին գլ(խո)վ բ(ա)րի « Genius est spiritus a terrestri corpore semotus, ex proprio capite bonus ». Sequitur (f. 24ᵛ) adnotatio brevis manu recentiori exarata, quae inc.: Յ(ա)ղ(ա)գս անձին գրէ, թէ անմիաբան է հնոցն... « De persona scribit non consentire veteres... ».

2 (f. 25) Conlectio sententiarum, praesertim ex philosophis graecis, mutila (cf. dissertationem Aemilii Teza, *Delle sentenze morali di filosofi Greci scelte e tradotte da Armeni*, in *Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei, classe di scienze morali, storiche e filologiche*, ser. V, vol. II [18 iunii 1893], pp. 375-396). Restant: [1] praefationis, ut vid., ultima verba: *կմ ըմպելե(ա)ց. կմ դ(ա)րդ(ա)րելոյ զՀ(ան)դ(եր)ձիւ կմ վս ամ(ո)ւսն(ո)ւթե...*; [2] cap. 1, testimonia de divinitate *Յաղ(ա)գս ածութե(ա)ն վկայու(թ)ի(ւն)ք*, inc. *Պղատոն ասէ զՀայրն և զպ(ատ)ճ(ա)ռն ամի գտանելն գ(ո)րծ է, բ(ա)յց պատմելն զնմանէ անՀնար է*... « Plato dicit: patrem et causam universi invenire oportet, sed enarrare eum inpossibile est... »; [3] (f. 26v) cap. 2, de intellegentia et sapientia, *Յաղագս խելաց և իմաստութե*, prima sententia sola: *Պղետաւրքոս ասէ. Ճ(անա)պ(ար)Հորդք 'ի տունս*... (Մանր երկասիրոց նախնի իմաստասիրաց in Սոփերք Հայկականք, vol. I, Venetiis, 1853, p. 9; cf. Teza, loc. cit. p. 392); [4] (f. 27) cap. <28, de mulieribus honestis> initio mutilum (cf. cap. 25 sententiarum ab Oskan episcopo Massiliae an. 1675 editarum, pag. 122, apud Teza, loc. cit., p. 392): *Եւ անարժանի* (ex *արժանի*, *ան* suprascr.) *ուրուք ոչ* (suprascr.) *ծ(ա)ռ(ա)յեաց: Եւ երանեալ է առն որ եգիտ զիմաստութի*... *Նորին. Կնոջ իմաստնոյ երանեալ է այր նր*... « nec ulli indigno servivit (Eccli, 25, 11). Et beatus est vir qui invenit sapientiam... Eiusdem: Mulieris sapientis beatus vir (Eccli, 26, 1)... »; [5] (f. 28v) cap. 29, de temperantia (cap. 26 in ed. Massilien. p. 123, ap. Teza, loc. cit.; cap. 29 in conlectione cod. Musei Britannici or. 6798, f. 56) *Յ(ա)ղ(ա)գս Համեստութե կենցաղավարութե*; [6] (f. 30v) cap. 30, de religiose vivendo. *Յ(ա)ղ(ա)գս բարեպաշտութե կելոյ*. Sequuntur capita duo de physiognomia [1] (f. 32v) de effigie *Յ(ա)ղ(ա)գս պատկերացութե* et [2] (f. 36) de communium descriptione *Յ(ա)ղ(ա)գս Հ(ա)ս(ա)ր(ա)կաց պատկերաց(ո)ւցութե*. Inc. cap. I: *Արդ զանազան յօրինուած մարմնոյն*... « Haec varia structura corporis... ».

3 (f. 37) Conlectio sententiarum numerum IV spectantium, Salomonis et Ahicari proverbiorum instar, ut in codd. Mus. Brit. or. 6798, fol. 57 et or. 6987, fol. 246; inc.: *Բանք խրատականք: Ասացեալ իմաստ(ա)սիրացն: Չորս իրք է որ զթագաւորութի Հ(ա)ստ(ա)տ պաՀէ: Որ ունիցի Հաւատ սր*... « Verba suasoria, dicta philosophorum: Quattuor res sunt quae regnum stabile custodiunt: qui habet fidem sanctam ... ». Sequuntur interrogationes duae, eadem manu scriptae, quarum prima inc.: *Հ(ար)ց(ումն). Օ՞ինչ է Հիւրընկալ(ո)ւթի. պ(ատաս)խ(անի). նախ յաբրաՀամէ*... « Quaestio. Quae est hospitalitas. Responsum. Primum ad Abraham ... ».

4 (f. 43v) Versiculi XII manu recentiore scripti, inc.: *Ինչ շաՀ է քո զուր դատիլդ*... « Quid prode est tibi vanum iudicium ...? ».

5 (f. 44) De Vespasiano et Tito deque excidio Hierosolymitano narratiunciula, inc.: *Վեսպիանոս կայսերն քիթն ի ներս որդներ, և որդն պիծակ դառնայր, և զամ բժիշկ ժողովէր*... « Vespasiano caesari in naso vermis erat, qui vermis vespa factus est, et omnes medicos congregavit... ».

6 (f. 44v) In verbum Iob (39, 9): *Ի բանն յոբայ որ ասէ. Եթէ կամիցի քեզ միեղջերուն ծառայել*... « In verbum Iob quod dixit: Numquid volet unicornis tibi servire ... ». Sequuntur quaestiunculae tres eadem manu scriptae, quarum duae priores sunt: *Հց. Օ՞ինչ է կենդանութի մ(ար)դ(ո)յն: Պտս. Հոգին:* <*Հց*>. *Օ՞ինչ է կ(են)դ(ա)նութի Հ(ո)գ(ո)յն. Պտս. ած.* « Quae est vita hominis? Spiritus. Quae est vita spiritus? Deus ».

7 (f. 45) Quaestiones variae [1] *Օ՞ինչ է մեղքն որ ը(նդ)դէմ Հոգոյն սրոյ* « Quid est peccatum contra Spiritum sanctum? » [2] (f. 47) de sacramentis inc.: *Օ՞ինչ են է խորՀուրդ եկեղեցոյ* « Quae sunt septem sacramenta ecclesiae? » [3] (f. 47v) de donis Spiritus sancti, inc.: *Քանի են պ(ա)րգևք Հոգոյն սրոյ* « Quot sunt dona Spiritus sancti? » [4] (f. 48) de peccatis inc.: *Քանի են ազգ մեղաց* « Quot sunt species peccatorum? » [5] (f. 48v) *Օ՞ինչ է որ վս որդոյ այրւոյն. Է. անգամ աղօթեաց մրգէն.* « Quid est quod de viduae filio septiens oravit propheta? » (cf. III Reg. 17, 21).

8 (f. 49) Notulae diversae, ut plurimum nullo titulo. [1] Inc. *Ձայնիւն այն զոր ասացաւ առ պետրոս. թէ ոչ լուացից զքեզ*... « Voce illa quae dicta est Petro: si non lavero te... » [2] Inc. *Արիստոտել ասէ: Մեծատունք և անյագք ջրգողեց նմանեն*... « Aristoteles dicit: Divites et avidi hydropicis similes sunt... » [3] (f. 49v) *Վս ողորմութե* « de misericordia ». [4] *Վս քարոզութե* « de praedicatione ». [5] Inc. *Մտեալ ռափայէլ Հ(րե)շ(տա)կն առ տուբիթ ասելով. ուրախութի եղիցի քեզ միշտ*... « Ingressus (est) Raphahel angelus ad Tobiam dicens: gaudium sit tibi semper ... » [6] (f. 50) Inc. *Ի բարութի շնորՀաց ո՛չ ոք կար է գալ ինքեամբ, զի այս ո՛չ է ըստ ընթացից բնութե*... « Ad bonitatem benevolentiae nemo est qui possit adcedere per se ipsum, quia haec non est secundum cursum naturae ... » [7] (f. 50v) *Վս Հաւատոց* (sic pro *-յ*) « de fide ». [8] *Վս յուսոյ* « de spe ». [9] *Վս սիրոյ* « de caritate ». [10] *Վս աստիճ(ա)ն(ա)ց սիրոյ* « de gradibus caritatis ». [11] (f. 51) Quaestiones de sacro ordine, inc. *Քանի են աստիճանք կարգաց* « Quot sunt gradus ordinum? » [12] (f. 51v) *Որով իւիք կար է մ(ար)դ պաՀել միշտ զինքն ի սէրն այ* « Quo

modo potest homo se ipsum custodire in caritate Dei? » [13] Inc. Հեզ է, ուր ասէ օրօսիոս, որ ոչ կրէ, և որ ոչ քարշէ... « Mitis est, ut ait Orosius, qui non tollit neque trahit... » [14] Conpendia sex ex codice quodam latino transscripta: *Aus, Gus, Berus, Ierus, Hu, So* (sic), quorum armena interpretatio inmediate subiungitur: աւգուստին, գրիգորիոս, պռնարդոս, ջերօնիմոս, ուգօ, սբ « Augustinus, Gregorius, Bernardus, Hieronymus, Hugo, sanctus ».

9 (f. 52) De septem sacramentis ecclesiae expositio brevis: Սրբ .է. խորհրդոյ եկեղեցոյն.

10 (f. 53) De virtutibus theologicis: Կարճառօտ խրատք, զի հաւատոյ, յուսոյ, և սիրոյ: եթէ զինչ են զօրութիւնք սոցա. և որ ի օգտութի ունին « Brevia praecepta de fide, spe et caritate, i. e. quae sint virtutes istarum et qui utilitatis habeant ».

11 (f. 54v) Dictum doctoris **Vahram** <Sevlerntsi> inc.: Վահրամայ վ(ար)դ(ապե)տի ասացեալ: Եթէ յորժամ զինեցի զալ թշնամեաց ի վերայ քրիստոնէից, որպ մ(ա)հմետ(ա)կ(ա)նքն... « Cum contigit ut adversarii superent christianos, sicut mohammedani... ».

12 (f. 55) De summo pontifice et patriarchis, inc.: Սր գաւազանաց: Հռոմայ աթոռն սբ պետրոսի վէմին է... « De sceptris: Romae cathedra s. Petri petra (*vimin*) est... ».

13 (f. 56) Inc. Այսպէս և որք բանտարկութեն ի մեղս և ոչ զղջանան գիտասցեն զի տանջեն և զփոխարէն գործոցն առնուն « sicut qui delirant in peccatis nec paenitentiam agunt, scient quod torquebuntur et mercedem operum accipiunt ».

14 (f. 57) Fragmentum, cuius prima linea glutinatoris cultro fere resecta est de rebus decem necessariis: Առաջինն այն է: Որ քարոզ տվող, և խրատ ուս(ու)ց(ա)նող մ(ար)դն, առաքինի լինի և բ(ա)րեգոր[ծ] « Primum est illud: Homo qui dat monita et praecepta docet, optimus evadit et beneficus ».

15 (f. 57v) De vidua quadam et filio eius narratiuncula inc.: Կին մի այրի ունէր այծս. Ժ. և ունէր մի պատանեակ, որ արածէր զայծերն և երեկոյն բերէր ի տունն... « Mulier quaedam vidua habebat capras decem, habebat quoque filium unum adulescentem, qui capras pascebat et vespere ad domum ducebat... ».

16 (f. 58) De cognitione dissertatio quaedam initio mutila: այլ սոյն պէսէք: Այս և գիտելի է զի եկաւսն նախկինաբար կայանայ կատարելութի պատկերացուց(ո)ւթեանս... Չորս են կարգք գիտութեն գիտնականացն: Առաջ որ գիտէ, և թէպէտ գիտէ զի գիտէ, ասէ չեմ բաւական խօսելոյ... « alia eius

modi. Etiam sciendum est in oculis praesertim stare perfectionem imaginis... Quattuor sunt gradus scientiae doctorum; primum qui scit et quamvis sciat se scire, dicit: nequeo dicere... ». Singuli versus inde a lin. 17 fol. 58r in litteram ն desinunt.

17 (f. 59) Sententiae morales, inc.: Ա(սա)ցի(ա)լ են Պղատոն և Արիստոտէլ: եթէ .Է. կարգ են (աշխարհ)ի. և .Է. են գործք բարութե... « Dixerunt Plato et Aristoteles: septem sunt climata terrae, et septem sunt opera bonitatis... ».

18 (f. 59v) De modo orandi inc.: Եթէ աղաչեսցես զած օգնել քեզ յաղագս փորձութե... Այլ աղօթա՝ այսպ(է)ս: Տր յս դու ես օգն(ա)կ(ա)ն իմ և ի ձեռս քո եմ յամ ժամ... « Cum precaberis Deum ut te adiuvet propter tentationem... Sed sic ora: Domine Iesu, tu es adiutor meus et in manibus tuis sum omni tempore... ».

19 (f. 60) Sententiae morales inc.: Զամենայն զգալի սողնոց սատակիչ եղջիւրոյն զգալ իսկ իմանալեացն խոնարհութին. « Sensibilibus quidem reptilibus universis exitiosum est cornu, intellegibilibus autem humilitas ».

Codex a diversis librariis exaratus est, quorum unus in f. 43v notam anni *1621* adposuit. F. I: *Continet hic liber interrogatio|nes et responsiones philoso|phicas.*

Integumentum membranaceum; in angulo inf. sinistro operculi anterioris tesserae gentiliciae Pii X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii.

10 (olim L. II. 11). Saec. XVII, chart., mm. 148×98, ff. 308.

<**Pauli Piromalli** ord. Praed. doctrina de duabus naturis in Christo> in tres partes, ut vid., divisa, quarum prima ad obiectiones sex respondit, secunda (f. 103v) ss. Patrum et conciliorum testimonia refert et explicat, theses tertia (f. 276) probantur. Inc. (f. 2) Ընթերցայ զգիրս քո, ով սիրելեդ, և ուժգին ուրախացայ՝ մանաւանդ յաղագս պատուական բանին զոր իբրու յինէն ասացեալ յիշեցուցեր ինձ, որ էր. եթէ գտանիցես 'ի սրբոց վարդապետաց ասացեալ զերկուս բնութիս. ա(յսինքն). աստուծ(ութիւն) և մ(ար)դկու(թիւն) մի եղեալ բնութի քի... « Perlegi librum tuum, o amice mi, et vehementer gavisus sum, praesertim propter egregium verbum quod quasi a me dictum memorasti mihi, i. e.: invenistine a ss. doctoribus dictum duas naturas deitatem scilicet et humanitatem unam effecisse naturam Christi?... ». Des. in verbis s. Ephrem (in transfigurationem Domini ի պայծառակերպութե ծառ. Ծառնորի. լա.): զի հայր ձայնեցէ որդւոյ և ցուցցէ նշ զի որդի նր էցէ ճշմարտութեր, և ամ. Sectionum tituli sunt: [1] (f. 5v) principia generalia ad obiectionum solutionem Գիտելիք յաղագս լուծման առարկութեց; [2] (f. 14v) apologia s. Athanasii Պատասխանատուութի (sic) զի սրոյ աթանասի. թէ որպէս իմանի ոչն

երկու բնութի մի որդի; [3] (f. 23) de s. Gregorio Thaumaturgo Պատասխանի վս բանին, զոր ի սրոյ սքանչելագործէն տարահամբաւէն; [4] (f. 74v) de s. Cyrillo Alexandrino Յաղագս դ առարկուե, որ է օրհնակն սրոյ կիւրղի; [5] (f. 92) Պատասխանի առ հնգերր(ո)դ առարկութն, որ է. եթէ զերկուս բնութս ասեմք, հարկ է զերկուս դաւանիլ անձնաւորութիւնս; [6] (f. 96v) Պատասխանի վս վեց(երոր)դին առարկութե. որ է. եթէ բնութք միաւորեցան, ապ(ա) մի բնութ դարձան; [7] (f. 103v) Վկայութիւք սրոց հարանց յաղագս երկուց բնութեց 'ի մի քս միաւորեցելոցն: և հաստատութ ասացելոցն; [8] (f. 148) Զառարկութիս և զերկմտութիս լուծեցինք. և զճշմարտութ ծանուցինք: այժմ պարտէ մեզ յառաջաբերել զինչ պակասութ լինի յասելն, մի է բնութ քի, quae sectio abrupta, post ff. vacua 192-199 resumitur: դ(ա)րձ(եա)լ Ներսէս կլայեցի ասէ...; [9] (f. 241) Սրոյ քաղկեդոնի ժողովոյն Կանոք յաղագս սահմանելոյ, de concilio Chalcedonensi, cuius decem canones adferuntur et elucidantur; [10] (f. 255) Դիմաքանութ ընդէմ միաբնակացն, confutatio monophysitarum; [11] (f. 276) Այժամ հաստատեմք եթէ անհնարին է աստուծ և մ(ար)դկութ ի քս մի լինիլ բնութի, quod inpossibile sit divinitatem et humanitatem in Christo unam naturam esse; [12] (f. 281) Յետ այսորիկ հաստատեսցուք զերկուս գոլ բնութիս ի մի քս, duas naturas esse in uno Christo; [13] (f. 286) Հաստատեմք դարձ(եա)լ երկուս գոլ զբնութիս 'ի ներգործութեանցն երկուութե, duas naturas esse in operationum dualitate.

De auctore, qui fuit missionarius apostolicus ad Armenos et archiepiscopus Naḫčevanensis (an. 1655-1664), et de eius operibus, vide sis quae dicta sunt a Quétif-Echard, *Scriptores ordinis Praedicatorum recensiti*, tom. II, Parisiis, 1721, p. 622 et a Michaele Le Quien o. P., *Oriens christianus*, tom. III, Parisiis, 1740, col. 1410 sq.

Codex, cui multae conrectiones primae manus insunt, videtur autographus. Fasciculi 26 qui 12 foliis constant in imo margine primae et ultimae paginae signati sunt. Folia 2-151 in ang. sup. ext. prima manu notati sunt numeris arabicis 1-150. F. 1: *Dialogus supra Christi incar|nationem inter duos Ar|menos doctores dicta S.* | *Athanasii examinantes* | *mss.* et antiqua codicis nota *Armen. 36.* F. 2 in margine summo: *Principio.* F. 301: զինչ° է անունն: սահման կարճառօտ: | զինչ° է սահմանն բան կարճառօտ | յայտնիչ բնութե էութեակայ իրին. F. 307v: ուրեմն ք գոն այ բանն | մինն այ բան | պարզ. և միւսն այ բան մարմնացեալ | *Probo.* Հաստատեմ: երկու գոն բնութիք | բանին ուր. ք. բանք: մինն որ | աստուծ է միայն իսկ միւսն որ աստուծ | է և մ(ար)դկութ միասին. F. 308v: *Testimonia SS. PP. uaria collec*(ta) | *a P. Piromall contra Armenos* manu, ut vid., Iohannis Pastritii. F. 273 a librario ipso additum. Ff. 22v. 192-199v. 275v. 301v-307. 308 vacua.

Integumentum recens membranaceum, cuius in dorso tesserae gentiliciae Pii X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii nigro colore inpressae sunt.

11 (olim L. II. 12). Saec. XVII, chart., mm. 149 × 102, ff. VII. 258.

Pauli Piromalli ord. Praed. apologia de duplici natura Christi contra Simonem Armenorum doctorem armenice (cf. cod. 40, II qui est autographus et primam recensionem eiusdem textus continere videtur). Liber editus est latine cum titulo *Apologia de duplici natura Christi, divina scilicet, et humana, ex s. Cyrillo Alexandrino petita, contra P. Simonem Armenorum doctorem,* Viennae Austriae, 1656. Titulus in codice est: Տն Պօղոսի Փռանգ վ(ա)րդ(ա)պետին յաղ(ա)գս երկուց բնութեց քի. պ(ատաս)խ(ա)նին առ տր սիմոնն հայոց վ(ար)դ(ա)պետն. Inc.: Սուրախօսութբ մեծաւ զպատասխանին ընթերցաք... Des.: ընդ յի քի զե միաբանութբ ի մի բերան փառաւոր առնիցեք զած. և զհայր տն մերոյ յի քի: Ամէն:

Emendationes prima manu scriptae sunt in marginibus et inter lineas. Codex conplectitur 21 fasciculos duodecim foliorum, in imo margine primae et ultimae paginae, praeter primum, signatos, et 5 ff. sine nota. Folium primum fasciculi quinti, qui 14 foliis constabat, a librario ipso forfice recisum est, nullo textus detrimento. F. I antiqua codicis nota *19. Armen.* F. VIIv manu saec. XVII: *Patris Magistri Fratris Pauli* | *Piromalli ordinis Prędicatoru*(m) | *Apologia.* | *Contra Patrem Simonem Arme|norum Doctorem et Responsa|rium eiusdem Nationis* | *Patriarchae.* Deinde, manu, ut vid., Iohannis Pastritii: *Eadem quę typis edita est ab eodem* | *Latine.* F. 255 littera *notergir:* Հաւաքումն և վկայութիք գրոց սր|բոց վարդ(ա)պ(ե)տ(ա)ց, յաղագս ուղղափառ | դաւանութեց, յերկուց բնութեցն | քի ընդ դէմ միաբ(ա)նակ(ե)աց ճշմար|տասիրութե, և յոգնաջան աշխա|տութբ, արարեալ երջանիկ բարու|նւոյ, յիտալացւոյ. Տեառն Պօղոսի | պիրոմալայ. և արքեպ(ի)սկ(ո)պ(ո)սի նախ|ջէ-վանոյ: « Conlectio et testimonia e libris sanctorum doctorum pro orthodoxa professione de duabus naturis Christi.., a beato magistro Italorum domino Paulo Piromalli archiepiscopo Naḫčevanensi ». Ff. I-VIIr. 225v-258v vacua.

Integumentum corio roseo constat, cuius in dorso antiqua nota *19* atramento scripta est. Ligamina serica.

12 (L. II. 13). Saec. XVIII-XIX, chart., mm. 166 × 113, ff. I. 168, linn. 20.

Homiliae in evangelia a feria V post dominicam IV quadragesimae usque ad feriam III post sanctum Pascha, ex conlectione maiore excerptae, ut demonstrant numeri uni cuique homiliae praefixi, scilicet 26-38. Textum translatum esse ex latino aut vernaculo quodam occidentali idiomate dubitari nequit, cum primae homiliae initio s. Cyprianus citetur. [1] (f. 1) Inc.: «Քարոզ. 26: 'ի հինգ շ(ա)բ(ա)թի յետ 4 կ(իւ)ր(ա)կէի պահուհ(ա)ցից 'ի նոյն հեղինակէ. յաղագս հ(ո)գւոյ. բնաբ(ա)ն ղ(ու)կ(ա)ս. 7: 12: Ահա ելանէր մեռեալ... 1: Սրն կիպրիանոս մտածել(ո)վ 'ի մ(ա)րդն զերկուս գոյացու(թ)ի(ւն)ս, որք զնա բաղադրեն մին հոգևոր, և միւսն նիւթական... « Praeconium 26: in feria V post dominicam IV ieiunii. Eiusdem auctoris est. De Spiritu. Textus: Luc. 7-12: Ecce defunctus efferebatur... 1. S. Cyprianus considerans in homine duo elementa, quae eum conponunt, unum spirituale et unum materiale... ». [2] (f. 7) Feria VI

eiusdem hebdomadae in Ioh. 11, 35; [3] (f. 14) dominica V quadragesimae in Ioh. 8, 59; [4] (f. 21ᵛ) feria II in Ioh. 7, 37; [5] (f. 29) feria III in Ioh. 7, 8; [6] (f. 38) feria IV in Ioh. 10, 27; [7] (f. 45) feria V in Luc. 7, 37; [8] (f. 52ᵛ) feria VI in Ioh. 19, 25; [9] (f. 62ᵛ) dominica palmarum in Matth. 21, 2; [10] (f. 73) magna parasceve in Thren. 1, 12; [11] (f. 90ᵛ) de lacrimis s. Petri in Luc. 22, 60; [12] (f. 115) laus spineae coronae Christi in Ioh. 19, 2; [13] (f. 132) die sollemni Paschae in I Cor. 15, 54; [14] (f. 142) feria II in Luc. 24, 30, 31; [15] (f. 150ᵛ) feria III in Luc. 24, 46. Sequitur (f. 164ᵛ) index homiliarum inperfectus.

Codex currenti calamo scriptus. F. Iʳ: *Prediche diverse (26)* manu recenti. Ff. Iᵛ. 72ᵛ. 165-168ᵛ vacua.

Integumentum, cuius fibularum vestigia tantum conspiciuntur, ex corio nigro constat. Acies foliorum aurata.

13 (olim L. II. 14). Saec. XVII, chart., mm. 178 × 124, ff. VIII-165, linn. 23.

S. Cyrilli Alexandrini opera quaedam: [1] (f. 1) scholia de incarnatione Unigeniti, Սրբոյն Կիւրղի եպ(իս)կ(ո)պ(ոսապե)տի Աղեքսանդրի Պարապմունք յ(ա)ղ(ա)գս մարդանալոյ միածնին առ. Թէ զի արդ իմացի edidit et anglice vertit Fredericus C. Conybeare, *The Armenian version of revelation and Cyril of Alexandria's scholia on the Incarnation and epistle on Easter,* Londini, 1907, part. angl., pp. 165-214, part. arm., pp. 93-143; [2] (f. 40) epistulae ad Secundum prima et (f. 45ᵛ) altera, quas graece cum titulo πρὸς Σούκεσον repperies apud M. P. G. 77, 228-245; [3] (f. 50ᵛ) epistula ad Acacium Melitinensem episcopum, ibid., 181-201; [4] (f. 59ᵛ) epistula ad Iohannem Antiochenum episcopum, ibid., 173-181; [5] (f. 71) oratio ad piissimam reginam Eudoxiam, al. oratio altera ad reginas nuncupata, M. P. G. 76, 1336-1420; [6] (f. 115) ad piissimas reginas et perpetuo virgines Arcadiam et Marinam, omissis e novo Testamento testimoniis, ibid., 1201-1221; [7] (f. 125ᵛ) ad Theodosium inperatorem liber de recta fide, ibid., 1133-1200, cui (f. 130, l. 5 - f. 131, l. 2) inserta sunt non nulla verba Stephani interpretis inter sententias *Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν, ἐκεῖνοι* et *Φρονήσομεν δὲ ἡμεῖς οὐχ ὧδε* (M. P. G. 76, 1141, lin. 4 ante finem). Haec additio denunciatur rubrica: Յաւելեալ բանս ոչ է Կիւրղի, այլ ստ(ե)փ(ա)նոսի Թ(ա)րգմանչի գրոյս. Ubi textus s. Cyrilli resumitur, titulum posuit librarius: Այժմ հետևի բանն Կիւրղի.

Opera non nulla s. Cyrilli Constantinopoli anno 1717 inpressae sunt, sub titulo Պարապմանց գիրք, տպագրեալ է կոստանդնուպօլսօ, յամին ՌՃԿԶ, cf. A. L. Ghazikian, *Nouvelle bibliographie Arménienne et encyclopédie de la vie arménienne,* Հայկական նոր մատենագիտութիւն եւ հանրագիտարան հայ կեանքի, Venetiis, vol. I, 1909-12, p. 1310 sq.

Codex littera *bolorgir* satis nitide exaratus titulos rubros habet. Litterae maiores tum minio, tum caeruleo colore pictae sunt, grandiores vero et ornamenta marginalia variis coloribus. Fasciculi minime signati sunt. Notae marginales multae sunt et diversis manibus, plures vero a

Paulo Piromalli, exaratae. Partem lacunae, quam in f. 1 et 1ᵛ (cf. ed. Frederici C. Conybeare, part. arm., p. 95, lin. 9 օծանէին - lin. 14, գօծեալս քո) prima manus reliquit, manus saec. XVII, nisi fallor, inplevit usque ad verbum մեղանչէք (ibid. lin. 12). F. I a Paulo Piromalli exaratum est eadem scriptura qua cod. 10 excerptumque videtur ex alio libro, inc. Զէ. Բ. առէ. փոքր մի խոնարհեալ քան զհրեշտակս տեսանեմք զյս. F. II efficit schidula folio novo recens adglutinata ubi leguntur notulae: ես կոստանդ աղուլչի | մասյս պողոս վարտապետին տուղլին... | 2 linn. | *Ego Franciscus Rigordi* | *testor eum haec recepisse.* | *Assino* (vel *Asseno* vid.) *como testemunha* | *Greg*(orio) *Domingues.* F. III antiqua nota codicis *16. armen.* et *S. Cyrilli Chirch Parabmancz* | *seu Diatriba de Incarnatione* | *sine nomine scriptoris et anno* | *quando fuerit scriptus iste liber.* Ff. V et VII excerpta continent e vitis ss. deserti patrum capp. 4 Վս զղջման և քաղցր արտասուաց « de paenitentia et de suavibus lacrymis », 11 et 9, manu saec. XVII; inc. Ասաց Հայր Մակարիոս, եթէ երթայի երբեմն յանապատն. « Dixit pater Macarius, quando abii olim in desertum ... ». F. 165: *Ego f*(rater) *Ambrosius hodie confessus* [*cora*(m) suprascr.] *Wartabied* [*cora*(m) suprascr. et cancell.] *daoud secundu*(m) | *q*(uo)*d postulaui Nestoriu*(m) *optime dixisse In Christo* | *esse duas naturas, male autem In eodem esse duas* | *personas, nam quoad 1ᵃ*(m) *partem* (*Idem Nestorius* suprascr.) *sequitur consilium* | *totius Ecclesiae, Quoad vero 2ᵃ*(m) *partem ab Universali* | *Ecclesia condemnatur.* Sequuntur dicta s. Iohannis evangelistae, s. Cyrilli <Alexandrini> et Nestorii inc.: Ասէ սբն կ(իւ)րեղ (in mg. առ ակակ): Նեստոր չարափառն զմարմնանալոյն... Ff. IIᵛ. IIIᵛ-IVᵛ. Vᵛ-VIᵛ. VIII. 64-70ᵛ. 159-164ᵛ vacua.

Integumentum ex corio nigro signato recens refectum.

14 (olim L. II. 15). Ann. 1757, 1771 et saec. XVIII (cf. ff. 56 et 69), chart., mm. 160 × 108.

1 (f. 2) Interpretatio verborum quorumdam armenice et praesertim turcice. Inc. Տարատմունք. շուարումն, կ պաշարումն, 'ի տարակուսանաց. կ անճարակութի. որով լքեալ և ողորմելի 'ի գտանել զելս իրաց... Այլուրդ. վարօղ զայլս յր արապաճը. Praemittuntur f. 1 interpretationes verborum խոհակեր, խորհակերեմ, խորակերոց et խուփ recentius, ut videtur, additae.

2 (f. 20) Glossarium armeno-turcicum secundum naturam ultimae verborum vocalis, ut videtur, dispositum, inc. Ա. Աբբայ(ի suprascr.). պապա. կրօնաւորլարըն, ծղնաւորլարըն պաշը: Աբեղայ. Թէրքի տիւնեայ:

3 (f. 69) Glossarium armeno-turcicum nullo ordine, inc. Աղօթք. աղօթքլար: եանի. եպատէթլէր: Աղթարք. ինէնմէքլէր (cancel.): սաքիդ մարդուն:

4 (f. 99ᵛ) Interpretationes verborum armenice, inc. Անուանէ: գնա պետրոս: անուան դնել. անուան տ(ա)լ(ո)վ կոչել:

5 (f. 136ᵛ) Notae de flexionibus nominum, inc. Հոլով(ումն) է զանազան շրջաբերութիւն միոյ և նոյնոյ անուան: 1: ան, Անուն իմն...

Codex non una manu, ut videtur, exaratus. Ff. 20-29 signis numericis arabicis quae vocantur notati sunt prima manu pag. 11-30. F. 56ᵛ interpretatio paucorum verborum armenorum turcice. F. 137ᵛ adglutinata est schedula quae notulas eiusdem generis continet. F. 56 in fine secundae partis: 1757: փետրվարին. 19: « 19 (mensis) februarii 1757 ». F. 69 titulus tertiae partis turcicus annum continet: Պու Հայճալի մէ Թուրքճէլի բարքիրք եազըլտը. | սէնէ, 1771. սէնէսինտէ.

վէ թէրճիւմէր յազըն | տօքուզունճի կիւնտէ. « Hoc armenum et turcicum lexicon scriptum est anno 1771 die nono mensis decembris ». Ff. 1ᵛ. 5-19ᵛ. 57-68ᵛ. 84ᵛ-99ʳ. 123ᵛ-136ʳ vacua.

Integumentum ex corio nigro in pagina anteriore interna habet *Dizionario | Armeno Letterale- | Turco* manu saec. XIX et in posteriore nomen possessoris: *Don Giorgio di Pietro Chrmisi Guiumgijan | Armeno Anciriano.*

15 (olim L. II. 16). An. 1718 (et Arm. 1167, cf. f. 2), chart., mm. 163×102, ff. 127, linn. 25.

Stephani Stephanian Roszka parochi Armenorum Stanislavoviensis grammatica armena (cf. *Encyklopedyja Powszechna*, XXII [1866], p. 350). Titulus est in f. 2: *«Քերականութիւն Ստեփաննոսի Ստեփանեան Ըծաքանութեն վարդապետի լէհացւոյ: ըստ իսկական ոճոյն լեզուին հայոց շարադրեցեալ 'ի Ստանիսլաւով 'Յամի Տն* 1718. *և հայոց ռճկէ.* Praefatio inc. (f. 4): *Յառաջաբանութիւն: Բազումք գքերթողական արհեստս 'ի ձեռս առեալք ջանացին 'ի գլուխ հանել...* Textus inc. (f. 6): *«Քերականութիւն Ստեփանեան: Գիրգ* (sic) *առաջին. Յաղագս հոլովման Անուանց* (sic), *և լծորդութեն Բայից: Գլուխ առաջին Յաղագս հոլովման հասարակ անուանց: Առաջին հոլովումն, որոյ սեռականն եղերի այ...* Caput primum septem sectiones habet, secundum vero (f. 53ᵛ), *յաղագս նախադրութեանց, կամ յաղագս ութից մասանց բանի,* octo et tertium (f. 93), *յաղագս շարադրութեն ութից մասանց բանի,* decem et novem.

Codex, quem efficiunt 15 quaterniones in margine imo armenice signati, littera *notergir* nitide exaratus emendationes continet prima manu in frustulis chartaceis super verba reprobata adglutinatis. F. 1 manu saec. XIX: *Gram*(m)*atica Armena | di Stefano Stefanian.* F. 5ᵛ in fine praefationis: *Perillustris, et Adm*(odum) *R*(evere)*ndi Stephani Stephano|wicz Roszka S. T*(heologiae) *Doctoris, Officialis, et Prae|positi Stanislavoviensis Armen*(orum) *Grammatica|Armena ab Ipsomet sat eleganter compo|sita et maxime Iuventuti Gentis nostrae | necessaria, a Theologis nostris trutinata | ac revisa, ut lucem publicam sub typo|graphica sepia videat Authoritate no|stra Ordinaria Approbam*(us). *In quorum | fidem et*(c). *Datum Leopoli Die 1ᵐᵃ Iulij, An|no Domini 1723. | Ioannes Tobias Augus|tinowicz* (1715-1751, cf. Gams, *Series episcoporum*, p. 352) *Archiep*(isco)*pus | Leop*(olitanus) *Armenus* (cod. *Arnenus*). Sigillum eiusdem archiepiscopi in cera rubra inpressum est. Ff. 1ᵛ. 2ᵛ-3ᵛ. 124ᵛ-127ᵛ vacua.

Integumentum e charta spissata et corio fusco tineae laeserunt. In pagina interna operculi posterioris antiqua nota codicis: *I. nº. 26. lettᵃ. B.*

16 (olim L. II. 17). An. 1779 (cf. f. 1), chart., mm. 146 × 98, ff. 163, linn. 19.

1 (f. 2) Abbatis **Mḫiṭar Sebasteni** rhetorica brevis. Titulus est in f. 1: *Համառօտ Ճարտասանութիւն Դիւրին ոճիւ, և վայելուչ օրին(ա)կ(ա)ւ: Շարադրեցեալ աշխատասիրութբ տն Մխիթարայ վարդ(ա)պ(ետ)ին Սեբաստացւոյ Աբբայ Հայր կոչեցելոյ... Յամի տն.* 1779: *'ի Վէնէտիկ* « Brevis rhetorica facilis dicendi ratione, perspicua methodo, conposita opere domini Mḫiṭar doctoris Sebasteni abbatis, pater vocati... anno Domini 1779, Venetiis ». Inc. *Յաղագս արհեստի ճարտասանութեն: Գիրգ Առաջին. Յա-*

ղագս սահմանի ճրտանուե, և բաժանման մաս(ա)նց նորին: Գլուխ առ(ա)ջ-նե(ր)(որ)դ: Ճարտասանութիւն որ և ասի հռետորութի, է արհեստ բարւոք ասելոյ: « De arte rhetorica. Liber primus. De definitione rhetorices et de distinctione partium eius. Sectio prima. Rhetorica (*dšartasanuṭiun*), quae et *ῥητορική* (*hretoruṭiun*) dicitur, est ars bene dicendi ».

2 (f. 134) **Gregorii Narekatsi** preces XLI ex eius elegiis excerptae (cf. ed. Venetam an. 1840, Սրբոյ հօրն մերոյ Գրիգորի Նարեկայ վանից վանականի մատենագրութիւնք). Titulus est: *Բանք ընտիրք վերաքաղեցեալք ի յաղօթական գրոց սրբոյ հօրն մերոյ գրիգորի նարեկացւոյ:* « Verba electa excerpta e precum libro s. patris nostri Gregorii Narekatsi ». [1] orat. 2, n. 1, ed. p. 3, l. 18 *Աշտամբեալս* - l. 27 *երուսաղէմի,* [2] (f. 134ᵛ) orat. 2, n. 2, ed. p. 5, l. 6 *Մ'ի լեցի* (cod. *եղեցի*) - l. 12 *ելանել,* [3] orat. 3, n. 1, ed. p. 6 sq., [4, 5] (f. 135ᵛ) orat. 5, n. 2, ed. p. 12 sq., [6] (f. 136ᵛ) orat. 6, n. 3, ed. p. 15, l. 31 *Խակ մեղանք* - p. 16, l. 21, [7] (f. 137ᵛ) orat. 7, n. 2, ed. p. 17, l. 32 *Տունկս* - p. 18, l. 15, [8] (f. 138ᵛ) orat. 7, n. 3, ed. p. 18, [9] (f. 139) orat. 8, n. 2, ed. p. 19, lin. paenult. *ով չարդ* - p. 20, l. 14 (cod. *յօրհնեցելոց*), [10, 11] (f. 139ᵛ) orat. 17, n. 1 inde a verbis *մի յաւելուր,* ed. p. 37, l. 21, [12] (f. 141) orat. 19, n. 2, ed. p. 43 sq., [13] (f. 141ᵛ) orat. 23, n. 3, ed. p. 54, l. 26 *Եթէ ջրովին* (cod. *ջրովն*) - l. 34 *կարկիմ,* [14] (f. 142) orat. 24, n. 1, ed. p. 55 sq., [15] (f. 142ᵛ) orat. 24, n. 2, ed. p. 56, inde a lin. 24 *պարծանացն,* [16] (f. 143) orat. 25, n. 2, ed. p. 58, l. 19 *Ուստի նաւն* - l. paenult. *ք(ա)րշեցան,* [17] (f. 143ᵛ) orat. 25, n. 3, ed. p. 59 sq., [18, 19] (f. 145) orat. 27, n. 2, ed. p. 64, l. 7-31 *կնքեալ,* [20] (f. 145ᵛ) orat. 27, n. 3, ed. p. 65, l. 10-17 *մեղայ,* [21] orat. 28, n. 1 sq., ed. p. 67, l. 10 - l. paenult. *յանդիմանեցի,* [22] (f. 146ᵛ) orat. 29, n. 2, ed. p. 72, l. 19 *քանզի ովոք* - p. 73, l. 8 *խառնեաց,* [23] (f. 147) orat. 32, n. 2, ed. 81, l. 28 *ած բոլորից* - p. 82, l. 17, [24] (f. 148) orat. 41, n. 1, ed. p. 106, l. 8 *որ 'ի ծագել* - l. 17 *յուսահատութիւնք,* [25] orat. 45, n. 1, ed. p. 111, l. 2 *խոստովան* - l. 29 *բեռանց,* [26] (f. 149) orat. 45, n. 2, ed. p. 112, l. 1-34 *դաժանական,* [27] (f. 150) orat. 46, n. 3, ed. p. 115, l. 26 *և արդ* - p. 116, l. 6 *կե(նդա)նարարին,* [28] f. 150ᵛ) orat. 48, n. 3, ed. p. 120, l. 17 *յաղթեաց* - l. 22 *շուայտութիւնն,* [29] (f. 151) orat. 48, n. 4, ed. p. 120, l. ult. *զուր* - p. 121, l. 26 *հակառակուի,* [30] (f. 151ᵛ) orat. 55, n. 3, ed. p. 141, l. 3 *Մանաւանդ* - l. 17 *ծ(ա)ղելեք,* [31] (f. 152) orat. 55, n. 4, ed. p. 141, l. 27 *Քանզի* - p. 142, l. 2 *հոգիս* (ed. *զհոգիս*), [32, 33] (f. 152ᵛ) orat. 56, n. 2, ed. p. 142, l. 16 - p. 143, l. 27 *ինքնագործ,* [34] (f. 154) orat. 66, n. 5, ed. p. 171, l. 25 - p. 172, l. 2 *մեռանիմ,* [35] (f. 154ᵛ) orat. 71, n. 2, ed. p. 182, l. 1 - p. 183, l. 25 *կցորդիմ,* [36] (f. 156) orat. 73, n. 2, ed. p. 188, l. 19 *Յորժամ* - l. ante-

paenult. կ(ո)խե(ա)լ, [37] (f. 157) orat. 76, n. 2, ed. p. 204, [38] (f. 157ᵛ) orat. 78, n. 3, ed. p. 208, l. 15 Մ՚ի փոխարկեր - p. 209, l. 9 Հրապարակել (cod. Հր(ա)-տ(ա)րակել), [39] (f. 158ᵛ) orat. 82, n. 5, ed. p. 219, l. 3 դու սկիզբն - l. 14 ողորմութեան, [40] (f. 159) orat. 90, n. 3, ed. p. 234, l. 14 և կառուցես - p. 235, l. 9, [41] (f. 160) ex sermone in laudem Dei genetricis, n. 16, ed. p. 414 Ապա յիրաւի - p. 416, l. 36 Աստուածածին; sequitur sine numero fragmentum alterum eiusdem orationis panegyricae, n. 4, ed. p. 409, l. 14 Իսկ դու ընտրեալ - l. 36 անբծութը.

Librarius codicem ita descripsit ut libri typis inpressi speciem referret, qua de re etiam litteram initialem f. 2 nec non ornamenta marginalia ff. 2 et 134 ligno incisa dedit. Imagines monasterii s. Lazari Venetiis (f. 1ᵛ) et Davidis citharoedi (f. 133ᵛ) a librario ipso codici adiectae sunt. Singulae paginae signantur numeris armenis in ang. sup. ext. Fasciculi 21 insunt, omnes quaterniones praeter primum qui septem folia et ultimum qui quattuor tantum habet. Notae fasciculorum exstant in marg. inf. primae et ultimae paginae unius cuiusque fasciculi. Ff. 133 et 163 notae possessoris: *Don Giorgio di Pietro Crmisi Cuiumgiian Armeno Ancirano* et figura quadrata in quattuor partes divisa cum litteris ա. գ. ղ. մ. F. 163 ornamentum calamo delineatum.

Integumentum ex corio nigro recens refectum, cuius paginae internae operculi anterioris adglutinata est schidula ubi legitur: *Rettorica dell'abate Mechitar* (litt. inter *e* et *c* erasa). Acies foliorum deaurata.

17 (olim L. II. 18). An. 1516 (Arm. 965, cf. f. 212), chart., mm. 180 × 133, ff. I. 212, linn. 17.

Rituale armenum seu ‹Մաշտոց›, quod saepe pro usu liturgico editum anglice reddidit Fredericus Cornwallis Conybeare, *Rituale Armenorum being the administration of the sacrements edited... from the oldest mss...*, Oxoniae, 1905. Sacramentorum ritus latine translatos invenies apud Henricum Denzinger. *Ritus Orientalium*, Wiceburgi, 1863. Index capitum in f. 1 praemittitur. Insunt [1] (f. 2) ordo baptismi, [2] (f. 18) coronae nuptialis inpositio, [3] (f. 34) coronae nuptialis depositio, [4] (f. 34ᵛ) ordo communionis infirmorum, ubi oratio prima ea est quae legitur in codd. a F. C. Conybeare litteris D F G I K N notatis, et rubrica ante lectionem Is. 44, 21 ea quae in codd. D K N (cf. op. cit. p. 119 et p. 115, n. f), [5] (f. 38) ritus exsequiarum parvulorum (cf. cod. K, op. cit. p. 291), [6] (f. 53) ordo precum quae dicuntur altera exsequiarum die mane, [7] (f. 57) ordo sepulturae laicorum, [8] (f. 74ᵛ) exsequiarum pars quae vocatur in indice Գանձ Թաղմանն, [9] (f. 83) preces pro altera die exsequiarum, [10] (f. 89) preces pro defunctis dicendae diebus octavo decimo quinto et anniversario, [11] (f. 93ᵛ) preces pro animarum requie, [12] (f. 98ᵛ) ritus agni paschalis benedicendi, [13] (f. 99) benedictio salis, [14] (f. 99ᵛ) benedictio grani sacrificii, [15] (f. 102) benedictio ‹oblationis› dominicae, [16] (f. 109) benedictio aquae, [17] (f. 124) praeconium mandati quod sacerdos declarat ad populum die magnae feriae quintae, [18] (f. 130ᵛ) ritus pedum ablutionis, quem e syriaco idiomate in armenum transfudit **Gregorius Vkayasēr** ut docet titulus: Կանոն Ոտնալուային Երի-

կունն զոր Թարգմանեաց Մեծն Գրիգոր Վկայասէր, [19] (f. 145) benedictio crucis, [20] (f. 164) benedictio seminum, acervi ‹frumenti› et torcularis, [21] (f. 168) benedictio vestium sacrarum, [22] (f. 169) benedictio calicis et patinae, [23] (f. 169ᵛ) erectio novae portae in ecclesia, [24] (f. 170ᵛ) ordo reconciliationis ecclesiae pollutae, [25] (f. 184ᵛ) ritus admissionis ad paenitentiam secundum **Iohannem Mandakuni,** Կանոն ապաշխարող առնել։ Յոհաննու Մանդակունոյ Հայոց կաթուղիկոսի (cf. cod. K apud F. Conybeare, op. cit., p. 190), [26] (f. 196ᵛ) ordo absolutionis paenitentium in magna feria quinta.

In principio et fine codicis, custodiae modo adiecta sunt singula bifolia membranacea litteris uncialibus inclinatis exarata. Cum liber evangeliorum ex quo haec folia avolsa sunt multo grandior esset, transverse novo codici inseri debuerunt. Columna interior partim resecta est, superant in principio codicis Matth. 17, 4 [տաղ]աւարս - 8 ոչ զոք et 9 [մ]եռելոց - 13 առ[ին], in fine vero Matth. 23, 34 եւ ի նոցանէ 1° - 24, 3 նստեր ի.

Codex littera *bolorgir* nitide exaratus conplectitur 18 seniones praeter ultimum qui 10 ff. tantum et sextum qui 11 habet. Fasciculi sunt atramento signati in prima et novissima pagina litteris numeralibus, primus vero in ultima tantum pagina notam habet minio scriptam. Ornamenta et litterae grandiores animalium figuras referentia variis coloribus initio cuiusque sectionis depicta sunt. Tituli rubri. In angulo sup. dextro secundi folii membranacei initio codicis inserti legitur: *Masctuecz* (= Մաշտոց) | *Rituale Armenu*(m). F. I antiqua nota codicis *18* et manu saec. XVII: *Rituale sacrament*(orum) | *scriptum a Josepho Monacho* | *Monasterii Hardisciar* [*in Arm*(enia) *ma*(iore) in margine adiunct.] *in epi*|*scopatu Charabieti anno çrç Arm*|*enor*(um). *965. hoc est Chr*(isti) *1516.* | *Crux in tabula confixa est in* | *memoria*(m) *Mauritij per Simeone*(m) | *año 1060 Arm*(enorum) *ne*(m)*pe 1611 Chr*(isti). F. I sigilla cum inscriptione armena quam non legimus. F. 211 librarii subscriptio: Փառք ամենասուրբ երրորդութեանն | անեղաւ յաւիտենից. ամէն։ | Արդ գրեցաւ մաշտոցս ձեռա|մբ յոգնամեղ և անարժան և ան|պիտան և անարհեստ և փցուն գր || (f. 211ᵛ) չիս յովսէփիս. սուտ և խաբեբա կրօ|նաւորիս։ ի վանքս խարտիշարոյ. | ընդ հովանեաւ սբ ածածնիս. և սբ | կարապետիս. և սբ սարգսի զաւրա|վարիս. և այլ բազմահաւաք սրբոցս | որ աստ կառուցեալ կան։ ի յառաջ|նորդութի սբ ուխտիս կարապետ | եպիս. և ի ժե անձն աբեղայս որ | կան ի յայս լսարանիս։ այլ և զմեր հո|գևոր որդիս զտր թումայն որ զթու|ղթս կոկեաց. ած հերենն վարձահա|տոյց լինի։ և զիմ մարմնաւոր հայրն իմ | զմարտիրոս տնտեսն. որ բազում աշ|խատեցաւ ի տնտեսութին. ած լուսաւ|որէ ձեր սբ աղաւթիւքդ զհւր հոգին. | այլ և զմայրիկն իմ զդշխոյն և զայլ ամ | արեան մերձաւորս իմ. ամէն։ || (f. 212) Ովոք հան-դիպիք ի սմա կարդալով | կամ աւրինակելով յիշեսջիք ի մաքրա|փայլ յաղաւթս ձեր. զիս զանարժանս | և զանիրաւս ծառայս ծառայիցդ այ. | կու աղաչեմ զձեզ որ իմ մեղացս թողու|թի խնդ‹ր›էք յայ. և ած զձեր մեղքն | թողու. և խաչորութե և ողորմու|ցն անմեղադիր լերուք զի այս չափ | աէր կարողիմ. գրեցաւ ի թուականիս | ՋԿԵ. ի յարրիլ. Ե. աւրն չորեք|շաբաթի. աւրհնեալ է ած յաւս ամէն։ «Gloria sanctissimae Trinitati infinitae aeternitatis amen. Hoc rituale exaratum est manu peccatoris et indigni, inutilis atque inhabilis vanique librarii Ioseph, falsi mendacisque ascetae, in monasterio Ḫartišar, sub praesidio s. Dei genetricis et s. Praecursoris (*Karapet*) et s. Sergii ducis militum aliorumque variorum sanctorum qui ibi conlocati sunt; dum antistes erat s. Congregationis Karapet episcopus, et (ipse librarius) inter quindecim monachos qui sunt in hac schola. Filio autem spirituali nostro, domino Thomae, qui chartas expolivit, Deus ipse remunerator sit, spiritum vero patris mei carnalis Martyris cellarii, qui multum laboravit in dispensatione sua, Deus inluminet

sanctis vestris precibus item matris meae Reginae (*Dšḫay*) omniumque cognatorum meorum: Amen... Scriptum est anno 965 (a. D. 1516) die 2 aprilis, feria quarta. Benedictus Deus in aeternum. Amen ». Librarius Ioseph, ut vid., et dominus Thomas recurrunt in subscriptione cod. 123 (f. 1^{v}) Mechitaristarum Vindobonensium (cf. J. Dashian, *Catalog*..., part. arm., p. 409) qui in eodem monasterio Ḫartišar anno 1511 exaratus est. Ff. I^{v}. 212^{v} vacua.

Integumentum efficiunt tabellae ligneae corio fusco signato obductae, fere ut in tab. VII, nn. 1. 3, catalogi codd. Mechitaristarum Vindobonensium. Operculo anteriori crucula, de qua supra (cf. notulam f. I), quondam adfixa erat clavulis argenteis quorum vestigia conspicis in custodia membranacea. In pagina interna eiusdem operculi anterioris antiqua codicis nota atramento scripta legitur: *15 Armen.*

18 (olim L. II. 19). An. 1735 (cf. f. 54), chart., mm. 185 × 122, ff. I. 59.

1 Epistula **Georgii** doctoris Constantinopolitani ad Sergium Łalfa filium Haǵǵī Georgii et magistrum Gregorium typographum. Titulus est in f. I: Թուղթ Կոստանդնուպօլսեցի Գէորգ վարդապետին, գրեալ առ Սերգիս Ղալֆայի որդի Հաճի Գէորգին և տպարանապետ տիրացու Գրիգորին. Inc. (f. 1): Սիրելիք և Պատուելիք հոգևոր Եղբարք իմ 'ի Տր: Եհաս 'ի լսելիս նուաստութեան իմոյ, որ մեկնութիւն Կաթուղիկէ Եկեղեցւոյ անուանեալ գիրքն (sic) իմ՝ անկեալ 'ի ձեռս Եղբայրութեան ձերոյ, ո՛չ գիտեմ՝ վս ինչ պատճառի տպագրել տուեալ էք զնա... « Carissimi et reverendi spirituales fratres mei in Domino, venit ad aures humilitatis meae, librum meum interpretationem catholicae Ecclesiae vocatum incidisse in manus fraternitatis vestrae et nescio qua de causa typis mandatum esse a vobis... ». Des.: Ուրեմն սբն Լևոն հեռի է 'ի խմորոյ նեստորականացն, և ամենևին ուղղափառ և ճշմարտահաւատ է, որպ ցուցաք յայտնապէս 'ի մէջ յառաջագրեալ թղթոյն մերոյ. « Ergo s. Leo longe est a fermento Nestorianorum et omnino orthodoxus et fidelis est, sicut demonstravimus in proposita epistula nostra ».

2 (f. 44) Canones concilii Constantinopolitani oecumenici V: Կանոնք Հինգերորդ Տիեզերագումար Սբ Ժողովոյն Կոստանդնուպօլսոյ. Inc. canon I: Եթէ ոք ո՛չ դաւանի, թէ Հօր և Որդւոյ և Հոգւոյն սբյ մի է բնութիւն կամ էութիւն... « nisi quis credat Patris et Filii et Spiritus Sancti unam esse naturam vel substantiam... ».

Loci ss. bybliorum margine notati sunt prima manu. F. I^{v} verba Matth. 5, 9 armenice. F. 54^{v}: *Ego F. Bernardus Bergomi Ordinis | Prędicatorum olim missionarius | Apostolicus, et Exprouincialis Pro|uincię Armenię maioris attente | legi librum hunc* (*armeno idiomate conscriptum* in mg. adiect. pr. manu) *nuncupatum: epistola D. Georgii doctoris Con|stantinopolitani ad Georgium*[1] *fi|lium Sergii, et ad Gregorium Bibli|opolam, et nihil in hoc inueni con|trarium Sanctę Catholicę fidei, imo | ad euertendas calumnias a schis|maticis monophijsitis contra S. Leo|nem Pontificem maximum excogi|tatas aptissimu*(m) *iudico. | Ferrarię in nostro Conuentu | S. Dominici die 19 Aprilis 1735. | F. Bernardus Bergomi, qui | supra.* F. 55: Ես Պատրի Պեռնարտոս Պեր|կամի, 'ի կարգէ Տօմինիկեանց, եր|բեմն Առաքելական քարոզիչ և | գաւառական առաջնորդ գա|ւառին Նախիջևանու, մտադրու|թբ ընթերցայ զայս գիրս Հայ|երէն շարագրեալ, որ անուանի, | Թուղթ Կոստանդնուպօլսեցի | Գէորգ վարդապետին, գրեալ | առ Սերգիս ղալֆայի որդի Հա|ճի Գէորգին, և տպարանապետ | տիրացու Գրիգորին. և ոչ ինչ գտի 'ի նմ հակառակ սբ կաթու|ղիկէ հաւատոյն; այլ մանաւանդ | դատեմ, թէ վս ուղղելոյ զպր|պառութիւն միաբնակաց ընդ դէմ սբյն Լևոնի ծայրագոյն քա|հանայապետին, ամենևին յարմար | գիրք (sic) է: | Գրեցաւ 'ի Ֆէրարիայ քաղաքին, | 'ի մէջ վանքին մերոյ սբյն Տօմինիկոսի. | Թուին Քի. ռչլե. Ապրիլի. ժթ. Պատրի Պեռնարտոս. Ff. 56-59^{v} vacua.

Integumentum recens ex corio nigro.

---

[1] Hic et in sequenti nota armena perperam scripsit Bernardus *Georgium* filium *Sergii* pro *Sergium* filium *Georgii*, sicut in titulo habetur.

19 (olim L. II. 20). An. 1667 (Armen. 1116, cf. f. 97), chart., mm. 187 × 151, ff. VI. 101, linn. 17.

Missale.

1 (f. 2^{v}) Liturgia missae (vide sis quae diximus ad cod. 1, f. 86).

Ritus doctoris (*vardapet*) consecrandi (cf. cod. 28). Post titulum hymnus Հրաշափառ աստ ex integro refertur, deinde inc. ut in praedicto codice (f. 1ᵛ) Ո՜ նորհաւարդ սբ վարդապետ... Titulum et rubricam initialem, quae f. I codicis 28 inplent, in f. 44 librarius descripsit.

Codex Romae, ut videtur, exaratus eadem manu qua cod. 33 charactere *notergir*. Tituli rubri. F. 1: *Ordo* | *dandi Baculum Pastoralem.* Ff. Iᵛ. 44ᵛ vacua.

Integumentum membranaceum.

33 (olim L. II. 33. conr. ex 36). Saec. XVIII, chart., mm. 222 × 161, ff. 55.

Ordinationum libri pars secunda, ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 25 (cf. Dashian, *Catalog*... part. arm. p. 144 sq.): Textus armenus non semel editus est, recentius in urbe Vałaršapat an. 1876 Մաշտոց ձեռնադրութեան կղերիկոսաց, առաջնորդաց եւ քահանայից..., interpretationem vero latinam ex editione an. 1807 invenies apud Henricum Denzinger, *Ritus Orientalium*..., Wirceburgi, 1863 sq., II, p. 274 sq. [1] Monita pro die χειροτονίας, ut in cod. cit. f. 20ᵛ, inc.: Յաղագս մանկանց նոր սիոնի զոր արարեալ է սբյն դիոնեսիոսի արիոպագացոյն, տր առաքել սիւնեաց եպիսկոպոսէ, ըստ կարգի ժամանակին, վարժել զմանկունս ... Յաւուր շաբաթու ըսկըսին յերեկոյեան ժամն... Նախ տեսանէ թէ ունի զուսումն քահանայութեն թէ ոչ... « De filiis novae Sion quod scripsit s. Dionysius Areopagita. Domini Arakhel Siunensis episcopi: Iuxta ordinem temporis, filios erudire ... (cf. cod. Vind., f. 1). In die sabbati vero incipiunt officium ... Primum videt utrum habeat scientiam presbyteratus an non ... » (ibid., f. 20ᵛ). [2] (f. 5ᵛ) Clerici admissio Հայր սբ ... (ibid., f. 34). [3] (f. 9ᵛ) Professio fidei Խոստովանիմք և հաւատամք ... (ibid., f. 45ᵛ). [4] (f. 10ᵛ) Ordinationis ceremoniae prohoemium Ընծիղան աստիճանաց ... (ibid., f. 50). [5] (f. 13) Ordinatio ostiarii Ես եւ խաղաղութեն զձր աղաչեցուք. Աղաչեցուք բոլորով սրտիւ ... (ibid., f. 54ᵛ, Denzinger, p. 278). [6] (f. 14) Ordinatio lectoris. Ես եւ ... Աղաչեցուք զսծ հայր ... (ibid., f. 57, Denzinger, p. 279). [7] (f. 14ᵛ) Ordinatio exorcistae Ես եւ... Եղբայրք պատուականք (ibid., f. 58ᵛ, Denzinger, p. 280). [8] (f. 15) Ordinatio acolythi Ես եւ ... Եղբայրք

սերեցեալք ... (ibid., f. 60v, Denzinger, p. 281). [9] (f. 16v) Ordinatio subdiaconi Ուրախ եղէ ... (ibid., f. 63v, Denzinger, p. 282). [10] (f. 19v) Ordinatio diaconi inc. hymno Ուրախ լեր սբ եկեղեցի ... (Denzinger, p. 286) [11] (f. 31v) Ordinatio presbyteri Այսօր ածուծի ... (ibid., f. 90, Denzinger, p. 292).

Codex charactere *notergir* eadem manu qua cod. 32 videtur exaratus. Tituli rubri. Librarius in f. 55 testimonia transscripsit de usu horum rituum apud Armenos: Այս գրքին մայրը մօնսինեօռ ասեմանին մօտն է. | Յօնան եպ(իսկոպոս)ան (սեբաստիոյ infrascr.) սրբագրեր և վկայեր թէ Հայոց արարողութիւնը հաստատ է | Յակոբ եպ(իսկոպոս)ան ատանայ, և աշակերտ յովաննէս կաթուղիկոսի | սսոյն կիլիկիոյ տեսեր և վկայեր է արարողութիւնն Հայոց այս է. | Սարգիս եպ(իսկոպոս)ան Ծննդոյ վկայեր է թէ ես եօթանասուն ամ | զործեմ աներ այն արարողութիւնն հաստատ է. « Huius codicis exemplar apud dominum (*Monsignor*) Assemani est. Ionas episcopus Sebastiae conrexi et testifico quod Armenorum est rectum caerimoniale. Iacobus episcopus Adanae et discipulus Iohannis catholici Ciliciae vidi et testifico hoc esse Armenorum caerimoniale. Sergius episcopus Dsnent testifico quod ego a LXX annis ministro et adsero hoc esse rectum caerimoniale ». F. I nota codicis antiquior *43 Armen.* et diversis manibus: *Pontificale 2° Tomo* | *Pontificale Armenum* | *Manuscriptum* | *Tom(*us) *2.* Paginae rectae eiusdem folii adhaerescit frustulum chartaceum quo inpressum est sigillum sine pigmento sacrae Congregationis de propaganda Fide h. e. Christus et apostoli cum inscriptione: *Praed*(icate). *evangel*(ium). *om*(ni)· *crea*(turae): *euntes. in. univers*(o). *mundo.* Tessera gentilicia secretarii, quae subicitur, non est perspicua. Ff. Iv. 55v vacua.

Integumentum e membrana ac tela nigra in operculo anteriore scuta praebet Pii X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii nigro colore inpressa.

34 (olim L. II. 34). Saec. XVII-XVIII, chart., mm. 206 × 146, ff. I. 75.

1 (f. 1). Ritus Consecrationis episcopi cuius habes latinam interpretationem apud Henricum Denzinger, *Ritus Orientalium*, II, p. 365 sq. Inc. ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 51, f. 2: Յորժամ հանդերձեալ են եպիսկոպոս ...

2 (f. 50v) Ritus consecrationis *μύρον* ut in eodem cod. (f. 18v) et in cod. Borgiano 35, f. 38v. Inc.: Մեռոն օրհնէք այսպէս արայ, Յաւուր մեծի հինգ շաբաթի (*sic*) ... Enunciantur (f. 50) corpora quibus conponitur *μύρον*: Այս է նիւթք մեռոնի, Զուտ ձէթ, կասլի ձէթ, Պալասան ... « Haec sunt elementa *μύρον*: purum oleum, *kasli* oleum, balsamum ... ».

Ff. 1-49 e cod. 28 discerpta constant decem foliis fasciculi 5 et fasciculis 6-9, ut in dictó codice signatis litteris numeralibus armenis in margine imo primae et ultimae singulorum paginae. Ff. 49-74 eadem manu sunt qua cod. 32. F. I: *ե Rituale Consecrat*(io)*nis Epis*(co)*p*(orum) *Armenoru*(m). F. Iv vacuum.

Integumentum corio purpureo constat. In pagina aversa operculi anterioris nota codicis antiquior *17 Armen.*

35 (olim L. II. 35). Saec. XVII, chart., mm. 206 × 146, ff. I. 57, linn. 23.

1 (f. 1) Ritus consecrationis catholici, inc. ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 51, f. 14: Յորժամ հանդերձեալ լինին բարձրացուցանել զոք 'ի պատիւ կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)սութեանս հայոց ...

2 (f. 39) Ritus consecrationis *μύρον* ut in cod. 34, f. 50v, inc.: Յաւուր մեծի հինգ շ(ա)բ(ա)թուոջն ... Praemittitur (f. 38v) enumeratio corporum quae ad *μύρον* praeparandum necessaria sunt: Այս են նիւթք և պէտք սրբալոյս մեռոնին: Պալասանի փայտու հունդ ... « Haec sunt corpora et necessaria sancti *μύρον*: Balsamum arboris semen ... ».

3 (f. 56) Notula de consecratione catholicorum, inc.: Նախ զի սաէ բռուբենեաց պատմութիւն · չժե. թվին հայոց 'ի մամեստիա' օծեցին զյակոբ կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կոսն ... « Primum quidem dicit Rubenidarum historia anno Armenorum 715 (a. D. 1266) Mopsuestiae Iacobum unctum fuisse catholicum ... ».

Codex eleganter exaratus est duabus columnis, charactere *notergir*. Tituli et litterae maiores minio, litterae vero maximae et ornamenta marginalia variis coloribus picta sunt. Fasciculi sex, qui, praeter primum quinionem, duodecim foliis constant, litteris armenis numeralibus signati sunt in margine imo primae et ultimae singulorum paginae. F. I nota codicis antiquior *32 Armen.* et diversis manibus: *Pontificale 4° Tomo, Pontificale Armenum* | *Manuscriptum.* Sigillum S. Congregationis de propaganda Fide in schedula chartacea inpressum conspicitur, ut in cod. 33. Ff. Iv. 57v vacua.

Codex conpactus corio purpureo. In dorso tegumenti legitur nota atramento exarata *32* et *T*(omo) *1*, nec non litteris auratis: *Pont*(ificale) *epis*(copi) *et pat*(riarchae) *Arm*(enum).

36 (olim L. II. 36, conr. ex 37). Saec. XVII, chart., mm. 215 × 150, ff. I, 149, linn. 25.

Evangelia quattuor: [1] (f. 1) secundum Mattheum, [2] (f. 43v) secundum Marcum, [3] (f. 70) secundum Lucam, [4] (f. 115) secundum Iohannem.

Textus binis columnis charactere *notergir* exaratus. Tituli rubri. Nomina evangeliorum imis in foliis rectis designantur conpendiis: Մթ, Մրկ, Ղկ, Յհ. Capita distinguuntur ut solet in editionibus armenis, sed in margine numerantur capita Latinorum, haud prima manu, notis numeralibus, ut aiunt, arabicis, additis litteris Ֆկ vel Ֆ(ռան)կ(աց)· « Francorum ». F. I antiqua codicis nota *25. Armen.*, deinde manu Iohannis Pastritii: *Evangelia Arm*(ena) et alia manu: *Quatuor Euangelia* | *Iesu Xi. D. N.* F. Iv vacuum.

In dorso tegumenti membranacei nota prior exstat atramento scripta *25.*

37 (L. II. 37, conr. ex 38). Saec. XVII in., chart., mm. 196 × 147, ff. I. 19.

Miscellanea.

1 (f. 1) **Davidis philosophi** *Προλεγομενῶν* ad commentaria Porphyrii <πρᾶξις α'>, cf. Սրբոյ հարցն Մովսէսի քերթողի եւ Դաւթի անյաղթի մատենագրութիւնք, Venetiis, 1833, p. 251-253 զայն ի

տեսական կարծիցեմք, additis verbis և այս բ(ա)ւ(ա)կ(ա)ն (ա)ս(ա)ցի գիտ(ո)ղ(ա)ց « et hoc satit dixi scientibus ».

2 (f. 1^{v}) De grammaticae partibus fragmentum, cuius titulus summo in f. 2 scribitur Յաղագս մասանց քերականին· Inc.: կարգ ուսումնականին այս է: Նախ. քեր(ա)կ(ա)ն(ո)ւթի: Բ ճարտասան(ո)ւթի... « Series scientiarum sic est: Primum. Grammatica. II. Rhetorica ... »; des.: Իսկ տասն են առոգ(ա)ն(ո)ւթիք: Շեշտ. Բութ. Պարոյկ. Երկար. Սուղ. Թաւ. Ապ(ա)թ(ա)րց. Ենթամնա. Ստորատ: « Decem sunt signa pronunciationis: Adcentus acutus, gravis, inflexus, signum vocalis protractae aut brevis, apostrophe, lineola divisionis, linea infrascripta ».

3 (f. 2^{v}) Isagoges Porphyrii conpendium per quaestiones et responsa, cui praemittitur titulus Ներածութիւնք պորփիւրի: « Isagoge Porphyrii ». Inc. ut in edit. laud. p. 227, l. 1-9 տեսութի, deinde quaestio prima est: Զինչ է ներածութիւնք փորփիւրի: Պ(ատա)ս(խանի). Ե. ձայնք են: « Quid est isagoge Porphyrii? Resp. Quinque voces »; ultima quaestio: « և գինչ է սահման գոյին: Պ(ատա)ս(խանի). գոյն բաժանի յերկուս. բացասութի յանմարմինս. և ստորասութի ի մարմինս ... « Et quae est coloris definitio? Resp. Color in duo partitur, negatur in incorporeis, adfirmatur in corpore ... ».

4 (f. 3) De categoriis Aristotelis Ստորոգութիւնք արիստոտելի, inc.: Գոյաց(ո)ւթի: Որակ. Քանակ. Առ ինչ: Ուր: Երբ: Կալ: Ունել: Առնել: Կրել: Գոյացութի. անձն մի էութի ամ իրաց ... « Essentia, qualitas, quantitas, qua re, ubi, quando, esse, habere, facere, pati. Essentia. Individualitas h. e. omnium rerum substantia ... »; des.: Այս քան բ(ա)ւ(ա)-կ(ան) լիցի վս .Ժ. ստ(ո)ր(ո)գութեցս. և զբ(ո)վ(ա)նդ(ա)կն գտցես ի մեկնութիս գր(ո)ց ար(ի)ստ(ո)տ(է)լի: « Hoc plus quam sufficiens erit de X categoriis, summam vero invenies in commentariis librorum Aristotelis ».

5 (f. 3^{v}) Fragmentum quod dicitur ex Analyticis Aristotelis: Վերլուծականէն. ի գրոցն արիստոտելի. Inc.: Ասէ իմ(ա)ստ(ա)սէրս թէ. չորք գոն տր(ա)մաբ(ա)ն(ա)կ(ա)ն հնարք և են այս(ո)քիկ: Բաժանական. Սահմ(ա)ն(ա)կ(ա)ն. Ապ(ա)ցուց(ա)կ(ա)ն. Վերլ(ո)ւծակ(ա)ն ... « Dicit Philosophus quattuor esse logices operationes: divisivam, definitivam, demonstrativam, analyticam ... »; des.: վս (ո)ր(ո)յ ասէ թէ ը(ստ) բ(ա)ժ(ա)ն(ա)կ(ա)ն հն(ա)րս ոչ ինչ պ(ա)նձ(ա)ւսցի փ(ա)խչել: « Quapropter dicit cum divisiva disciplina se profiteri nihil praeteriturum ».

6 (f. 4) Fragmentum cui titulus ի սահմանց գրոցն որ կոչի լօիքա « Ex

libro definitionum, qui dicitur logica » ⟨**Davidis**⟩. Inc. ut in ed. laud. p. 120, l. 10-18, deinde Հ(արցուա)ց . զի ինչ իմ(ա)ստ(ա)ս(է)ր(ո)ւթի է: Պ(ատա)ս(խանի). իմ(ա)ստ(ա)ս(է)ր(ո)ւթին բաժանի յերկուս: ի տես(ա)կ(ա)ն և ի գ(ո)րծ(ա)կ(ա)ն: « Quaestio: Quid est philosophia? Resp. Philosophia dividitur in duas, theoricam et praticam ... »; des.: և որ զք(ա)ղ(ա)ք կարէ կ(ա)ր-գ(ա)ւ(ո)րել կ(ա)ր(ո)ղ է այնպ(ի)սին զտ(ո)ւն կ(ա)րգ(ա)ւ(ո)րել և զեր բ(ա)ր(ւո)քն: Այլ զ(ա)յլն գտ(ա)նես ի գ(ի)րս ար(ի)ստ(ո)տ(է)լի: « et qui potest civitatem administrare, ita potest et domui moderari et bene agere. Alia vero invenies in libris Aristotelis ».

7 (f. 4^{v}) Fragmentum de scientia, cui titulus Ի բանից պղատոնի. յէակաց գրոցն « Ex sententiis Platonis, ex entium libro ». De libro գիրք էակաց, cuius exemplar exstat in bybliotheca Ečmiadzin monasterii, cf. F. C. Conybeare, *A collation with the ancient armenian versions of the greek text of Aristotle's categories* ... in *Anecdota Oxoniensia, classical series,* vol. I, part VI, p. x-xiii. Inc.: Գիտելի է ը(ստ) կանոնաց իմ(ա)ստ(ա)սիր(ա)ց. զի գիտ(ո)ւ-թին բաժանի ի չորս ... « Cognoscitur ex principiis philosophorum scientiam dividi in quattuor ... »; des.: և թէ զբո՛վ(ա)նդ(ա)կն խնդրիցէք ի բ(ո)ւնն ընթ(ա)սջիք մեկն(ո)ւթիւնս : և զյոգնամեղ ս(ե)բ(ա)ստացիս յիշեցէք միով տր ողորմիայիւ. ամէն: « et si vultis usque ad finem totum inquirere, praecepta servate. Peccatoris autem Sebastatsi memoriam facite uno 'Domine miserere' ».

8 (f. 5) Sententiae opinionesque de natura caeli et terrae corporumque caelestium ac terrestrium, nec non de angelis ordinibusque eorum etc., titulo praemisso Յոհաննու (Գառնեցւոյ, ut vid., eras.) հաւաքեալ ի բանից իմ(ա)ստ(ա)սիր(ա)ց « **Iohannis (Garnetsi,** ut vid., eras.) conlectanea e sententiis philosophorum ». Inc.: ի սկզբ(ա)նէ տր զերկ(ի)ր հ(ա)ստ(ա)տ(ու)ցեր և գ(որ)ծք ձ(ե)ռ(ա)ց ք(ո)ց երկ(ի)նք են: ... « Ab initio terram stabilisti et opera manuum tuarum sunt caeli ... »; des. (f. 14^{v}): և զայլմ ն(ո)ր(ա)յ մ(ա)սն քնն(ո)ւթիք ս(ո)ցին գտջիք ի գիրս պտ(ո)ղ(ե)մէի. զի կար մեր այս էր. որչափ կ(ա)ր(ո)ցք գրել: և զիս զ(ա)նիմ(ա)ստ ծ(ա)ռ(ա)յս. ասար սեբ(ա)ստ(ա)ցիս՝ զհ(ա)ւ(ա)ք(ո)ղ զբ(ա)նիցս յշ(ե)ցէք և ած ողորմի ա(սա)ցէք. Ամէն: « et aliarum eius partium disquisitionem repperietis in scriptis Ptolemaei; potentia enim nostra erit secundum id quod poterimus legere. Mei vero insipientis servi, Asar Sebastatsi, qui haec verba conlegi, memoriam agite diciteque 'Domine miserere'. Amen ».

9 (f. 15) Libri Ecclesiastici sententiae selectae per ordinem capitum et versuum dispositae cum locis plus minusve parallelis ex Sapientia Salomonis in margine externo scriptis.

Codicem littera *notergir* exaravit quidam Asar Sebastatsi (cf. ff. 4ᵛ et 14ᵛ), qui et ff. 43ᵛ (an. 1621) et 45 sq. cod. Borg. arm. 9. F. 1: *Platonis Philosophiae deffinitiones* (sic) *descriptae* | *stillo* (sic) *antiquissimo, quib*(us) *addita sunt adagia* | *aliorum sapientium.* F. Iᵛ paucae litterae quas non intellegimus.

Integumentum ex simplici membrana, cuius in pag. ant. int. legitur *3 Armen.* Antiqua nota cod. L. II. 37 (ex 38) in schedulis adparet integumenti dorso et pag. ant. int. adglutinatis.

38 (olim L. III. 1). An. 1671 (cf. ff. 1 et 49), chart., mm. 320×224, ff. I. 86.

1 (1ᵛ) L i t u r g i a m i s s a e, cum versione latina **Vartani Hunanian.** Textus editus est typis S. C. de propaganda fide an. 1677 et recentius, eodem tamen anno in prima pagina inpresso, sub titulo Խորհրդատետր պատարագին հայոց։ *Lyturgia armena.* Interpretatio latina eodem anno publica facta est in libello cui titulus *Codex mysterii missae Armenorum seu lyturgia armena,* p. 1-14. De Vartano Hunanian, qui fuit metropolita Leopolitanus Armenorum vide Placidum Suqias Somal, *Quadro della storia letteraria di Armenia,* Venetiis, 1829, p. 161, vel potius *Encyklopedyja powszechna,* t. XII, Varsaviae, 1863, p. 317 sq. Titulus est in f. 1 manu Vartani Hunanian: *Liturgia Armena correcta* (ex *incorrecta, in* cancell.) *quâ utuntur Armeni* (*schisma|tici* cancell.) *In qua continetur solum* | *illud, quod ad sacerdotem celeb|rantem spectat exceptis Lectio|nibus et Euangeliis. Qua*(m) | *descripsi ex Originali Liturgia* | *Armena manuscripta,* | *Iussu Ill*(ustrissi)*mi Domini D. Bal|deschi Archiepiscopi Cęsariensi, et* | *Secretarii S. C. de propaganda Fide. A*(nno) *1671. Septemb*(ris) *24.* | *Romę.* | *Vartanus Hunanian.* Verba tituli *Liturgia – manuscripta* cancellata sunt et verbis *Liturgia Armena correcta* in altera columna substituta.

2 (f. 49ᵛ) Խրատք (cod. Խիրատք) *սարկաւագութեան, եւ դպրութեան արարողութեան պատարագին* « Instructio diaconatus, et clericatus caerimoniae missae » una cum versione latina **Vartani Hunanian.** Textus, ut supra, bis editus est a S. C. de propaganda fide Սպասաւորութիւն պատարագի։ *Ministerium missae,* latina vero interpretatio in op. laud. exstat, *Codex* ..., p. 15-27. Tituli duo exstant, quorum prior in f. 49: *Spectantia ad Missam Arme|nam, quę recitantur seu cantan|tur a Diaconis et Clericis per* | *totum annum. Quas egó* | *Vartanus Hunanian descripsi ex* | *impresso libro ab Oschano Episco|po Armeno, et interpretatus* | *sum. Iussu Ill*(ustrissi)*mi Domini* | *Baldeschi, Archiepiscopi Cęsa|riensi, et Secretarii S. C. de* | *propaganda Fide.* | *A*(nno) *1671, Octob*(ris) *14.* | *Romę.* Titulus alter in f. 50: *Hae sunt spectantia ad missam* | *Armenam, quę recitantur, seu* | *canuntur à Diaconis atquè à Cle|ricis per totum annum, exceptis Lectio|nibus et Euangelijs, quae* (ex *quod*) *ego de|scripsi ex libro impresso ab Episcopo* | *Oschano Armeno, qui uocatur Liber* | *horarum.* | *Documentum Diaconatus, et Clericatus* | *Ceremoniae Missae.* Inc.: Առնու *քահանայն երկու սարկաւագունս, եւ մտանէ 'ի սրբատունն* ... *Accipit Sacerdos duos Diaconos et intrat in sacristiam* ...

Codex, cuius paginae in duas columnas divisae sunt, ita descriptus est, ut textus armenus columnam sinistram cuiusque folii aversi occupet, latina vero interpretatio columnam sinistram folii recti. Correctiones inter lineas additae sunt vel ab interprete ipso vel a Sebastiano Knap o. P., cuius relatio in cod. Borg. lat. 144, f. 267-269. 278 sq. repperies. F. I nota codicis antiquior *30. Armen.* et: *Imprimat*(u)*r si uidebi*(tu)*r R*(everendissi)*mo P*(at)*ri M*(agist)*ro S. P. A.* | *I*(acobus) *de Ang*(el)*is Arc*(hiepiscopus) *Urb*(inas) *V*(i)*ce*(s gerens). F. 1: *Imprimatur.* | *Raimundus Capizu*(cchi) *Ord*(inis) *Prę d*(icatorum) | *Sac*(ri) *Pal*(atii) *Apost*(olici) *Magister.* F. 86: *Nos infrascripti accurate perlegimus hanc Liturgiam Armenam incorrectam, et* | *inuenimus esse illam, quâ communiter hoc tempore utitur Natio Armena ad Sacri|ficium Missae celebrandum. Inuenimus similiter hanc copiam omnino concordare* | *cum suo originali. Errores autem translationis latinae, quos et secundum quod* | *unanimi consensu corrigendos esse iudicauimus, per P. Sebastianum Knab, qui|buslibet lineis interposita correctione, nobis consentientibus et inspicientibus,* | *emendati sunt. In fidem etc. manu propria subscripsimus.* | *Ego F. Sebastianus Knab Dominicanus affirmo ut supra.* | *Ego Basilius Barzech Sacerdos Armenus affirmo ut supra.* | *Ego Vartanus Hunanian sacerdos Armenus affirmo ut supra.* | *Ego fr. lucas de luca Armenus Dominicanus affirmo ut supra, excepto quod non* | *habeam notitiam an hęc liturgia sit illa qua hoc tempore utuntur Armeni* | *Et ego D. Aloisius Maria Pidou Clericus Reg*(ularis) *affirmo ut supra, excepto quod neque* | *habeo notitiam an hęc Liturgia sit illa qua hoc tempore utuntur Armeni Orientales.* Columna dextra unius cuiusque paginae et integra ff. Iᵛ. 48ᵛ. 86ᵛ vacua.

Integumentum membranaceum, cuius in dorso atramento scriptum legitur: *Liturgia* | *Armena correcta.*

39 (olim L. III. 2). Saec. XVII post med., chart., mm. 263×192, ff. I. 46.

L i t u r g i a m i s s a e cum interpretatione latina auctore ⟨**Vartano Hunanian**⟩. Titulus est (f. 2): *Liturgia Armena* | *Quam Oscanus Episcopus Liburno misit.* | *In qua, ea tantum continentur, quae a Sacer|dote tantum dicuntur in Missa, ea autem,* | *quae a Ministris in Missa recitantur, tantum* | *modo notantur.*

Codex, eodem modo quo 38 dispositus, textum armenum continet in foliis aversis, interpretationem vero in rectis. Armena columna currenti calamo exarata est ab Oscano ex cod. Borg. Arm. 52, latina vero a Vartano Hunanian. Non nullae correctiones in columnis vacuis scriptae sunt, tum auctoris manu, cum alia quae videtur Basilii Barsech. F. 1: *Liturgia Armena ab Ep*(iscop)*o Oschano* | *Liburno missa cum* | *interpretatione Latina.* Ff. Iᵛ. 1ʳ. 46ᵛ vacua.

Integumentum membranaceum, cuius in dorso exstat nota antiqua *X.*

40 (olim L. III. 3). Codex e tribus conflatus.

I. An. 1671 (cf. f. I), chart., mm. 200×95, ff. I. 106.

K a l e n d a r i i seu Տօնացոյց latina interpretatio, auctore **Vartano Hunanian.** Titulus est ab interprete praemissus (f. I): *Calendarium, seu Ordinarium* | *perpetuum Armeniorum.* | *In quo continentur.* | *Cęremoniję* (sic) *Processionum. Missę sol|emnis. Recitatio officii Diuini . et festa* | *Sanctorum.* | *Quod ego Vartanus Hunanian.* | *ex manu scripto exemplario Originali,* | *rescripsi* (ex *rescrispsi, s* eras.), *atq*(ue) *interpretatus sum.* | *Observando omnino modum compo|sitionis, et proprietate*(m) *Idiomatis* | *Armeniorum,* | *Iussu* (*Illustrissimi Archiepis|copi Cęsariensis, et Secretarij* cancell.) | *Sacrę Congregationis de Propa|ganda*

Fide. | *Romę.* | *Ad maiorem Dei gloriam.* | *1671, Nouem. 25.* Haec verba sequuntur tituli armeni interpretatio et praefatio de festis B. M. V. (f. 1): *Ostentarius* (sup. *Monstrator* cancell.) *Festorum (orum* suprascr.) *et Euangeliorum* (*orum* suprascr.) *Instructor Diuinorum Cultuum. iuxta Cęremonija*(m) *Ecclesię Nostrę Armenę* (cf. cod. 80, f. 347ᵛ). *Die 1, Chahuz mensis Armenorum. et Decembris Romanorum, 2.* (ibid., f. 345)... (f. 6) *Dei manifestationis Uigilię nocte, Capituli gloria. Credo. Et inducuntur sacerdotes simul...* (ibid., f. 348), des. (f. 106): *Hoc mediu*(m) *a Nativitate usq*(ue) *ad Pristinum, crescit et decrescit. Tu ex To*(no) *3 et Sem*(itono) *3 et Sem*(itono) *2 etia*(m) *dicas, ut recte ueniat. Finis.*

Codex autographus non nullas exhibet emendationes prima manu.

II. Saec. XVII, chart., mm. 218×130, ff. 376.

1 (f. 1) ⟨**Pauli Piromalli** O. Pr. episcopi Naḫčevanensis⟩ liber cui titulus est ⟨De Fide Catholica ad Regem Persarum⟩ editus Vindobonae (Viennae Austriae in ed.) an. 1656 cum titulo: *Θεαντροπολογεια* (sic) *seu Oeconomia Salvatoris nostri, explicans ex solis Prophetis ad instantiam Regis Persarum petitis ineffabile, adorandumq*(ue) *Incarnationis sacramentum Authore Illustriss*(imo) *ac Reuerendiss*(imo) *D*(omi)*no Fr*(atre) *Paulo Piromall*[o ?] *Archiepiscopo Nahcievanensi in Armeniâ Majori, ex ordine Praedicatorum assumpto.* Codex qui autographus est et saepe a textu inpresso differt inc. mutilus in cap. IV (in ed. III) tractatus I: *Hucusq*(ue)(*locuti* cancell.) *sumus aliqualiter locuti de essentia entis necessarij ex eo quod creata inspicientes...* (cf. ed. p. 32). Des.: *9°. Nono. christus est minor Patre* (*Deo* suprascr. ante *Patre*), *ergo non est Deus. Resp. Christus* (conr. ex *Christum*) *s*(ecundu)*m humanitate*(m) *et ut homo est minor Patre et etiam Angelis minor* (*et – minor* suprascr.), *sed s*(ecundu)*m Deitate*(m) *est super omnia, et* (*sup. – et* suprascr.) *Deo patri ęqualis et unus Deus cum illo* (*unus – illo* suprascr.) *ut alibi dixit. ego et pater unu*(m) *sumus* (cf. ed. laud. p. 230 sq. et 244).

2 (f. 159). Eiusdem ⟨**Pauli Piromalli** apologia de duplici natura Christi contra Simonem Armenorum doctorem⟩ armenice (cf. cod. Borg. Arm, 11) sine titulo. Inc.: *Ուրախութիւն մեծաւ ընթերցալ* (ex *ընթերցայ*) *զպատասխանին·* Des. abrupte (f. 376) *քանզի ած էր ասէ բանն: Արդ որ քան ասէ* (cf. ed. p. 183). Ultimae lineae f. 249 cancellatae sunt et inmediate legenda sunt ff. 295 sq., ut conligitur ex verbis *Արդ եթէ* in angulo inf. ext. scriptis, eque conlatione cod. 11, f. 86ᵛ et ed. pag. 82. Textus saepissime emendatus prima manu, satis differt a versione latina et cod. Borg. Arm. 11, quibus hau dubie antiquior est.

Codex autographus est, ut adfirmat notula Iohannis Pastritii, in angulo sup. ext. f. 1 atramento flavo scripta: *Origin*(a)*riu*(m) *Piromalli* [... de fi]*de Cath*(oli)*ca* | *stampato* [...]. F. 159 nota eiusdem: *De* [*reb*(us) cancell.] *Contro*|*uersijs Armenor*(um).

III. Saec. XVII, chart., mm. 270×100 ca., ff. 210.

Kalendarii armeni seu *Տօնացոյց* latina interpretatio quam confecit e cod. Borg. arm. 47 ⟨**Basilius Barsech**⟩ (cf. cod. 51, ubi nomen interpretis ponitur). De auctore vide sis Sukias Somal, *Quadro...*, p. 161 sq. Inc.: *In nocte Accensionis lucernarum Dei Epiphanię. Canonis capituli. Gloria. Credo* (in cod. *Credi* pro *Credimus* cuius verbi ultima littera pr. man. lineola expuncta est). *Et uestiuntur sacerdos* (sic) *simul...*; des.: *Euangelium quietis sic inueni. In Mattheo. In Marco. In Luca. In Ioanne* (spatio ad recipiendos capitum numeros vacuo relicto). *Cum hoc redimens liberator salua me ab omnibus tentationibus, secundum duplex esse, pro cęlesti agmine electorum. et nomini tuo cupiendo, iugiter gloria.*

Codices I. II simul conpacti sunt, seorsum vero codex III, ita ut duos habeas libros membrana telaque nigra contectos.

Integumentorum dorsis inpressae sunt tesserae gentiliciae Pii X et Francisci a Paula Cassetta card. bybliothecarii et notae codicum *Armeno* | *40* | *P*(arte) *I* et *Armeno* | *40* | *P*(arte) II.

41 (olim L. III. 6). Saec. XVIII, chart., mm. 228×163, ff. 270.

Orationum conlectio pro diversis festis D. N. I. C. et quorumdam sanctorum. [1] (f. 1ᵛ) Die 25 martii, in festo adnunciationis B. M. V., inc.: *Յորժամ եկեալ առ նա հրեշտակապետն գաբրիէլ աւետարանեաց նմա զէջումն և զմարմնաւորութի միածին որդւոյն և բանին հօր ի նմ(ան)է...* « Quando venit ad eam archangelus Gabrihel, adnunciavit ei descensum et incarnationem unigeniti filii et verbi Patris ex ea... » [2] (f. 3) Die 26 martii, iterum de adnunciatione, inc.: *Յանարատ և յամածին կուսէն մարիամայ, և յիշատակ ամենասրբուհւոյ տիրուհւոյն մերոյ...* « Inmaculatae et Deiparae virgini Mariae, in conmemoratione sanctissimae dominae nostrae... » [3] (f. 5) Die 20 decembris, de nativitate Domini, inc.: *Զտօն երկրպագելի ծննդեան փրկչին մերոյ հինգ աւուրբ յառաջ սկսանի եկեղեցի սբ...* Festum adorabilis nativitatis salvatoris nostri quinto die antea incipit sancta ecclesia... ». [4] (f. 10ᵛ) Die 21, inc.: *Զչորեքնիւթեայ բնութիւն մեր նախ քան, զդ աւուր տօնիս...* « Quattuor elementis conpositam naturam nostram antequam die quarto celebres... ». [5] (f. 11) Die 22, inc.: *Ահա ծագեցաւ մեզ առաւօտ, որ բերէ մեզ զարեգակն արդարութե...* « Ecce splendet nobis matutinum, quo nobis adparebit sol iustitiae... ». [6] (f. 11ᵛ) Die 23, inc.: *Ծննունդ փրկչին մերոյ ըստ մարմնոյ ի սբ կուսէն մարիամա, յառաջ աւետեալք ի նախաքարոզ մարգարէիցն...* « Nativitas salvatoris nostri in carne ex sancta virgine Maria antea adnunciata est in praedictionibus prophetarum... ». [7] (f. 12) Die 24, in vigilia Nativitatis, inc.: *Աւանդապահք խորհրդոցն քո՛ եղեն*

որ առաքեալքն, նոքա ուսուցին զամ անօրինականացն քի ... « Dispensatores mysteriorum Christi facti sunt apostoli, ipsi docent omnem oeconomiam incarnationis Christi ... ». [8] (f. 13) **S. Iohannis Chrysostomi** in nativitatem Domini, inc.: Ընդ աւուրսն ընդ այնոսիկ ել հրաման յօգոստոս կայսերէ աշխարհագիր առնել ըն ամ տիեզերս, ըն գրով արկանել զամ աշխարհ փոքրեն բանէս ... « In diebus illis exiit edictum ... » (Luc. 2, 1). [9] (f. 15) Die 25, in nativitate Domini, inc.: Տօնեմք այսօր զմեծ խորհուրդ գալստեանն այ առ մեզ ... « Celebremus hodie magnum mysterium adventus Dei ad nos ... ». [10] (f. 16) **S. Iohannis Chrysostomi** in nativitatem D. N. I. C., inc.: Այսօր ծագեաց մեզ արեգակն արդարութեան ... « Hodie ortus est nobis sol iustitiae ... ». [11] (f. 17) Die 26, in conmemoratione B. M. V., homilia **S. Iohannis Chrysostomi**, inc.: Երէկ զփառաւորեալ ծննդեանն ան տօնեցաք զօր մեծաւ աւետեօք, այսօր զկուսական արգանդն ... « Heri gloriosam nativitatem Domini celebravimus, diem magnae promissionis, hodie virginalem uterum ... ». [12] (f. 18) S. **Ephrem** homilia in nativitatem D. N. I. C., inc.: Մեծ են փառք այսմ աւուր, առաւել քան զամ աւուրց ... Magna est gloria huius diei, maioris omnium dierum ... ». [13] (f. 20) Die 27, in festo s. Stephani diaconi et protomartyris, Ծագեցաւ և մեզ այսօր կրկնակի տօն ... « Ortum est et nobis hodie festum duplex ... ». [14] (f. 22v) Die 28, **S. Iohannis Chrysostomi** homilia VIII in Matth. 2, 11, cf. Յովհաննու Ոսկեբերանի ... յաւետարանագիրն Մատթէոս գիրք երկու, I, Venetiis, 1826, p. 112-114, l. 11 մերժեցէ et continuo p. 114, l. 36 և արդ եթէ – p. 115, l. 3. [15] (f. 24v) Die 29, in conmemoratione parvolorum Bethlehemitarum, homilia **S. Iohannis Chrysostomi**, inc.: Իբրև լուաւ Հերովդէս զծնունդն քի ... տես սիրելի, զի արդ տրտմեալ սատանայ, ըն ծնունդ քի, շարժեաց զՀերովդէս ... « Cum audisset Herodes nativitatem Christi ... vide, amice, quo modo iratus Satan ob natum Christum conmoverit Herodem ... ». [16] (f. 26) Die 30 decembris, in conmemoratione sanctissimae Deiparae, homilia **s. Gregorii Thaumaturgi**, inc.: Յորժամ յիշեմ զստունկանելն եւայի արտասուեմ, և յորժամ տեսանեմ զպտուղն մարիամայ, դարձեալ նորոգիմ ... « Cum memini inobiedientiae Evae plango, sed cum video fructum Mariae, denuo renovor ... ». [17] (f. 34) Die 1 ianuarii, festum circumcisionis D. N. I. C., inc.: Տրն և ածն մեր յս քս միածին որդին այ, յետ մարմնաւոր ծննդեանն ... « Dominus et Deus noster Iesus Christus, unigenitus filius Dei, post carnalem nativitatem ... ». [18] (f. 39) **Amphilochii** episcopi Iconiensis oratio panegyrica in die octava post Domini nativitatem, inc.:

Բազում են պարգևք շնորհացն քի այ մերոյ, բայց ինչ լաւագոյն քան զմերձաւոր այսօր աւուրս տօնի պարգևս, մս զի թագաւորն քս ծնաւ ... « Multa sunt dona gratiae Christi Dei nostri, quid vero melius quam huius praesentis diei festi donum, cum rex Christus natus est ... ». [19] (f. 42v) Die 6 ianuarii, s. **Iohannis Chrysostomi** in epiphania Domini, inc.: Քս աշխարհի յայտնեցաւ և զանզարդ աշխարհս զարդարեալ լուսաւորեաց ... « Christus mundo revelatus est et incultum mundum ornans inluminavit ... ». [20] (f. 46) Die 2 februarii, festum ingressus Domini in templum, inc.: Յորժամ ծնաւ ըն մարմնոյ յս քս ի բեթղեհեմ ի սբ կուսէն մարիամայ, յետ ըն աւուր թլփատեաց յովսէփ ... « Quando corporaliter natus est Iesus Christus in Bethlehem ex sancta virgine Maria, post octo dies (eum) circumcidit Ioseph ... ». [21] (f. 52) Die 14 augusti, vigilia adsumptionis B. M. V., inc.: Ամենասուրբ և անարատ տիրուհին մեր, միայն ի կանայս օրհնեալ, ածածին և միշտ կոյսն մարիամ ... « Sanctissima et inmaculata domina nostra, unica inter mulieres benedicta, Deipara et semper virgo Maria ... ». [22] (f. 57v) **S. Iohannis Damasceni** de dormitione B. M. V., oratio panegyrica, inc.: Զինչ տացուք քեզ ով տիրուհի, կամ զորպիսի գովութիւն պսակեսցուք զքահանայական և զփառաւոր գլուխ քո ... « Quid dabimus tibi, o Domina, vel qua laude coronabimus sacerdotale gloriosumque caput tuum? ». [23] (f. 63) In festo s. Mariae Magdalenae, inc.: Սրբուհի աղախինն քի մարիամ մագդաղենացին, ըն լատինացւոց, էր ի թագաւորական և ի յազնիւ տոհմէ, ունելով եղբայր զղազարոս և քոյր զմարթայ ... « Sancta serva Christi, Maria Magdalene, secundum Latinos, erat ex regali et nobili progenie, habens fratrem Lazarum et sororem Martham ... ». [24] (f. 73v) In honorem ss. Anatoliae et Victorinae, quae passae sunt tempore Decii, inc.: փառաւորեալն զօրութեմբ օրելիանոս խնդրեաց զանատօլիէ իւր ի կնութիւն ... « Virtute gloriosus Aurelianus petivit sibi Anatoliam in matrimonium ... ». [25] (f. 80) In festo s. Petri ad vincula, inc.: Զտօնս զայս որ զլխաւոր առաքելոյն պետրոսի, սահմանեցին սբ հայրապետքն տօնել յաղագս դ պատճառի ... « Hoc festum s. principis apostolorum Petri iusserunt sancti patriarchae celebrare propter quattuor causas ... ». [26] (f. 85v) Historia s. Iohannis Chrysostomi episcopi Constantinopolitani, inc.: Սբ և սքանչելագործ հայրն մեր ամենագովելին, և երիցս երանեալ աշխարհակեցոյց հայրապետն ... Sanctus et thaumaturgus pater noster ubique laudandus et ter beatus œcumenicus patriarcha ... ». [27] (f. 133) **S. Iohannis Chrysostomi,** seu potius ⟨**Ignatii Siavlerntsi**⟩ doctoris (cf. Franciscum

Nicolaum Finck et Leonem Gjandschezian, *Verzeichnis*... p. 53) homilia in filium prodigum, ut in codd. Mechitaristarum Vindobonensium 4, f. 26; 224, f. 270v; 263, f. 141; 313, f. 87v et in codd. Tubingensibus Ma XIII, 38, f. 285v; 39, f. 67; 103, f. 188; inc.: *Առն միոջ էին երկու որդիք* ... [28] (f. 140v) **S. Iohannis Chrysostomi** homilia in Lazarum et divitem, quae inc.: *Էր ոմն մեծատուն և աղքատ* ... *և ուր իցէ անուն մեծատանն* ... ut in codd. Tubingensibus Ma XIII 38, f. 312 et 39, f. 97 et in codd. Mechitaristarum Vindobonensium 4, f. 28v; 263, f. 135v. Oratio haec conflatur ex fragmentis homiliae sextae in Lazarum quam inpressam invenies in Յովհաննու Ոսկեբերանի ... ճառք, Venetiis, 1861, inde a p. 538, l. 33. [29] (f. 145v) **S. Iohannis Chrysostomi** homilia in pharisaeum et publicanum, ut in synaxario Constantinopolitano an. 1834, Յայսմաւուրք ըստ կարգէ ընթերցուածոյն Յայսմաւուրաց Տէր Խորենի, adpendix, p. 7. 8 (cf. cod. Tubingensem Ma XIII 38, f. 84 et codd. Mechitt. Vindobonensium 4, f. 34 et 224, f. 304v); inc.: *Երրորդ եւ ճանապարհք* ... [30] (f. 148v) **S. Iohannis Chrysostomi** homilia de decem virginibus, ut in ed. Յովհաննու Ոսկեբերանի ... Մեկնութիւն Թղթոցն Պաւղոսի, Venetiis, 1862, II, p. 744-750. [31] (f. 154v) Homilia pro dominica Palmarum, inc.: *Այս գիտելի է զի օրս այս յողողմեան* (*sic*), *որ է օր գալստեան և նորոգման է պատկեր առաջին աւուրն արարչութեան* ... « Notum est quod haec dies obsecrationis, quae est dies adventus et regenerationis, imago est primi diei creationis ... ». [32] (f. 158v) Homilia pro feria secunda maioris hebdomadae, inc.: *Արդ երկրորդ աւուրս արարչութեան պատկեր տիպ և գաղափար է երկրորդ դարուն* ... « Nunc secundus dies creationis imago typus et figura est secundae aetatis ... ». [33] (f. 162) De tertia mundi aetate, inc.: *Սկսեալ ի Նոյէ ՎՃԾԹ ամաց առեալ, և յանկեալ ի ՂԵ ամին Սերուքայ* ... « Incipit a Noe anno 3159 creationis et desinit in anno 95 Serug ... ». [34] (f. 165) De quarta mundi aetate, inc.: *Սկիզբն առեալ ի Սերուքայ ՂԶ տարւոյն և կատարեալ ի Հնգետասան ամի Սամուէլի* ... « Initium est in anno 96 Serug et finis in decimo quinto anno Samuhelis ... ». [35] (f. 169) De quinta aetate, inc.: *Սկսեալ ի վեշտասան ամի Սամուէլի մարգարէին, յորում ընտրութիւն օծման թագաւորաց* ... « Incipit anno decimo sexto Samuhelis prophetae, cuius electione regum consecratio ... ». [36] (f. 172) Conmemoratio s. Patricii episcopi, s. Germani discipuli, inc.: *Սա նախ և առաջին քարոզեաց յերկիրն սկօտիոյ զՔս, և բնակիչք երկրին չկամէին հաւատալ թէ իցէ այլ կեանք* ... « Hic primus praedicavit Christum in terra Scotiae, et incolae terrae (huius) nolebant credere aliam vitam esse ... ». [37] (f. 179v) **S. Christophori** archiepiscopi (*Քրիստափորի որ և արհիեպիսկոպոսի ասացեալ*) oratio de moribus humanis, inc.: *Սիրելիք ըն ժամանակս ժամանակս հովիւք և վարդապետք յաղագս զմեզ* ... « Amici, pastores et doctores aliquando fuerunt propter nos ... ». [38] (f. 186v) Historia s. Niphonis, episcopi ⟨Constantianae⟩, forsitan eadem quae graece inpressa est Constantinopoli an. 1863, *Νέον ἐκλόγιον περιέχον βίους ἀξιολόγους διαφόρων ἁγίων* ..., p. 32-42 (*Bibl. hag. graeca*, 2a ed. 1372), inc. *Սայ էր ի քաղաքէն ալմիրոպօլսոյ, յաւուրս մեծին կոստանդիանոսի, և մինչ եղև Ժ ամեա* ... « Hic erat ex urbe Almiropoli (?), in diebus Constantini magni, et quando decem annos habuit ... ». [39] (f. 189v) Panegyricus s. Nersetis ⟨Lambronatsi⟩ episcopi Tarsensis, apud Leonem Ališan, Հայապատում, Venetiis, 1910, ed. in fol. p. 419-424, (*Bibl. hag. or.* 794). [40] (f. 199v) Historia Nerseh regis Romae filii, e syriaco translata, (*Bibl. hag. or.* 805) cum epilogo Gagik interpretis, Վարք սրբոց հարանց եւ քաղաքավարութիւնք նոցին ըստ կրկին թարգմանութեան նախնեաց, Venetiis, 1855, I, p. 360-369. [41] (f. 210) Historia filii regis Romae (*Bibl. hag. or.* 1024) ut in ed. laud. I, p. 369-390. [42] (f. 232) Historia s. Alexii (*ալէքսիանոս*) ut in *Bibl. hag. or.* 44 et in ed. laud. I, p. 138-161 litt. minoribus. [43] (f. 257v) Historia s. Iohannis ⟨Calybitae⟩ filii ⟨Eu⟩tropii (*տրոպիոս* in tit., *եւտրոպիոս* in testu) ut in *Bibl. hag. or.* 499 et in ed. laud., I, p. 126-138.

Codex nitide exaratus littera *notergir* eadem manu qua codd. 32. 33. Tituli rubri. F. 1: *Orationes variae D. Chrysostomi*. F. 270 vacuum.

Integumentum ex corio nigro cum fibulis.

42. 43 (olim L. III. 7 et 8). Saec. XVIII, chart., mm. 229 × 166, ff. I. 206 et I. 375.

Rituale ex editione Constantinopolitana an. 1704 (an. Arm. 1153) descriptum. Titulus omnino respondet illi quem indicat Arsenius Ghazikian pro editione anni 1714, *Nouvelle bibliographie arménienne et encyclopédie de la vie arménienne*, Հայկական նոր մատենագիտութիւն եւ հանրագիտարան հայ կեանքի, I, col. 1785, tantum quod in praesenti codice habes *Կահապետի* pro *Աղէքսանդրի* et *ռՃԾԳ մարտի ի* « 1153 martii 20 » pro ՌՃԿԳ : Յուլիսի ԻԲ « 1163 iulii 22 ».

Codices haud eleganter exarati charactere *bolorgir*, titulos praebent litterasque initiales minio picta. F. I cod. 42 antiquior nota codicis *12 Armen.* et alia manu: *Prima pars ritualis*. F. I cod. 43: *27 Armen.* et f. 1: *Pars Sec*(un)*da ritualis*. Sigillum s. Congregationis de propaganda Fide schedulae chartaceae inpressum uni cuique codici in principio adglutinatum est. Ff. Iv amborum codicum et ff. 1v, 375 cod. 43 vacua.

Cod. 42 corio purpureo conpactus est, 43 vero corio nigro. In dorsis, litteris aureis scribitur: *M. SS.* | *Rituale* (cod. 42 *Ritual.*) *Arm*(enum) | *Tom*(us) *I* vel *II*. Codex 43 fuit olim corio purpureo obductus aeque ac 42, ut adparet ex inscriptione dorsi deaurata quae frustulo corii purpurei inpressa super nigrum glutinata est, sed praesens tegumentum vix recentius est.

44 (olim L. III. 9). Saec XVIII, chart., mm. 230×186, pagg. 2016.

Gabrihelis a Villafori O. Cap. lexicon linguae armenae classicae et recentioris in quo duplex datur verborum interpretatio latina scilicet et italica; gallica versio alia manu quandoque addita pagg. 1-260 (litt. *ա*), passim erasa est. Titulus est in p. 1: *Dictionarium quatuor linguarum, Armeniae scilicet literalis, Armeniae vulgaris, latinae, atque italicae.* Inc. *Աա է առաջին գիր հայկական այբուբենի*... *Աա est prima littera Armeniaci alphabeti*...; des.: *Փրեր . կ(ամ) . Փրէր, ի, աւ, այ, օք . է բառ զաղղիացւոց, որ թարգմանի եղբայր . ադաթ . Frater, tris. m. Fratello.* Nomina propria in hoc glossario recipiuntur et multa loca sanctorum aliorumque scriptorum referuntur.

Codex autographus est, multis emendationibus non semper prima manu auctus. In schedula folio liminario adglutinata: *Donné par M. L'Abbé de Bellaud,* | *vicaire général, official et Archidiacre du* | *Diocèse de Sens, Aumônier de S*(on) *A*(ltesse) *R*(oyale) | *Madame la Dauphine.* Desiderantur pp. 107-110 ut docet notula in frustulo chartaceo eorum loco inserto: *Il manque les pages 107, 108,* | *109 et 110.* | *Depuis le mot Անզղջական* | *jusques et compris le mot* | *անիմանալի. 104 mots.* | *2 avril 1817.* Testimonia in fine operis scripta sunt Lutetiae Parisiorum an. 1780 et Romae 1783, quae ex integro referimus. Testimonium Petri Simonis Lourdet (p. 2014): *N° 1426* | *Illustrissimi Regiorum Sigillorum Custodis jussu,* | *opus legi manuscriptum cui titulus: Dictionarium* | *quinque Linguarum, Armeniae scilicet litteralis, Armeniae* | *vulgaris, Latinae, Italicae atque Gallicae, nec non Grammatic*[am] | *Armenam Latinè pariter, Italicè et Gallicè digestam* | *Auctore Reverendo Patre* (*Gabriele* suprascr.) *a Villafori, Capuccino, apud* | *Armenios per annos triginta Missionario. Quo quidem,* | *postquam nostris huc usque fuerunt, omniumque* | *Philarmenorum votis omnibus expetita, iisque tamdiù* | *denegata, nostrum tandum prodeunt in vulgus, tanquam* | *viae duces, qua deinceps facilis cuique pateat ad* | *Haïcanorum scriptorum intelligentiam aditus; ex quibus,* | *sicuti ex uberrimis Scientiarum fontibus, aliquid in* | *nostras usque, tum sacras, tum profanas Litteras* | *derivetur. Illi sanè peramplae sunt agendae grates, qui* | *tantae molis susceptum opus tam feliciter, ad majorem* | *Dei gloriam, Religionis incrementum reique litterariae* | *decus absolvit.* | *Datum Parisiis in Regio Franciae collegio, 4° Kal.* | *Aprilis, anno Domini 1780.* | *Lourdet Lector et Professor Regius.* Iudicium censoris (p. 2016): *Ego infrascriptus e Clementina linguarum orientalium societate. Iussu R*(everendi)*ssimi Patris* | (*Erardi a Radkersburgo* in marg. add. pr. man.) *Generalis Ordinis Minorum S*(anc)*ti Francisci Capuccinorum, attente perlegi Codicem Manu* | *scriptum cui Titulus. Dictionarium quinque linguarum Armeniae scilicet literalis, Armeniae* | *vulgaris, latinae, Italicae, atque Gallicae, quodque complectitur Grammaticam Armenam* | *Latino, Italico, et Gallico expressam Idiomate. Auctore R. P. Gabriele à Villa Fori* | *Capucino* (sic) *apud Armenios Missionario Apostolico. Quaecumque in ea exarata bonis* | *moribus, sicut et Orthodoxae Fidei consentanea sunt, Opus tamdiu à doctis Celeberri*|*mis exoptatum et tandem feliciter confectum, miro Ordine digestum, atque* | *magnà curâ elaboratum, cunctis fere Gentibus in diversis Asiae, Graeciae et Europae* | *Provinciis negotia habentibus perutile, et prorsus Necessarium tum Verbi Dei apud* | *Armenios Praeconibus, cum Sacrae Scripturae Interpretibus, omnibusque linguas* | *Orientales sedulò Colentibus. In cujus rei Fidem Praesentibus subscripsi.* | *Parisiis die decima quarta Aprilis. Anni. 1780.* | *Fr*(ater) *Sixtus Vezuliensis Praesbiter Cap*(ucci)*nus* | *Provinciae Parisiensis.* Adprobatio ministri generalis eadem pagina continetur: *Nos Fr*(ater) *Erardus à Radckespurgo totius Ord*(inis) *FF. Min*(orum) *S. Francisci Cap*(ucci)*norum* | *M*(i)*n*(iste)*r G*(enera)*lis L. I. salut*(em) *in D*(omi)*no.* | *Cum opus manuscriptum, cui Titulus: Dictionarium quinque linguarum Armeniae scilicet literalis, Armeniae vulgaris, Latinae Italicae, atque* | *Gallicae, nec non Gramaticam* (sic) *Armenam latine pariter Italicae* (sic) | *et Gallicae digestam, ab adm*(odum) *V*(enera)*ndo P*(atre) *Gabriele à Villafori, apud* | *Armenos per triginta annos, Missionario ap*(osto)*lico elaboratum à tam* | *Regio, quam ordinis Revisore recognitu*(m), *examinatu*(m), *et aprobatum* (sic) | *fuerit, dignum proinde repertum publicae lucis, utpotè jam apud* | *eruditos omnes summè com*(m)*endatu*(m) *et expectatu*(m). *Nos presentium* | *virtute, facultatem nostra*(m) *impertimur, ut servatis de jure servandis, ac in* | *Regno Galliae praescriptis circa Typografia*(m) *ordinationibus, Typis publicis* | *mandetur,* | *Dat*(um) *Oxenfurti in decursu nostrę visitationis G*(enera)*lis 15 Maij 1780.* Iudicium Pauli Leoni (p. 2015): *Opus inscriptum «Dictionarium quinque linguaru*(m) *Armenae, scilicet litera*|*lis, Latinae. Italicae, atque Gallicae, Armenae vulgaris», cui adijcitur* (sic) *Gramatica* (sic) *Armeno Latino, Italico et Gallico elaborata Idiomata* (sic) | *sedulo perlegi elapso anno 1781; quo tempore illius auctor R. P.* | *Gabriel à Villafori ex ordine Capucinorum, apud Armenos* | *Missionarius Apostolicus Romae degens illud mihi legendu*(m) *tradidit.* | *Pientissimi viri studium, solersiam* (sic) *ac laborem summoperè admira*|*tus sum, quod propriam uniuscujusque vocabuli vim, atque efficien*|*tiam tam bene assecutus esse, atque adeo luculenter explicasse* | *visus mihi fuit, ut nescio an quidquam rectius, ac melius posset* | *elucubrari. quam plura alia autem legerem dictionaria, sed* | *neque copia, neque nitore sunt illa, cum isto comparanda. Valde* | *itaque gavisus sum, ubi intelexi* (sic) *typis edendum quamprimum* | *illud esse. Diù siquidem id optavere optimi qui*|*n*|*que viri, qui* | *verbi Dei apud armenos precones sunt, quique fidei orthodoxę* | *propagationi incumbunt. Hęc autem animi mei sententia* | *curenti* (sic) *calcar* (sic) *addat* (ex *addo*) *ne tanti operis editio diutius retardetur* | *ex quo non leve catholicae fidei incrementu*(m) *profecturum* | *certissimè spero.* | *Da*(tum) *Rome apud Sanctam Mariam aegiptiacam* (sic) *VI. kal. Maji* | *1783, et sigillo quo utor* (*obnuivi* cancell.) *munivi* ✝. | *Paulus Leoni jam alumnus Ven*(erabilis) *Colleg*(ii) *Urban*(i) *de Propag*(and)*a* | *Fide Sacrae Theologiae nec non Philosophiae doctor Archie*|*piscopus Akalgikensis, et actualiter a S. Sede Apostolica* | *deputatus ordinarius pro Natione Armena in ecclesia* | *S. M*(ariae) *Aegiptiacae de Urbe.*

Codex in tres partes dividitur tela nigra ac membrana alba conpactas, quarum in dorsis inpressae exstant tesserae gentiliciae Pii X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii; praeterea verba *Armeno* | *44* | *P*(arte) *I. II. III.*

45 (olim L. III. 10). An. 1415 (an. Arm. 864. cf. f. 10v et f. 391), chart. (praeter ff. 1. 2. 392. 393 membr.), mm. 165×138 ca., ff. 393.

S. Thomae Aquinatis doctrina de sacramentis h. e. (f. 11) tertiae partis Summae theologicae quaestiones 60-90 et (f. 187) tertiae partis subplementi quaestiones 1-68. Haec interpretatio ex subscriptione concluditur diversa ab illa de qua loquitur Garegin Zarphanelian, *Catalogue des anciennes traductions arméniennes,* Մատենադարան հայկական թարգմանութեանց նախնեաց, Venetiis, 1889, pp. 274 sq. Praemittitur (f. 4v) index quaestionum et articulorum. Inc.: *Երկ(րոր)դ հատոր եր(րոր)դ մասին հաւաքման երանելւոյն Թօմայի աքինացոյն : Յաղագս խորհրդո(ց) եկեղեցւոյ : Յետ քննութեան այնոցիկ որ վերայբերին առ անօրէնութի բանին մարմնացելոյ տեսանելի է ի խ(ո)րհրդոց եկ(ե)ղ(ե)ցո* ··· «Tomus secundus tertiae partis summae beati Thomae Aquinatis. De sacramentis ecclesiae. Post considerationem eorum quae pertinent ad oeconomiam Verbi incarnati, considerandum est de ecclesiae sacramentis...»: des.

(f. 390): և ոչ նմ(ա)ն ի յօրինաւոր որդոյն որ ոչ ունի պայմանս պ(ա)կ(ա)ս(ո)ւ(թ)ի(ւն)ս : Աստանօր կատարեցաւ երկ(րոր)դ հատոր երր(որ)դ մասին հաւաքման երանելոյն Թովմայի աքինեցո յ(ա)ղ(ա)գս եւթն խ(որ)հրդո<ց> եկ(ե)ղ(ե)ցո ի փառս քի այ և ի պ(ա)րծ(ա)նս սբ եկ(ե)ղ(եցւո)յն հռ(ոմ)ա(յ) : « ... Nec est simile de filio inlegitimo, qui non habet huiusmodi defectum. Hic finitus est secundus tomus tertiae partis summae beati Thomae Aquinatis de septem ecclesiae sacramentis ad gloriam Christi Dei et honorem sanctae ecclesiae Romanae ».

Ff. 1. 2. 392. 393 ex codice latino desumpta et valde mutila, partes continent Summae contra Gentiles, scilicet: [1] (f. 1) lib. I, cap. 81 *ex n*(e)*c*(essit)*ate vult artificiata* (cf. *S. Thomae Aquinatis doctoris Angelici opera omnia*..., t. XIII, Romae, 1918, p. 225, col. 2, l. 17) usque ad cap. 84 *q*(uod) *no*(n) *ca*[dit], ibid., p. 233, col. 2, l. 2; [2] (f. 392) cap. 89 [passi]*o*(n)*is i*(n)*c*[luditur] *d*(e)*o no*(n) *c*(on)*petit*, ibid., p. 241, col. 1, l. 4 - cap. 91 *quib*(us) *ea co*(n)[cupiscimus], ibid., p. 247, col. 1, l. 2; [3] (f. 393) cap. 97 *vive*(re) *s*(olum) *h*(oc) *ali*[quibus], ibid., p. 261, col. 1, l. 8 - cap. 102 *u*(t) *o*(ste)*nsu*(m) *e*(st), *u*(bi), ibid., p. 267, col. 1, l. 12; [4] (f. 2) index capitum lib. II inde a cap. editionis 87 *quod a*(n)*i*(m)*a hu*(man)*a p*(ro)*ducatur a deo e*(sse) *p*(er) *creation*[em lx]*xxxj* et textus a cap. 1 usque ad cap. 3, *q*(uasi) *nich*(il) *possit fac*(er)*e o*(mn)*i*(poten)*s*, ibid., p. 278, col. 1, l. 19.

Codex binis columnis exaratus est littera *bolorgir* a Iosepho Šahaponetsi (ff. 11-203) et Gregorio (ff. 4v-10v. 204-391). Fasciculi 31, in margine imo primae et ultimae paginae litteris armenis ա-լա signati, sunt seniones, praeter duos priores foliorum quattuordecim et ultimum foliorum tredecim. Tituli et litterae initiales minio scripta sunt, grandiores vero litterae variis coloribus tactae. F. 3 nota donationis: *Tertia Pars Summę Theologicę | S. Thomę Aquinatis Angelici Doctoris | de Sacramentis Ecclesię. | Anno Dñi 1347 translata in Armenicum | idioma a Fr. Petro Italo Aragonensi | Ordinis Prędicatorum, et à Fr. Iacobo Armeno | eiusdem Ordinis religi*<oso> (cod. *osis* eras.) *in Conventu | Cherni dicto in Armenia maiori. | Oblata uerò | et donata | Bibliothecę Venerabilis Collegij Vrbani | Romę in gratam animi memoriam | à R. Nierses Holubowicz, et S*(tephano) *Ste|phanouicz* (Roszka, cf. cod. 15) *Sacerdotibus Armenis | eiusdem Collegii Alumnis | Anno Dñi 1705. | N° 2.* Eadem, ut videtur, manus paginas signavit inde a f. 11 notis arabicis quae dicuntur. F. 3v: *Ex libris Stephani Stephanouicz | D. S.* F. 4 quaedam armenice prima manu, et: *ad usum Collegii Urbani.* F. 10v: Զաղքատեալ ոգի նուաստ գրիչ որ խ(ն)դ(ի)րող բանի գս(ա)կ(ա)ւ աշխատող այսմ մատեի յիշել աղաչեմ | ամէն : յուլիս իգ աւարտ էառ : «Pauperis spiritu et humilis Gregorii ministri verbi, qui parum laboravit in hoc libro, meminisse rogo. (Anno) 1415 (mense) iulii (die) 13 finem fecit». F. 187 in margine imo: *Supplementum Tertię Partis Summę S. Thomę.* F. 247v: *De Indulgentijs.* F. 390v: Փառք ամենայնի | երրորդ(ո)ւթեան հօր եւ | որդո և հոգոյն սրբո : Ամէն : | Արդ ի յամի ծնը(ն)դեան փրկչին | մերո հազարերորդի երեքհար|իւրերորդի քառասներորդի եւ|թներորդի : Եւ ի թվական(ո)ւ(թ)ե(ան)ս | հայոց. եւթնհարիւրերորդի ի|ններորդի վեցերորդի թարգմ|անեցաւ գիրք : Եւթն խ(որ)հրդոց | որ է երկր(որ)դ հատոր երրորդ մասին | հաւաքման երանելոյն Թովմա|ի աքինեցո . ի լատին բարբառո|ն ի հայս : Ձեռամբ ֆր Պետրոսի | Ազգաւ լատին և (աշ)խարհ)աւ արագո|նացի ի կարգէ քարոզողաց սրբ|ոյն Դոմինիկոսի որ ի յամն այս | ը(ն)դ աւարտել գրոցս յետ ութ աւ|ուր փոխեցաւ առ քս . Յունիս գ : | որ Թարգմանն էր ֆր Յակոբոս | Ազգաւ հայ և. նա ի կ(ա)րգէ ք(ա)ր(ո)զող|աց (cod. ող bis script.) սրբոյն դոմինիկոսի ի վերին | վանքս քռնա ը(ն)դ հովանեաւ սբ | Աստուածածնի որո առ(ա)ջ(նոր)դ և հոգաբար|ձու էր և առ(ա)ջին վերակացու|ող կ(ա)րգին

միաբանողաց ֆր յոհ|աննէս մակաւուն կոչեց(ա)լ քռն|եցի որս յանունն շինեցին զսբ || (col. 2) ուխտս : Ածասէր և բար(է)պ(ա)շտ | պ(ա)ր(ո)ն գորգն և Ամուսինն խւթ ա|րիկին էլթիկին և որքս երեքեանս վր|խնամողէ, պ(ա)ր(ո)ն գորգն և տիկին էլ|թիկին ինը(ն)այօժար կամօք նուիրեցին | զվանքս կ(ա)րգին ք(ա)ր(ո)զողաց սրբոյն դ|օմ(ի)ն(ի)կ(ո)սի տուրք յ(ա)ւ(ի)տ(ե)ն(ա)կ(ա)ն : Արդ վերա|տացե(ա)լ վրխնամողս յոհան եղև | պ(ա)տճ(ա)ռ բ(ա)զ(ու)մ բ(ա)ր(ո)ւեաց զի ժ(ո)ղ(ո)վեաց ստս | բ(ա)զ(ու)մ վ(ար)դ(ապե)տս ի լատինացոց և ի հայոց | տածելով զնոսա ք(ա)ն(ո)ւ հոգո և ք(աւ) մ|արմնո և թարգմանեաց և թ(ա)րգմ(ա)նէ զ|իրս բ(ա)ղ(ու)մս ողէշահս և լուսաւորի|չս և ոչ այսչափ միայն այլ եղև իր|րև պհաւատարիմ լրաբեր յետու | նաւեա մատնելով յերկիր նաւեա|ց այսինքն ի միաբան(ո)ւթի սբ եկ(ե)ղ(եցւո)յ|ն հռոմա և ե|եր ազգիս հայոց զիրկ|ական հա[մ]բաւն, և առ(ա)ջնորդեց | արժանաւորացն մտանել ի հնա|զանդութի գերագրակ(ա)ն աթոռոյն | հռոմա որ է մուտ և դուռն երկնից ա|րքայութե որում զմեզ արժանաւոր|եսցէ քս : Որ և վերատացե(ա)լ վր|խնամողս յոհան քնեցի յայսմ | ամի փոխեցաւ առ քս . Յունուար|ի գ : Արդ որք օգտիք ի սմանէ կմ օրի|նակէք ող(ո)րմ(ո)ւթի խ(ն)դրեցէք յոյ վեր|տացե(ա)լ աշխատողացս և նոցի | ներախնաւորացն : Եւ աղաչեմք | որք օրինակէք զգիրքս զսակաւ յի|շատ(ա)կ(ա)րանս գրեցէք և դուք գրե(ա)լ լիջի | գիրն կենաց : Ամէն : Ամէն : Ամէն : || (f. 391) Գերապատիւ և գերահր|աշ հայր մեր ք(ս)ա հոգո : ֆր | յովէփ կոչեց(ա)լ մակաւուն շա|հապօնեցի : Սկսեալ զմա|րին խորհրդաւ որ զ(որ)ծառ(ո)ւթե | մատեանս, և ոչ առե(ա)լ զաւար|տ վս վրդովման ժ(ա)մ(անա)կին | և ի խառ(ո)ւթենէ այլ ազգաց և | մնացե(ա)լ թերատ բ(ա)զ(ու)մ ամ : Եւ յե|տոյ շնորհեաց մեզ ի խնդրոյ մերո : | լնլով զթերին : Յաղագս որ|ո ես նուաստս ի քս և յետինս | յորդոց սոցին ավելորդ ոգիս | ֆր գրիգոր սպ(ա)ս(ա)ւ(ո)ր բանի ըն(որ)հ|օք գթ(ո)ւթե քս և փրկչին յի քի | սկսե(ա)լ և կատարե(ա)լ յանկեց(ա)ւ : | և ստաց զսա բ(ա)զ(ու)մ փափախմամբ | ախոն(lege յ)եան ներհակական գաւ|առաց. և ը(ն)դունարան [..]ացն այ | որ ի սմա հաւաքե[...] կան պէսպ|էս և ազգի ազգի ձիրս պ(ա)րգե | եւս : (sic) ը(ն)դ որս և զմատեանս | հոգէպ(ա)տ(ո)ւմս մեծահրաշ մ(ա)րգ|արէիցն և գերազանց հրաշ|ալի առ(ա)ք(ե)լոցն : որ են գուշակ | ներկաիս և պ(ա)տմիչ ապագա | իրացն եղելոց իբր գեղեցկուի | ոսկո ը(ն)դ որբափայլ արծաթո | դ(ա)ս(եա)լ : և կմ շափիղայս ը(ն)դ կարկ|եհան յեռե(ա)լ : զոմն ուսուցիչ | ներկաիս իբր ասուեր ճշ(մար)տի և | զոմն աւետաւոր անսպառ | յաւիտենից : ի հ(ա)ստ(ա)տ(ո)ւթի սրբ || (col. 2) ոց և ի գ(որ)ծ պաշտաման որ ըստ | հոգոյն ներգ(որ)ծի : ի յաւուրս | վարժողաց որ ի լուսաղդոյն | վրբերի, և ի յար(ո)ւթի մնաց թուլ|ացելոց, և պնդ(ո)ւթի ստորոտ | արշ կամաց, և յօգուտ մանկա|նց նորոյս օրինի : Պս(ա)կ պ(ա)րծան|աց կաթօղիկէ սբ եկ(ե)ղ(ե)ցո : Որ ի | դոյոս ամ հանեմատե(ա)լ գերապ|այն և բ(ար)ձր ք(ա)ն զնոսին տեսանի | մնացաչօք և յամօթ ձաղան|աց բռն(ո)ւթե բարուցն ըէլխարս | և հեռաւորացն ն(ո)ր(ա) : Արդ մ(ա)կ|ագրե(ա)լ եղև ածախն ստուս յամի | հազարերորդի չորեքհարիւրերորդի | ·Ժ· երորդի հինկերորդի | յուլիս ամսոյ իգ օրն Եւ ի թվկն|(ո)ւթես հայոց ՊԿԴ : վս որո աղ|աչեմ զամաւն ը(ն)թ(ե)րցողդ և զ|վաելողդ վաղխանեա մեր որ | սոս հարազատաք(ա)ր սիրո լ ուղղ|ել : և զմ(ե)զ հ(ա)նդ(ե)րձ ծնողօքն մերոք | հ(ո)գ(ե)ւ(ո)րօք և մ(ա)րմ(նա)ւ(ո)րօք (օք suprascr.) ի տ(է)րունի բար|իսն յիշատակ(ե)լ : Արդ եղև գր(ո)ւե | սորա ի վանելում և ի յօգուտ կ(ա)րգ|ին և որ ի ծոց ամին եղբարց ֆր | լորէնցի : ֆր մրտսի ֆր կոստ|անդի ֆր յովի, և այլ նորայ | բոլորովման կանցս որք կան : | Եւ թէ արժանի արասցիք զիս | յիշել և զուսուցիչն իմ հ(ո)գ(ե)ւ(ո)ր հայրն պարթակոն ք(ա)հ(անայ) զֆր | Պետրոս : և Զմ(ա)րմ(նա)ւ(ո)ր ծնողսն || (f. 391v) իմ զառաւտակեալ հայրն իմ զխո|ցաղեղ և զմայրն իմ զթանկիկ և զեղբայրն իմ զբէկի որ կայ | այժմ և այլ ամ արեամ(ե)րձ(ա)ւ(ո)րքն : | Եւ որովհետև լսէք զվերոգր(եա)լ | աղաչանքս և յիշման արժանի | առնէք : Նոյն հատուցանող ն ամ բ(ա)րե(ա)ց հատուցէ զվարձս | ձեր և զամ աղաչանս ձեր ի բար|իս կատարէ յս քս տրն մեր ամէն : « Gloria sanctissimae Trinitati Patri et Filio et Spiritui sancto. Amen. Anno igitur nativitatis salvatoris nostri millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, et iuxta subputationem Armenorum septingentesimo nonagesimo sexto interpretatus est liber septem sacramentorum, qui est tomus secundus tertiae partis Summae beati Thomae Aquinatis ex latino idiomate in armenicum, manu fratris Petri gente latini et natione Aragonensis (cf. Clementis Galani, *Conciliationis ecclesiae Armenae cum Romana*, t. I, p. 511) ex ordine praedicatorum s. Dominici, qui hoc ipso anno, post absolutionem libri, octo elapsis diebus, ad Christum migravit die 3 mensis iunii, cuius interpres erat frater Iacobus (ibid., p. 512 et p. 519) gente Armenus et ipse ex ordine praedicatorum s. Dominici; in superiore monasterio Chernacensi, (*Kherni*) sub praesidio sanctae Dei genetricis, cuius (monasterii) prior et procurator erat et pri-

mus fundator ordinis unitorum frater Iohannes Khĕrnetsi nuncupatus (ibid., p. 509 sq.), cuius in nomine sanctam congregationem instituerunt pius et devotus princeps Georgius (Iohannis avunculus, ibid., p. 509) et coniunx eius domina Elṭkin; qui tres, praepositus, princeps Georgius et domina Elṭkin sponte sua hoc monasterium obtulerunt ordini praedicatorum s. Dominici in donum perpetuum. Hic vero supradictus praepositus Iohannes causa fuit plurium bonorum, quia ibi congregavit multos doctores latinos et armenos, eorum nutriens animas et corpora, item interpretatus est et interpretatur[1] libros multos utiles inluminantesque. Nec hoc tantum, sed fuit tamquam fidelis explorator Iesus Nave terram promissionum ingrediens, h. e. sanctam Romanam ecclesiam, ferebatque Armenorum genti salutarem vocationem illisque praefuit qui digni fuerunt se subicere auctoritati supremae Romanae cathedrae, quae est introitus et porta regni caelorum, cuius nos dignos faciat Christus. Supra nominatus praepositus Iohannes Khĕrnetsi hoc anno migravit ad Christum, die 6 ianuarii. Vos ergo, qui hoc libro utemini vel eum describetis, misericordiam Dei invocate pro supradictis opificibus eorumque benefactoribus. Et rogamus vos qui librum describetis ut hanc parvam memoriam exscribatis, et vos inscribemini in libro vitae. Amen. Amen. Amen. Reverendissimus celeberrimusque pater noster spiritualis frater Ioseph Šahaponetsi[2] vocatus incepit divinum sacramentalis operationis librum nec fecit finem propter turbidum tempus et duritiam aliarum gentium, et relictus est (liber) mancus per multos annos, deinde datum est nobis in examine nostro (videre) eum inperfectum. Qua propter ego humilis in Christo et ultimus filiorum Sion, debilis spiritu, frater Gregorius, minister verbi, gratia et misericordia domini et salvatoris Iesu Christi, incepi et perfeci (arm. perfecit); et adquisivi (arm. adquisivit) eum magno desiderio, ut tropaeum contrariorum ordinum et receptaculum Dei, in quo continentur varia et diversa dona et beneficia, cum quibus et libros a Spiritu Sancto inspiratorum mirabilium prophetarum excellentiumque apostolorum, qui sunt vates huius temporis et historici rerum futurarum. Sicut pulchritudo auri cum puro argento disponitur vel sapphirus cum carbunculo iungitur, sic magister praesens ut umbra veri et qui evangelizat inexhaustibilem aeternitatem; in confirmationem sanctorum et in opus ministerii quod a Spiritu operatur, in scientiam docentium ut in melius elevetur, et in virtutem animorum debilium et firmitatem terrestrium voluntatum et in utilitatem puerorum novae legis: diadema honoris sanctae catholicae ecclesiae. Qui omnibus existentibus conparatus supersubstantialis (est) et altius eis conspicitur intellegentiae oculis et in confusionem derisionis vim morum Beliar et sequentium eum. Intitulatus vero fuit liber divinus anno millesimo quadringentesimo decimo quinto die 23 mensis iulii et in conputatione Armenorum 864. Quam ob rem oro theologos legentes et utentes errores nostros qui ibi (sunt) fraterna caritate conrigere et nostri cum genitoribus nostris spiritualibus et corporalibus in dominicali beneficio meminisse. Descriptio huius (libri) fuit in usum et commodum ordinis et illorum, qui in eo sunt, fratrum, fratris Laurentii, fratris Martini (?), fratris Constantini, fratris Iobi et qui sunt alterius germinis vitae. Et ut dignemini meminisse mei et magistri mei patris spiritualii casti presbyteri fratris Petri et genitorum meorum carnalium miseri patris mei Ḥotsadeł et matris meae Ṭankik et fratris mei Beki qui superest et omnium aliorum proximorum. Et quia audieritis suprascriptas preces et meminisse dignati eritis, ipse remunerator omnium bonorum mercedem vestram solvet et omnes vestras preces exaudiet Iesus Christus dominus noster. Amen ». F. 391ᵛ: *ad usum Collegii* | *Urbani* | *1798*.

In spatiis vacuis foliorum membraneorum, quae modo custodiae in principio et fine codicis adiecta sunt, pauca armenice scripta sunt ex homilia quadam de virginibus prudentibus.

---

[1] Sic dicit librarius, antiquam subscriptionem secutus, licet iamdiu Iohannes mortuus sit (cf. subscriptionem cod. Berol. 74 apud N. Karamianz, *Verzeichniss*... p. 57).

[2] Fr. Joseph quidam Šahaponetsi citetur in cod. Paris. 106, sed videtur alterius saeculi secundum F. Macler *Catalogue*... p. 47.

Codex conpactus est tabellis ligneis corio nigro coopertis. Paginae vero internae operculi anterioris schedula chartacea adhaerescit, ubi legitur antiqua nota codicis *18. Armen.* et notula: *All'Illus*(trissi)*mo e Rev*(erendissi)*mo Sig*(nore) *Sig*(nore) *Pad*(r)*e Col*(endissi)*mo* | *Il Monsig*(no)*r Secretario della* | *Sagra Congregatione di* | *Propaganda fede* | *Roma*.

46 (olim L. III. 12, conrect. ex 23). Saec. XVIII, chart., mm. 210 × 145 ca., ff. VIII. 334.

1 (f. 1) Glossarium armeno-italicum, ubi interpretationes italicae litteris armenis scriptae sunt. Inc.: Աբբահայր-փառաւէ ապաթէ *(padre abate)*. աբբայութի-ապացիա *(abbazia)*; des. (f. 306): Փիղ - ըլէֆանթէ *(elefante)*.

2 (f. 314) Glossarii alterius pauca folia; inc. mutilum in pag. 19: արքայազօր - *Forze reale*; արքայաժառանգ - *Ereditario reale*; des.: օրէն - *legge*. Exstant tantum pagg. antiquae numerationis 19-22, 47-52, 69-74, 81-84 (in cod. 63. 64), 119, 120, 139-142, 171-178, 183-190.

Codex currenti calamo ineleganter exaratus charactere *notergir* duobus constat codd. non una manu scriptis. Ff. 251-254. 259-266. 269-276. 283-286. 295-298. 303-306 quae erant dilaniata, rudi arte refecta sunt. F. 296ᵛ annus *1781* notatur una cum nomine Օգոստինօ Քարցօնի (*Agostino Garzoni*). Ff. I-VIII. 29ᵛ-31. 42ᵛ-44. 51ᵛ-54. 60ᵛ-64. 71ᵛ-73. 79ᵛ-84. 89. 90. 99. 100. 103. 104. 113. 114. 125. 126. 133. 134. 147. 148. 161ᵛ-165. 167ᵛ-169. 170ᵛ. 173. 174. 185ᵛ-187. 195. 196. 204-205ʳ. 206. 212. 213. 222ᵛ-224ᵛ. 228. 229. 238ᵛ-241, 243ᵛ-245. 247-250. 256-258. 266ᵛ-268. 276ᵛ-282. 287-294. 297-302. 306ᵛ-313 vacua.

Integumentum ex charta spissata, cuius in dorso legitur: Բառգիրք տալեական | լեզուին « Lexicon linguae italicae ». In operculo anteriore foris et intus: *D*(on) *Giorgio di Pietro Chrmisi Guiumgijan* (int. *Crmisi Cuiumgijan*) *Armeno Anciriano* (int. *Ancirano*). In pagina interna eiusdem operculi additae sunt litterae գ. պ. ղ. մ. in figura quadrata inscriptae, in pagina vero interna operculi posterioris eadem scripsit possessor, praeterea: Յամի փրկութեան մերոյ . 1781 . մայիսի . 12 : ետու 'ի կազմել զայս գիրքս 'ի քաղաքն վրէժ | որ կոչի բառգիրք տալական. *D. Giorgio Crmisi Cuumgiian Ancira*|*no Armeno*. « Anno salutis nostrae 1781, (die) 12 maii, dedi ad ligandum hunc librum, qui adpellatur 'lexicon italicum' in urbe Vrež ».

47 (olim L. III. 13, conrect. ex 20, dein 14). Saec. XVII, chart., mm. 227 × 177 ca., ff. 83.

Kalendarium seu Տօնացոյց cuius latina interpretatio a Basilio Barsech in codd. Borg. arm. 40, III et 51 continetur. Inc.: Ծայայնութն ծրագալուցի գիշերին կանոնն ազլինին · փառ(ք)ն հաւատ(ամք)· Նա՛ւ զգենուն քահանայքն միաբան ... des. Ա(ստուածա)յին հանդստեան այսպ(է)ս գլա· Ի մատթէոս· Ի մարկոս· Ի ղուկաս· Ի յօհաննէս (spatio ad recipiendos capitum numeros vacuo relicto). Ընդ սմին փրկեալ ազատարարդ կեցուս զես յամ փորձութեց բաւ կրկին գոյից· Ըս երկնազումն արքնարելոյն: և անուան քում ցանկալւոյ յաւէտ փառք·

Codex currenti calamo exaratus littera *notergir*. F. 1: *Calendarium seu Ordinariu*(m) | *Armenoru*(m) *ab Ep*(iscop)*o Oscano* | *Liburno missum*. | Տօնացոյց Հայոց, զոր Ոսկան Եպ(իսկոպո)սն և վ(ա)ր(դա)պետն | յԼիվոռնայէ (Leghorn) առաքեաց. F. 29ᵛ, quod textum non recepit, probationes calami continet et verba: *Mons*(ieu)*r Jan de Leeuw*. Ff. 1ᵛ. 82. 83 vacua. Folia tria aut quattuor in principio codicis forfice excisa sunt.

Integumentum membranaceum, cuius in dorso scriptum est atramento flavescente: *Kalen*|*darium* | *seu Ordi*|*narium* | *Armenu*(m).

48 (olim L. III. 16, conrect. ex 15). Saec. XVII, chart., mm. 175×121, ff. 73.

Ritu'ale seu Մաշտոց, cuius ff. 9-48^{v} typis inpressa sunt et discerpta videntur ex prima ritualis armeni editione, quam Abgar Armenus Constantinopoli perfecit an. 1569 (cf. notulam Gregorii Kalemkiar infra relatam et Arsenium Ghazikian, *Nouvelle bibliographie arménienne*... I, col. 1782). [1] (f. 4) Ordo baptismi, [2] (f. 19^{v}) ordo benedictionis et inpositionis coronae nuptialis, [3] (f. 30^{v}) ordo communionis infirmorum, [4] (f. 35^{v}) ordo sepulturae laicorum, (inter ff. 44^{v} et 45 haud pauca exciderunt), [5] (f. 56) preces diei alterius cum progrediuntur ad sepulchrum, [6] (f. 64^{v}) ordo praesentandi puerum in templum post dies XXXX (cf. H. Denzinger, *Ritus Orientalium*, I, p. 399), [7] (f. 65^{v}) ritus benedictionis calicis et patenae, [8] (f. 66) ritus benedictionis vestium sacerdotalium, [6] (f. 67) ritus benedictionis libri novi, [9] (f. 68^{v}) ordo benedictionis fontis baptismatis in fine inperfectus.

Pars codicis manu scripta characterem *bolorgir* exhibet. Tituli, litterae maximae et grandiores minio picta. Colore caeruleo non nunquam usus est librarius. Fasciculi litteris armenis signati sunt in margine imo primae et ultimae singulorum paginae; fasciculus primus sex foliis constat, septimus duodecim, octavus decem. Fasciculi 2-6 typis inpressi quaterniones sunt, sed videtur in sexto aliquid periisse. F. 1, manu Iohannis Pastritii: *Mastuecz. Rituale;* alia manu: *Ordo Baptizandi et alia sacramenta* | *Administrandi ex Armenicę ecclesię* | *ritu.* In schedula eidem folio adglutinata, Gregorii Kalemkiar adnotatio: *Mus. Borg. Manus. Armeno 48* | *(Rituale Armeno)* | *von S*(eite) *11-90 incl*(usive) *ist ein Druckwerck (Rit. Arm.).* | *zwar bekannt, aber bis jetzt noch nirgends gesehen. Der Druck ist, wie anderwerts bekannt, von d*(em) *Armenier Abgar,* | *hergestellt i*(m) *J*(ahre) *1569 i*(n) *Konstantinopel. Derselbe hatte z*(um) *ersten* | *Mal i*(n) *Venedig, i*(m) *J*(ahre) *1565 ein arm*(enisches) *Psalterium gedruckt.* | *Roma, 22. I. 1912* | *P. Gregorio Kalemkiar* | *Wiener Mechitarist.* F. 3: *Ordo Baptizandi f*(o)*l*(i)*o i* | *De Matrimonio f*(o)*l*(i)*o 32* | *De Comunione* (sic) *infirmoru*(m) *f*(o)*l*(i)*o 54* | *De modo sepeliendi f*(o)*l*(i)*o 64;* alia manu: *sine nomine scriptoris, et anno, quo scriptu*(m) *est.* Ff. 1^{v}. 2. 3^{v}. 71^{v}-73 vacua.

Integumentum membranaceum est, cuius in dorso legitur *Armeno 48:* in tabula anteriore conspiciuntur tesserae gentiliciae Pii X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii. Paginae operculi anterioris internae adhaerescunt frustula chartacea cum antiquioribus codicis notis: *7 Armen.; G 19* (ex *20*) et *5677* | *7951.*

49 (olim L. III. 24, conrect. ex 17 et 18). Saec. XVII, chart., mm. 266×181, ff. 21.

Liturgia missae, ut in cod. 1, f. 86. Adduntur evangelium s. Ioh. I, 1-14, ut in missa latina, et preces pro gratiarum actione post missam.

Codex charactere *bolorgir* duabus columnis exaratus. Initiales litterae atque tituli minio picta. Linea prima litteris scripta est maioribus, quae avium imagines referunt. F. 1 antiqua nota codicis *31. Armen.* et manu recentiori: *2* | *litu*(rgia) *armena.* F. 1^{v} vacuum.

Integumentum ex membrana nigraque tela. In pagina operculi anterioris externa tesserae gentiliciae Pii X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii.

50 (olim L. III. 21, conrect. ex 14). Saec. XVII, chart., mm. 268×196, ff. 107.

Kalendarium seu Տօնացոյց una cum interpretatione latina, cui titulus inponitur (f. 2): *Calendarium* | *seu ordinarium* | *Armenum* | *Liburno* (ex *Liburni* pr. man.) *missum anno* | *MDCLXXI* | *ab Oscano episcopo Armeno.* Inc. (f. 2^{v}):

Ա՟ծայայտնութեան Ճրագալուցին. Իսկ յիննն ժամին ասի ս(ա)ղ(մո)ս և նշխարք գործի ... *In Vigilia Dei Epiphanię.* | *In nona autem hora dicitur psalmus et conficiuntur hostię....;* des.: Զկնի պահոց յունվարի. Զ. ծնունդ է քի՟ այ՟ մերոյ. *Post Ieiunium die 6^{a} Ianuarij est Nativitas Christi Dei nostri,* ubi censor quidam adscripsit: *Videatur An Nativitas xp̄i Dñi sit die sexta Ianuarij.*

Translationis Oscani perscriptio haec posterior est conrectione Sebastiani Knab o. P., quae continetur in cod. Borg. lat. 144, f. 272.

Paginae in duas columnas divisae sunt: textus armenus ab Oscano descriptus columnam sinistram unius cuiusque folii aversi inplet, versio autem latina columnam dexteram paginarum rectarum. Textus latini conrectiones adnotationesque diversas hic illic alia manus exaravit in columnis albis relictis. Ff. 1: *Calendariu*(m) *s*(eu ordinarium . . .). Ff. 1^{v}. 104^{v}-107 vacua.

Integumentum membranaceum.

51 (olim L. III. 13, conrect. ex 22, dein 21). An. 1671, chart., mm. 263×193, ff. 215.

Kalendarium seu Տօնացոյց armenice et latine. Textus armenus ex cod. 47 desumptus est, interpretatio vero latina Basilii Barsech ex cod. 40, III. Titulus est (f. 1): *Calendarium, seu ordinarium* | *Armenorum ab Episcopo* | *Oschano Luburno* (sic) *missum* | *et de ordine Sac*(rae) *Congreg*(atio)*nis* | *de Propaganda Fide* | *à Basilio Barsech translatu*(m) | *Anno 1671.* Incipit textus latinus ut in cod. 40, III excepto quod habes *Credit* (pro *Credo* vel *Credimus*) et *Sacerdos* in *sacerdotes* prima, ut vid., manu conrectum.

Textus armenus ab Oscano exaratus est ut in codd. 39. 50. Columna dextra singularum paginarum, nec non integra ff. 211^{v}-215 vacua sunt.

Integumentum membranaceum, cuius dorso adhaerescit frustulum corii quondam purpurei, ubi litteris aureis scriptum legitur: *M. SS.* | *Kala*(!)*nd*(arium) | *Armen*(um).

52 (olim L. III. 24, conrect. ex 18, dein 11). Saec. XVII, chart., mm. 251×181, ff. I. 16.

Liturgia missae ut in cod. 39.

Codex binis columnis exaratus est satis nitide. F. I nota codicis antiquior: *24. Armen.* et: *Liturgia Armena ab Ep*(iscop)*o Oschano* | *Liburno missa.* Ff. I^{v}. 1^{r}. 16 vacua.

Integumentum membranaceum.

53 (olim L. IV. 2). Saec. XVII, chart., mm. 324×204, ff. 498.

Pauli Piromalli ord. Praed. lexicon armeno-latinum, de quo loquitur ipse auctor in praefatione libri cui titulus *Apologia de duplici natura Christi,* Vindobonae, 1656. Plerumque desideratur latina interpretatio. Inc.: Աբբայ. յի. մեծ հայր. կ. պապ. *avus.* աբբանայ, նի. բաղանիք. կ. լուացման տեղիք: *baneum* (sic), *lauatoriu*(m). Des.: օքտել (conrect. in օգտել) բաւել. բաւականել *sufficere, sat esse.*

Codex autographus est. F. 1 manu Iohannis Pastritii: *Vocabularium Armenicum* (*Lat.* alt. man. add.); deinde notula armena currenti calamo scripta: Պօղոս | 'ի Բիրոմալ մականուամբ քահանայ է շարադրեալ է | բառգիրքս այս 'ի կարգէն սրբոյն տօմինիկոսի | որ 'ի Նախիջեւանու վանս բնակէր 'ի վաղնջուց ժամա|նակաց (sic)։ Ճշմարիտ է ով ընթերցօղ գի սղալանք (sic) գտանին | բառգումք, 'ի մէջ գիրս, բայց ճշմարիտ է եւս որ բազմապէս | օգնութիւն գտցեն եւ առցեն 'ի սմանէ ընթերցօղք | նորա վարժք մանկունք. եթէ ունին զսէր ուսանելոյ | գիտելի է եւս եթէ որ կամիցի զ'կատարելագոյն բառգիրք | Հայկական լեզուաց ունիլ, նմա պարտ է որոնել զ'ստեփաննոս վարդապետին շարադրեալն (sic) որ յորջորջի | գանձարան լեզուին Հայոց շարադրեալ մեծաւ աշխատութեամբ այ(սինքն) երեսուն եւ երրորդ ամս մինչեւ աւարտեալ է | ննջեաց երկու անգամ սրբագրեալ է և 'ի յերր(որ)դ սորա|գրութեան Հանգեաւ ի տէր 1740 'ի ստանիսլաւ քաղաքն լեհաց. « Paulus cognomine Piromal auctor lexici huius presbyter est, ex ordine s. Dominici, qui in monasterio Naḫičevan habitavit temporibus prioribus. Verum est, o lector, multos inveniri errores in libro, sed etiam verum est quod multiplex auxilium invenient et sument ex eo lectores eius studiosi alumni, si cupiditatem scientiae habent. Notum est, qui perfectum vult lexicon armenicae linguae habere, necessarium esse perspicere (opus) a Stephano doctore conpositum, quod vocatur 'thesaurus linguae Armenorum', magno labore conpositum per triginta tres annos usque ad eius absolutionem, bis et ter conrectum. Obdormivit in Domino (iste Stephanus) (anno) 1740 in Stanislavow oppido Polonorum ». Stephanus doctor, de quo agitur, ille est Stephanus Stephanian Roszka, cuius lexicon exstat apud Mechitaristas Vindobonenses, cod. 6 (cf. Iac. Dashian, *Catalog* ... p. 8). F. 2ᵛ: *Pauli Pyromalli* | *ord*(in)*is Pred*(icato)*ru*(m) *Missionarioru*(m) *ad Natione*(m) *Armenoru*(m) *Pręfecti Vocabulariu*(m) *Armeno-la|tinu*(m) | *Originale*. Ff. 1ᵛ. 2ʳ. 115ᵛ-118. 312ᵛ. 394ᵛ. 472-498 vacua.

Integumentum ex membrana et tela nigra scuta exhibet Pii XI et Card. Aidani Gasquet.

54 (olim L. IV. 3). Saec. XII, membran., mm. 310×226, ff. 4, linn. 22.

Ritus consecrationis monachorum fragmenta. ¹(f. 1) inc.: յառաւօտ բարերարութեանէն պարգեւեցաւ քեզ շնորհք « ... ex abundanti benevolentia concessa est tibi gratia », cf. F. C. Conybeare, *Rituale Armenorum* ... Oxoniae, 1905, p. 148, des.; եւ ուսցի զկամն փրկչին մերոյ այ. բոլոր զաւ-[րութե̄է] « et disce voluntatem Salvatoris nostri Dei, qui tota potentia ... » ibid., p. 150; ²(f. 3) lectiones, quae notantur in op. laud. p. 154, mutilae, h. e. I Pet. 2, 9, 10; II Tim. 1, 6-14 titulo pravo praemisso Պետրոսի Առաքելոյն կաթ. « Petri apostoli catholica (epistola) »; Alleluia et Ps. 39, 2; Luc. 10, 17-19 զաւրութիւնս; ³(f. 4) pars monitionis, ibid., p. 155 sq. inc. զաւրութեամբ քաջութեամբ ժրութեամբ պահօք եւ աղաւթիւք ... « fortitudine, virtute, diligentia, ieiuniis et precibus ... »; des.: որ նշանակէ արիանալ եւ պատրաստել ... « (cingulum) ... quod significat fortiter agere et paratum ... ». Textus simillimus est textui codicis bybliothecae Mechitaristarum Venetarum quem littera A notatum F. C. Conybeare anglice reddidit in op. laud.

Fragmenta haec charactere unciali seu *ergathagir* paululum inclinato binis columnis descripta, ex rituali quodam excisa sunt, ubi ff. 1-2 bifolium medium fasciculi erant. Folia quattuor desiderantur inter 2 et 3, duo autem inter 3 et 4. Titulus in margine inf. quattuor foliorum subpositus est սքեմ աւրհնէք « Benedictio vestis monachalis (= σχῆμα) ». In ang. ext. ff. 1. 2 figurae depictae sunt avis nescio cuius et gyrini, ut vid., viridi rubroque pigmentis. Inest descriptio fragmen-

torum italica cuiusdam qui folia praepostere disposuit et signavit, f. 4 ante 3 iniecto; ordinem restituimus post adcuratam textus recognitionem.

Integumentum rubrum ex corio et charta constat, cuius in dorso legitur *Fragmentum. Ritualis. Armeni. Cod. Ms.*

In custodia e charta spissata corioque confecta legitur nota qua codex signatus est in catalogo librorum Stephani Borgia scil. *N° 214* atramento exarata, nec non in dorso *Fragmentum. Ritualis, Armenis* (sic). *Cod. Ms.* auro inpressum.

55 (olim L. IV. 4). Saec. XVII ex., chart., mm. 316×217, ff. I. 28.

Liturgia missae ut in cod. 38.

Codex, cuius paginae in duas columnas divisae sunt, manu Vartani Hunanian exaratus est charactere *notergir*. F. I: *Liturgia Armena*. F. 47 notula possessoris: *D. Giorgio di Pietro Chrmisi Cuiumgijan* | *Armeno Ancirano* | Յամի փրկութեան մերոյ. 1781. 'ի նոյեմբերի. 24. | Ձէլլենցա նոպիլ հօմօ' (*Eccellenza nobil uomo*) Մարք' Անտօնիօ | Ճիւսթինիանի' շարժեալ 'ի մեծ սիրոյն իւր | մէ' զոր 'ի վե ունելով յատկ(ա)պ(է)ս սիրէր զհէքս | պարգեւեաց ինձ զայս խ(որ)հ(ր)դ(ա)տետր առ 'ի նշ | շան յիշատակութեան պատուական սիրոյն « Anno salutis nostrae 1781, (die) 24 novembris, excellens nobilis homo Marcus Antonius Giustiniani (natus an. 1740, cf. Litta, *Famiglie celebre di Italia, Giustiniani di Venezia,* tab. VIII [an. 1840]) conmotus magno amore suo, quo peculiariter diligit miseros, mihi donavit hoc missale in memoriam insignis amoris ». Ff. Iᵛ. 1-5. 28ᵛ vacua.

Codex coopertus simplici membrana. In pagina externa operculi anterioris: *Giorgio di Pietro Chrmisi Guiumgijan;* in pagina vero interna, eadem leguntur adpositis verbis *Armeno Ancirano* et litteris գ. պ. ղ. մ figurae quadratae inclusis. In dorso tegumenti: *Liturgia Armena.*

56 (olim L. IV. 6). An. 1671 (cf. f. 1), chart., mm. 327×225, ff. I. 108.

Kalendarium seu Տօնացոյց cum interpretatione latina **Vartani Hunanian,** cuius prima perscriptio habetur in cod. 40, I.

Textus armenus a Vartano scriptus est, minime vero latinus. Codicem inspexit Sebastianus Knab o. Pr. monachus Liburnensis, cuius conrectiones in cod. Borg. lat. 144, f. 271 habentur et fere omnes in praesenti codice lineas inter additae sunt.

Paginae duplici linea atramento ducta divisae sunt in duas columnas, quarum dextra vacua. Ff. 107ᵛ. 108 pura sunt.

In dorso tegumenti membranacei legitur: *Kalenda|rium* | *Armeni|orum* et antiqua nota *29.*

57 (olim L. IV. 9). Saec. XVII-XVIII, chart. mm. 322×220, ff. 110.

Missale ad usum Armenorum catholicorum in Polonia degentium. ¹(f. 1) Preces seu ժամամուտք in principio missae a presbytero dicendae, quarum partem invenies apud Ioseph Catergian, *Sacrae Armenae ecclesiae liturgia,* pp. 638-649. Habentur precationes pro defunctis (ut in nota p. 638, cod. j), dierum ieiunii, martyrum, ascetarum, dominicarum, s. Stephani (quae precatio in op. laud. postponitur), nativitatis Dñi tres, Iohannis Baptistae, Ὑπαπαντῆς, LXX martyrum, Lazari altera, dominicae Palmarum, Paschae, temporis paschalis, Adscensionis duae, Pentecostes una, Crucis, Rhipsimitarum, Gaianitarum, virginum, prophetarum, apostolorum, patriarcharum, ecclesiae, Transfigurationis, filiorum toni-

trus Iacobi et Iohannis, angelorum duae, s. Gregorii (inluminatoris), regum, militum, Mariae Magdalenae inc.: Շնորհեա մեղաթողական Հայր ... « Concede, Pater, qui peccata dimittis ... », s. Spiritus adventus duae (= Pentecostes feriarum secundae et tertiae, p. 645), Trinitatis inc.: Օրհնեալ ես սբ երրորդութիւն ... « Benedicta es, sancta Trinitas ... », Corporis Dñi inc.: Ով սրբազան խրախճանութիւն ... « O sacrum convivium ... ». [2] (f. 3ᵛ) Preces quas dicit sacerdos, quando sacras vestes induit. [3] (f. 4) Proprium missarum ad usum ecclesiae Romanae plus minusve accommodatum, conplectens scilicet introitum, epistulam, alleluia, evangelium: dominica in ieiunio nativitatis Dñi, vigilia Nativitatis, (f. 4ᵛ) in nativitate Dñi missae tres, (f. 5ᵛ) in festo s. Stephani, (f. 6) s. Iohannis, (f. 6ᵛ) ss. Innocentium, s. Thomae episc., (f. 7) David prophetae, (f. 7ᵛ) s. Silvestri papae, in festo circumcisionis Dñi, (f. 8) dominica infra octavam Nativitatis, (f. 8ᵛ) dominica infra octavam Epiphaniae, vigilia Epiphaniae, (f. 9) Epiphania et baptismum Dñi, (f. 9ᵛ) in festo sanctorum populorum, (f. 10) Ὑπαπαντή, adnunciatio B. M. V., (f. 10ᵛ) dominica in capite ieiunii, (f. 11) feria II ieiunii, (f. 11ᵛ) feria III, feria IV, (f. 12) dominica II ieiunii, Աղու հացից « salis et panis » inscripta, (f. 12ᵛ) dominica III, (f. 13) dominica IV, (f. 13ᵛ) dominica V, (f. 14) dominica VI, (f. 14ᵛ) in resurrectione Lazari, dominica Palmarum, (f. 15) feria II, (f. 15ᵛ) feria III, (f. 16) feria IV, (f. 16ᵛ) feria V, (f. 17) vigilia Paschae, (f. 17ᵛ) in festo VII dolorum B. M. V., (f. 18) in festo s. Marthae, s. Matthiae apostoli, (f. 18ᵛ) s. Barnabae, ss. Macchabaeorum, (f. 19) s. Laurentii martyris, (f. 19ᵛ) vigilia festi ss. XII apostolorum, missa, quae titulo omisso inc. Քահանայք քո զգեցցին զարդարութիւն ... « Sacerdotes tui induantur iustitiam ... », (f. 20) in conmemoratione omnium defunctorum, (f. 20ᵛ) dominica I post Transfigurationem, (f. 21) dominica II, (f. 21ᵛ) dominica III, (f. 22) dominica IV, (f. 22ᵛ) dominica I post adsumptionem B. M. V., dominica II, (f. 23) dominica III, (f. 23ᵛ) dominica IV, (f. 24) dominica I post exaltationem s. crucis, dominica II, (f. 24ᵛ) dominica III, (f. 25) dominica V, (f. 25ᵛ) dominica VI, dominica VII, (f. 26) dominica VIII, (f. 26ᵛ) dominica IX, dominica prima adventus, (f. 27) dominica II, (f. 27ᵛ) dominica IV, tertia omissa, (f. 28) dominica V, dominica VI, (f. 28ᵛ) dominica VII; [4] (f. 29) orationes ad diversa ex missali romano depromptae: in tempore terraemotus n. 15, missa pro eligendo summo Pontifice, sede vacante; (f. 30) pro papa n. 4, pro omni gradu Ecclesiae n. 3, missa in anniversario electionis seu consecrationis episcopi, (f. 31ᵛ) iterum pro omni gradu Ecclesiae, ut supra, contra persecutores et male agentes n. 11, pro paenitentibus publicis n. 23, pro petitione lacrimarum n. 21, pro remissione peccatorum n. 22, pro tentatis et tribulatis n. 24, ad repellendas malas cogitationes n. 25, ad postulandam castitatem n. 26, ad postulandam humilitatem n. 27, (f. 32) ad postulandam patientiam n. 28, ad postulandam caritatem n. 29, pro devotis amicis n. 30, pro inimicis n. 31, pro carceratis et captivis n. 32, pro salute vivorum n. 34, pro vivis et defunctis

n. 35 cum postcommunione, praemisso titulo Միւս այլ աղօթք « altera oratio », (f. 32ᵛ) ad poscenda suffragia sanctorum n. 1 et 2, pro imperatore romano n. 5, pro rege n. 6, pro praelatis et congregationibus sibi commissis n. 7, pro congregatione et familia n. 8, (f. 33) pro concordia in congregatione servanda n. 9, pro quacumque necessitate n. 12, pro quacumque tribulatione n. 13, tempore famis n. 14, ad petendam pluviam n. 16, ad postulandam serenitatem n. 17, ad repellendas tempestates n. 18, pro peste animalium n. 19, pro seipso sacerdote n. 20, (f. 33ᵛ) pro navigantibus; [5] orationes diversae pro defunctis; [6] (f. 34ᵛ) oratio s. Ambrosii et aliae ante missam dicendae; [7] (f. 37) de defectibus in celebratione missarum obcurrentibus ut in prohoemio missalis romani; [8] (f. 42) ritus in celebratione missae servandus inc.: Յետ խոստովանութեն խորհրդականի, և նախապատրաստութեն պատկանաւորի ... Post confessionem sacramentalem et decentem praeparationem ... »; [9] (f. 44) index festorum; [10] (f. 45) epistulae et evangelia in missis pro defunctis h. e. in die depositionis, in anniversario et in conmemoratione omnium fidelium defunctorum; [11] (f. 46) ordo missae typis inpressus sub titulo: Խորհրդատետր պատարագի հայոց *Lyturgia Armena*, Romae typis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, 1677; [12] (f. 58) proprium missarum, ut supra, f. 4: dominica resurrectionis Dñi, feria II, (f. 58ᵛ) feria III, (f. 59) feria IV, (f. 59ᵛ) feria V, (f. 60) feria VI, (f. 60ᵛ) sabbato, dominica nova, (f. 61) dominica IV (*sic*), (f. 61ᵛ) in adscensione Christi, (f. 62) dominica mirifica, dominica Pentecostes, (f. 62ᵛ) feria II, (f. 63) feria III, feria IV, (f. 63ᵛ) feria V, feria VI, (f. 64) sabbato, dominica III, (h. e. in festo s. Trinitatis), (f. 64ᵛ) vigilia Spiritus sancti, in festo Corporis et Sanguinis, (f. 65) dominica post festum Corporis et Sanguinis, (f. 65ᵛ) dominica II, (f. 66) dominica III, dominica IV, (f. 66ᵛ) dominica V, (f. 67) dominica VI, dominica VII, (f. 67ᵛ) dominica VIII, sabbato in festo arcae Dei, (f. 68) Transfiguratio, (f. 68ᵛ) feria II, feria III, (f. 69) sabbato Dei genetricis, (f. 69ᵛ) vigilia in die 14 augusti, adsumptio Dei genetricis die 15 augusti, (f. 70) in festo nativitatis Dei genetricis ex Ioachim et Anna, (f. 70ᵛ) praesentatio Dei genetricis trimae in templum, visitatio Elisabeth, (f. 71) sabbato Crucis, (f. 71ᵛ) exaltatio Crucis, inventio Crucis, (f. 72) in festo s. Ioseph sponsi Dei genetrecis, in festo Ioachim et Annae, (f. 72ᵛ) vigilia Iohannis, (f. 73) in festo nativitatis Iohannis 〈Baptistae〉, (f. 73ᵛ) in festo decollationis Iohannis, (f. 74) vigilia Petri et Pauli, (f. 74ᵛ) in festo ss. Apostolorum Petri et Pauli, (f. 75) Andreae apostoli, Iacobi apostoli, (f. 75ᵛ) Philippi apostoli, Bartholomei apostoli, (f. 76) in festis ss. episcoporum et martyrum, qui fuerunt apostolorum discipuli, (f. 76ᵛ) in festis episcoporum et confessorum, qui fuerunt apostolorum discipuli, in festis confessorum, qui fuerunt Ecclesiae praedicatores, (f. 77) in festis patriarcharum, (f. 77ᵛ) in festis sacerdotum, qui fuerunt fundatores ordinum, (f. 78) in festis sacerdotum qui fuerunt martyres, in festo s. Francisci, (f. 78ᵛ) in festo s. Mariae Magdalenae, (f. 79) in festis ss. virginum quae fuerunt martyres, in festis ss. virginum quae non fuerunt martyres,

(f. 79^v) in festis ss. viduarum, (f. 80) in festis pauperum voluntariorum, in festis ss. regum, (f. 80^v) in festis ss. militum martyrum, (f. 81) in festis ss. martyrum, in festis plurium martyrum, (f. 81^v) in festis ss. abbatum, in festis ss. ascetarum, (f. 82) in festo ⟨dedicationis⟩ ecclesiae, (f. 82^v) in festo archangelorum Gabrihelis et Michahelis, in festo angelorum custodum, (f. 83) in festo s. Iohannis evangelistae, in festo s. Matthei evangelistae, (f. 83^v) in festo ss. evangelistarum Marci et Lucae, (f. 84) in festo Pauli apostoli, (f. 84^v) in festo Thomae apostoli, (f. 85) in festo ss. apostolorum Simonis et Thaddei, qui est Iuda Iacobi, in festo LXX discipulorum, (f. 85^v) in festo sanctorum omnium, (f. 86) in festo XL puerorum, (f. 86^v) in festo ingressus s. Gregorii in puteum, (f. 87) in festo egressus e puteo, inventio reliquiarum s. Gregorii, (f. 87^v) commune feriae sextae, missa pro pace, (f. 88) missa tempore pestilentiae, (f. 88^v) missa pro infirmis, (f. 89) missa pro iter agentibus, (f. 89^v) missa pro remissione peccatorum, (f. 90) missa tempore belli, pro quacumque necessitate, (f. 90^v) feria II post dominicam novam, (f. 91) feria III, (f. 91^v) feria IV, (f. 92) feria V, (f. 92^v) feria VI, (f. 93) sabbato, (f. 93^v) feria II post ⟨festum dedicationis⟩ omnium ecclesiarum, (f. 94) feria III, (f. 94^v) feria IV, (f. 95) feria V, (f. 95^v) feria VI, (f. 96) sabbato, (f. 96^v) feria II ⟨post dominicam⟩ IV, (f. 97) feria III, (f. 97^v) feria IV, (f. 98) feria V, (f. 98^v) feria VI, (f. 99) sabbato, (f. 99^v) feria II post dominicam V, (f. 100) feria III, (f. 100^v) feria IV, (f. 101) feria V, feria VI, (f. 101^v) sabbato, (f. 102^v) feria II ⟨post dominicam⟩ VI, (f. 103) feria III, (f. 103^v) feria IV, (f. 104) feria VI, (f. 104^v) sabbato, (f. 105) feria II ⟨post dominicam⟩ VII, feria III, (f. 105^v) feria IV, (f. 106) feria V, (f. 107) feria VI, (f. 107^v) sabbato, (f. 108) index missarum inde a die Paschae; [13] (f. 109) preces ad Spiritum sanctum. [14] (f. 109^v) oratio ante missam dicenda: « Ego volo celebrare missam ... ». [15] (f. 110) orationes post missam dicendae: Երկիրպագանեմ քեզ և գոհանամ զքէն բարերարութ յս քս ... « Adoro te et laudo te, misericors Iesu Christe ... » et Ո զարմանալի և հիանալի կուրութի սրտի իմոյ ... « O mirabilis et stupenda caecitas cordis mei ... ».

Codicem binis columnis non una manu exaratum littera *notergir* fasciculi viginti novem efficiunt in angulo sup. ext. notati numeris, ut vocant, arabicis et folium unum numero 30 notatum. Tituli rubri. F. I antiqua nota cod. *28 Arm.* et *Missale* (*Romanum* cancell.) *Armenum*. Ff. 44^v. 57 vacua.

Integumentum ex corio castaneo ornamenta et effigiem B. M. V. praebet in utroque operculo auro inpressa.

58 (olim L. IV. 10). An. 1723 (cf. f. 2), chart., mm. 338 × 210, ff. I. 243, linn. 32.

Missale ad Romanum reformatum, quod sacrae Congregationi de Propaganda fide adprobandum obtulit Iohannes Tobias Augustinowicz archiepiscopus Leopolitanus Armenorum (cf. *Encyklopedyja Powszechna*, t. II, p. 450 sq.). Titulus praemittitur (f. 1): Պատարագամատոյց կամ խորհրդատետր ըստ ծիսի և

արարողութե եկեղեցւոյս Հայոց. Յորում ընթերցուածք և Աւետարանք Տէրունականաց Տօնից և Սրց մանաւանդականաց յատկապէս գրին: Յամի տն (sic) ռ.ճհբ, Հռոմէականն 1723. « Missale seu mysteriorum liber iuxta ritum et caeremonias ecclesiae Armenorum, in quo lectiones et evangelia dominicalium festorum et sanctorum praecipuorum speciatim descripta sunt. Anno Domini (pro ' Armenorum ') 1172, (more) Romano 1723 ». [1] (f. 6) Proprium de tempore, a dominica I Adventus usque ad dominicam XXIV post Pentecosten; [2] (f. 78) in festis B. M. V.; [3] (f. 84) ordo missae cum precibus praeparationis ad missam et gratiarum actionis post missam secundum ritum romanum; [4] (f. 104) proprium de sanctis; [5] (f. 175) commune sanctorum; [6] (f. 179^v) missae pro defunctis; [7] (f. 182^v) missae octo pro diebus ieiunii secundum octo tonos officii; [8] (f. 191) index festorum.

Codex, littera *bolorgir* binis columnis exaratus, monita liturgica praebet minio scripta nec non maiores litteras et titulos caeruleo vel rubro colore distincta. Cum paginae prima manu notis numericis, ut aiunt, arabicis signentur, nulla fasciculis adpicta est nota. F. 6^v adglutinata est imago B. M. V. Czenstochoviensis typis inpressa coloribusque et auro rudi arte aucta. F. 2^v: *J*(esus) *M*(aria) *J*(oseph) | *Cum hoc sit piissimum intentum S*(acr)*ae Congr*(e)*g*(atio)*nis de Propaganda Fide* | *in indefessa promotione majoris Gloriae Dei per totum Christi|anum orbem nunquam satis laudatae, ut Eadem (cognitis deordinationib*(us), *quae in missalia Armena arbitrio amanuensium eadem conscribentium indebite irrepserunt) huic* | *malo imponere finem, ac exinde consequentem in unoquoque* | *sacra peragente diversitatem totaliter eradicare volens, novum Armenum missale propter observandam in posterum* | *ad amussim ab omnibus tam quo ad Cerimonias uniformi|tatem, quam, quo ad Lectiones Epistolarum, et Evangeliorum* | *consonantiam, typis demandare ex innata Benignitate su|a promiserit, Ideo, Ego cum clero meo infrascr*(ipt)*o, non aliud,* | *quam pra*(e)*sens exemplar missalis, utpote magis accommo|datum officio Ecclesiae Armenae judico praesentandum Eidem* | *S*(acr)*ae Congregationi de Propag. Fide, humillime supplicans, qua|tenus, idem missale Authoritate sua approbatum ex ar|denti zelo uniformitatis in sacris practicari debitae praelo deman|dare dignetur. Quam gratiam Deus &. In quorum &. Pra*(e)*sentes* | *manu meâ propriâ subscripsi, et sigillo communiri feci. Leopoli A*(nn)*o* | *D*(omi)*ni 1725. D*(ie) *30 Augusti.* | *Ioannes T*(obias) *Augustinowiz Archiepiscopus Leop*(oliensis) *Armen*(orum) — Ad sinistram sigilli archiepiscopi: *Vartanus Melkonewicz* | *Decanus Ecclesię Leo|poli*(ensis) *Armen*(orum) *Archicathe*(dralis) | *Deodatus Gregorius Nikorowicz* | *Praepositus Eccl*(esi)*ae Archi|cathedralis Leopol*(iensis) *Armen*(orum) *m*(anu) *p*(ro)*p*(ria) | *Andreas Pirumowicz* | *Procurator g*(enera)*lis E*(cc)*l*(esi)*ae L*(eopoliensis) *m*(anu) *p*(ropria) | *Gregorius Stetkiewicz* (*Concionator* cancell.) | *Eccl*(esi)*ae Archicathed*(ralis) *Leop*(oliensis) *Armen*(orum) *Vicarius p*(ro)*p*(ria manu) | (*Ecclae* cancell.) | *Thomas Pantaleon Ryckie|wicz Concionator Ordinarius* | *Eccl*(esi)*ae suprafatae m*(anu) *p*(ro)*p*(ria) | *Andreas Hadriewicz Presbyter Ec|clesiae Armenae*. Ad dexteram vero sigilli: *Stephanus Olli Officialis* | G(enera)*lis Archi*(episcopa)*l*(is) *Eccl*(esi)*ę Arm*(enae) | *Pręp*(ositus) *S. Crucis m*(anu) *p*(ropria). | *Stephanus Farucho|wicz Cantor Eccl*(esi)*ae Arm*(enae) | *m*(anu) *p*(ropria) | *Ignatius Lazurowicz* | *Custos Ecclesiae Archicathe|dralis Armenae Leopoliensis* | *Gabriel Stefanowicz Prothon*(otarius) *Ap*(osto)*licus* | *Vicarius Eccl*(esi)*ae Archicath*(e)*d*(ralis) *Leop*(oliensis) *Arm*(enae) | *Iacobus Constantinus Deragopo|wicz ussun* (?) *Presbyter supra|fatae Eccl*(esi)*ę* | *Christophorus Faruchowicz* | *Presbyter Armenus* | *Gabriel Wartanowicz* | *Presbyter Armenus*. F. 3 postulatio Stephani Stefanowicz ⟨Roszka⟩, de quo vide sis ad cod. Borg. Arm. 15: *Cum ex Commissione Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Joannis* | *Tobię Augustinowicz*

Archiepiscopi et Pastoris nostri, Missale | Armenum, quod in hoc uolumine continetur, attente lustrauerim | illudque nulla prorsùs labe circa intemerata orthodoxę fidei | dogmata laborare; immò omnia, quę ad Sacrificium Missę ritè | celebrandum requiruntur, in se bono ordine per totius anni | cursum disposita, continere inuenerim; Verbo sacerdotali ar|bitror, quod si huiusmodi Missale à Sacra Congregatione de Pro|paganda Fide pro sacerdotibus catholicis uniuersę nationis nostrę Armenę | ad seruandam in celebratione Missarum uniformitatem, statuatur, et | typis mandetur, perutile erit, ac multa scandala, et absurda euitabuntur: Quare ut ad publicam lucem prodeat, gratiam à pręfata | Sacra Congregatione supplex oro. In cuius rei fidem pręsentes manu | propria scripsi, et subscripsi, sigilloque meo muniui: Stanislauouię hac die | 24 mensis Augusti Anno Domini 1725 | Stephanus Stefanowicz Officialis, et Prępositus | Stanislauouiensis Armenorum, Alumnus. m(anu) *p*(ro)*p*(ria). F. 190 subscriptio codicis, cuius maior pars charta cooperitur: ի փառս ամենայն սուրբ Եր|րորդութե(ան), Սրբ(ու)հ(ո)յ Ածածնի | նաև ամենայն ս(ր)բ(ո)ց։ | Ես մեղաւոր Քրիստափոր Փառուհեանց | գրեցի զայս գիրք այսինքն զխորհր-դա|տետր պատարագի; յամի տեա|րըն 1723. Եւ յամսեան 28 | յուլիսի 'ի Հայրապետու|թե(ան) Իննոցենդիոսի | Երրորդտասան|երր(որ)դի։ փափին։ | Արդ | Աղաչեմ զամ(ենայն)սն որ որ ունիցի զայս գիրք զի մի մե|ղադրեսցէ և մի պարսաւեսցէ 'ի վ(ե)ր(այ) սխալաց որք ե|թէ գտցին բ(ա)զ(մ)ի ապերս ձեռամբ գր(ե)-ց(ա)ւ այլ յիշեսցէ | զհոգի իմ և ծնողաց իմոց։ և յիշողաց յիշեսցէ քս « Ad gloriam sanctissimae Trinitatis, sanctae Dei genetricis et omnium sanctorum. Ego peccator Christophorus Faruchean (= Christophorus Faruchowicz, ut in nota f. 2) scripsi hunc librum, h. e. missale, anno Domini 1723, die 28 mensis iulii, summo pontifice Innocentio pp. tertio decimo. Nunc omnes adprecor, qui librum hunc habebunt, ne vituperent nec mirentur errores, quos invenerint; ignavissima enim manu scriptus est (liber), sed meminerint animae meae et parentum meorum, et memores mei Christus recordabitur ». F. 195: *I*(esu) *M*(aria) *I*(oseph) | *In Nomine Sanctissimae, et Indivi|duae Trinitatis, Patris, et Filij, et | Spiritus Sancti. Amen | Praesenti Publico Instrumento, cunctis pateat | evidenter, et sit notum. Quomodo Anno a Nati|vitate Domini Nostri Iesu Christi, millesimo, | septingentesimo, vigesimo, quinto, Indictione | Romanâ III. Pontificatûs Sanctissimi Domini | nostri Domini Benedicti Divinâ Providentia Pa|pae eius nominis XIII, anno secundo, Die verò | Iovis, trigesimâ mensis Augusti, in mei Notarij* || (f. 195ᵛ) *Publici, Testiumq*(ue) *infrascriptorum praesentia constitutus | personaliter Ill*(ust)*r*(issi)*mus et R*(evere)*nd*(issi)*mus D. D. Ioannes Tobias | Augustinowicz, Dei, et Apostolicae Sedis gratiâ, Ar|chiepiscopus Leopoliensis, et in regno Poloniae, Ma|gnoq*(ue) *Ducatu Lithuaniae Armenorum, Episcopus | Moldaviae ejusdem nationis, ac Sanctissimi ejus|dem Domini nostri, Domini Benedicti Divina | Providentia Papae feliciter moderni Praelatus Do|mesticus, et Assistens, ac Perill*(ust)*res, Illustres, et | Adm*(odum) *R*(evere)*ndi in capite Missalis praeexpressi, in idem | retroscriptum Missale cum suo Indice Alphabetico, | ut ex particulari gratia S*(acr)*ae Congregationis de | Propaganda Fide, sub typographica sepia luci pu|blicae exhibeatur consenserunt, eundemq*(ue) *consen|sum suum manibus proprijs, mihi bene notis | et intelligibilibus subscripserunt, et respective Ill*(ust)*r*(issi)*mus | D. Archiepiscopus sigillo suo communiri demanda|vit, prout ea omnia in capite praesentis Missa|lis luculenter exarata cernuntur. Acta sunt | haec Leopoli Anno, Indictione, Pontificatu, Die, Men|se quib*(us) *supra. Praesentibus R*(evere)*ndis Thoma Ry*[c]*|kiewicz Concionatore Ecclesia*(e) *Archicath*(edra)*lis Armen*(orum) | *Leopoliensis ordinario, et Andrea Hadriewicz Pres|bytero ejusdem, Testibus circa praemissa habitis | Et quia ego Christophorus Ioseph Bernatowicz | Alumnus Pontificius, Sacrae Theologiae Licentiatus | Ecclesiarum S*(anct)*ae Annae et S. Iacobi Ep*(isco)*pi Nisiben|sis in monasteris Arm*(eno) *Leopolien*(si) *Praepositus, | Publicus S*(anct)*a Auth*(orita)*te Ap*(osto)*l*(i)*ca Notarius, praemissis | omnibus una cum supranominatis Testibus prae|sens, et personaliter interfui, ita, et non aliter, ut sunt, | fieri vidi. ideo praesens desuper manu mea propria | scriptum, et subscriptum, ac sigillo notariatûs mei Pu|blici, quo in similibus utor communi-*

tum extradidi, Instru|mentum rogatus, et specialiter requisitus. | Idem qui supra m(anu) *m*(ea) *p*(ro)*p*(ri)*a*. F. I. 1ᵛ. 2ʳ. 3ᵛ. 5ʳ. 77ᵛ. 190ᵛ. 196-243 vacua.

Integumentum constat tabellis ligneis corio rubro contectis, quarum in paginis exterioribus auro inpressae sunt imagines Iesu crucifixi, adstantibus B. M. V. et apostolo Iohanne, atque B. M. V. cum puero Iesu. Fibularum vestigia tantum conspiciuntur. Foliorum acies deaurata.

59 (olim L. VII. 1, dein 90). Saec. XVIII ante an. 1740, chart., mm. 402 × 280, ff. 160.

⟨**Aphraatis Persae**⟩ demonstrationum versio armena cum interpretatione latina auctore **Ḫačatour Arakhel**. Textum armenum, qui, ut mos est, nomen refert s. Iacobi Nisibeni, ex hoc codice edidit Nicolaus Antonelli in libro inscripto: Սրբոյ Հօրն մերոյ Յակոբայ Մծբնայ եպիսկոպոսի ճառք *Sancti Patris nostri Iacobi episcopi Nisibeni sermones* ..., Romae, 1756. Hoc enim demonstrant signa, quae haud raro armenis columnis conspiciuntur adposita, sive haematite lapide ab editore, quotiens sectionum initia voluit determinare, sive plumbo ab opifice, paginis absolutis. Versio, ut vere loquamur, editae non omnino respondet: sed emendamenta, tum inter lineas tum in marginibus exarata, ostendunt Nicolaum Antonelli translationem auctore Ḫačatour Arakhel ut fundamentum propriae habuisse, etsi vix eum nominat in pag. 79 op. cit., nihilque in praefatione de ingenti eius labore significat. De versione armena demonstrationum Aphraatis deque eius relatione ad exemplar syriacum, cf. quae egregie disseruit Iohannes Parisot apud R. Graffin, *Patrologia syriaca,* pars I, t. I, Lutetiae Parisiorum, 1894, pp. XXXI-XXXIX. Insunt [1] (f. 2) epistula s. Gregorii Inluminatoris ad s. Iacobum Nisibenum, [2] (f. 2ᵛ) sermo I, [3] (f. 10ᵛ) sermo II, [4] (f. 21) sermo III, [5] (f. 30) sermo IV, [6] (f. 37) sermo V, [7] (f. 48) sermo VI, [8] (f. 59ᵛ) sermo VII, [9] (f. 68ᵛ) sermo VIII, [10] (f. 76) sermo IX, [11] (f. 83) sermo X, [12] (f. 87ᵛ) sermo XI, [13] (f. 95) sermo XII, [14] (f. 100ᵛ) sermo XIII, [15] (f. 106ᵛ) sermo XIV, [16] (f. 112ᵛ) sermo XV, [17] (f. 116ᵛ) sermo XVI, [18] (f. 121ᵛ) sermo XVII, [19] (f. 126) sermo XVIII, [20] (f. 132) sermo, qui extra responsivos tractatus ad s. Gregorium Inluminatorem sine numero additur et demonstrationi XIV ed. syriacae respondet, de adversitate et schismatibus, [21] (f. 159ᵛ) index sermonum.

Codex currenti calamo binis columnis exaratus, constat viginti quaternionibus signatis in mg. inf. primae et ultimae paginae litteris latinis. F. 1ᵛ manu librarii: *Sermones de uariis rebus sancti jacobi | Nisibensis Episcopi, ex Lingua Armena | traducti in linguam latinam, a Caciaturo | Arachiel sacerdote, et doctore Armeno, | Missionnario Apostolico pro Armenis ue|neliis degentibus.* Sequuntur, manu saec. XVIII vel XIX in., tituli testimoniorum de s. Iacobo Nisibeno, quos, utpote parvi momenti, non iuvat referre.

Integumentum recens ex membrana et tela viridi exhibet in dorso inscriptionem *Borg. Arm.* | *59* nec non tesseras gentilicias Pii XI et Aidani Gasquet card. bybliothecarii.

60 (olim L. IV. 12). An. 1634 (Armen. 1083, cf. f. 131), chart., mm. 210 × 152, ff. XV, 252.

1 C o n l e c t i o c a n o n u m, ut in cod. Mekhitaristarum Vindobonensium 256, cuius sat amplam descriptionem invenire habes apud Iacobum Dashian, *Catalog...* p. 133-136 et 649-657; cf. etiam cod. Berol. Ms. or. Petermann I, 34, apud N.

Karamianz, *Verzeichniss*... p. 41-43 et cod. Parisinum, Ancien fonds arménien 84, apud P. Macler, *Catalogue*... p. 95 sq. [1] (f. 1) Index canonum, [2] (f. 1v) index rerum in 286 articulos divisus, [3] (f. 6v) canones apostolici XXXIV, [4] (f. 15) canones alteri apostolorum per Clementem LXXXV, [5] (f. 20) canones Thaddei, [6] (f. 22v) canones Philippi apostoli, [7] (f. 23) canones patrum qui apostolos secuti sunt, [8] (f. 25) canones Ancyrani XX, [9] (f. 27v) canones Nicaeni X, [10] (f. 30) regis Constantini edictum ad episcopos et populum, [11] (f. 30v) canones concilii Nicaeni alterius CXVIII episcoporum 226-336, [12] (f. 33v) canones Gregorii Armenorum apostoli 337-366, [13] (f. 33v) canones Athanasii LXXXVIII, scilicet 369 (*sic*, num. 367 sq. omissis) - 459 (num. 454 sq. etiam om.), [14] (f. 40v) canones Macarii patriarchae Hierosolymitani VI sine titulo (num. 458 sq. bis repet. - 463), [15] (f. 42) concilii Constantinopolitani canones III, i. e. num. 464. 466. 467, [16] (f. 42v) praescriptiones canonicae XXII Gregorii Theologi episcopi Nazianzeni, num. 468-495, [17] (f. 45) epistulae canonicae s. Basilii ad Acacium (cod. Vindob.: Aklius) capitula L sc. num. 496-546, [18] (f. 49v) eiusdem Basilii epistula canonica ad Theodorum presbyterum Antiochenum (cod. Vindob.: ad Diodorum Ant.), num. 547, [19] (f. 50) s. Basilii epistulae canonicae de variis peccatis capitula CCLXII, num. 549-820, [20] (f. 62v) canones s. Ephrem ex homiliis de virginitate, num. 821-828, [21] (f. 63) canones XXXIII Nersetis catholici et Neršabouh episcopi Mamigoniensium, num. 829-864, [22] (f. 66) canones Caesareenses X, quos ediderunt episcopi XL, num. 865-874, [23] (f. 67v) canones Neocaesareenses XX, num. 875-894, [25] (f. 69) canones Gangrenses XXIV, num. 895-920, [26] (f. 71) canones Antiocheni XXIV, num. 921-945, [27] (f. 74v) symbolum concilii Antiocheni, [28] (f. 76) canones Laodiceni LV, num. 945 (*sic*)-999, [29] (f. 79) canones Sardicenses XXI, num. 1000-[1020], [30] (f. 83) epistula canonica s. Epiphanii, num. 1021-1024, [31] canon Elisei num. 1026, [32] (f. 83v) canones VI concilii Ephesini, num. 1027-1032, [33] (f. 84) canones Cyrilli Alexandrini V, num. 1033-1037, [34] (f. 85) canones Isaaci catholici LIII, de chorepiscopis num. 1038-1072, de clero num. 1073-1081, de episcopis num. 1082-1086, de bonis Ecclesiae num. 1087-1092, de ministris sanctae ecclesiae et de oblatione fructuum in domo Dei num. 1093, [35] (f. 95v) canones XX concilii XL episcoporum Armenorum, quod habuerunt anno septimo post mortem Isaaci, num. 1094-1113, [36] (f. 102v) epistula Sevant episcopi, num. 1114-1126, [37] (f. 103v) canones concilii Antiocheni alterius, num. 1127-1134, [38] (f. 105) canones IX Iohannis Mandakuni catholici Armenorum, num. 1135-1142, [39] (f. 106) eiusdem Iohannis sermo alter, num. [1143], [40] (f. 106v) Abraham episcopi Mamikoniensium ad Vadšagan Albanorum archiepiscopi, num. 1144-1147, [41] (f. 107v) canones XV Isaac alterius catholici Armenorum, quibus respondit ad Iohannem Stylitam seu Siunetsi, num. 1148-1162, [42] (f. 108v) canones XXXII Iohannis philosophi ⟨Ōtznetsi⟩ catholici Armenorum, num. 1163-1194, [43] (f. 112) canones XXII Sion catholici Armenorum, num. 1195-1217, [44] (f. 114v) statuta canonica Vadšagan

archiepiscopi Albanorum num. 1218-1239, [45] (f. 116) canones XII concilii habiti sub Nersete Šinoł catholico Armenorum, num. 1240-1250 (1246 bis script.), [46] (f. 118v) ⟨Elisei⟩ canones III de daemoniacis, de apostatis, de catechumenis, num. 1251, [47] (f. 120v) s. Iohannis Chrysostomi de mortuis, num. 1252, [48] (f. 121) Agathangeli de Cain, num. 1253, [49] (f. 121v) beati Mesrop magni de sortilegis, num. 1254, [50] canones XLII Nersetis catholici Armenorum num. 1255-1296, [51] (f. 122v) canones VIII Iohannis Mandakuni catholici Armenorum, num. 1297-⟨1305⟩, [52] (f. 123) eiusdem Iohannis Mandakuni de paenitentia, [53] (f. 123) confessio sacerdotis, [54] (f. 124v) s. Epiphanii Cypri episcopi canones III, [55] (f. 126v) ex canonibus Patrum fragmentum anonymon, [56] fragmentum s. Clementis Romani, ut apud Paulinum Martin in I. B. Pitra, *Analecta sacra*, t. IV, Parisiis, 1883, p. 2, sed aliquantulo longius, [57] s. Dionysii Areopagitae fragmenta duo, [58] canones IX concilii Theodosiopolitani (Karin seu Erzerūm), [59] (f. 129v) s. Hippolyti de nativitate et baptismo Christi, op. laud., p. 71, [60] Melitonis episcopi ad Euprepium (? cod.: *To*) episcopum fragmentum cf. op. laud., p. 16, [61] Manualis ⟨de Paschate⟩, [62] Socratis ⟨de Paschate⟩ fragmenta duo, [63] (f. 130) Simeonis catholici Armenorum canones V.

2 Codex legum iudicialium ex opere **Mḫiṭar Goš** conpositus, ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 239, f. 13v-78v, et in canones CCXLIX divisus. Inc. (f. 132): *«Նախադրութ̄ի գրոց դատաստանի ընդդիմութ̄ի բամբասողացն եթէ ոչ է դատաստան... «Նախադրութ̄ի գրոց դ(ա)տ(ա)ստ(ա)նի. Գլուխ առաջին. Յորում կա(յ) պ(ատաս)խ(ան)ի այնոցիկ որ բամբասեն զմեզ եթէ կա(յ) դ(ա)տ(ա)ստ(ա)ն 'ի Հայք...* « Praefatio libri iudiciorum. Eversio obtrectatorum quod non sit iudicium... Praefatio libri iudiciorum. Caput primum. In quo responsio datur iis qui nos calumniant, quod iudicium (non) sit apud Armenos ... ». Des. mutilus post titulum can. 249: *Վ̄ս որք յաւարէ վաճառողաց* « de iis qui praedam vendunt ».

Codicem exaraverunt charactere *notergir* librarii duo, quorum unus binis columnis ff. 1-131, alter vero lineis plenis ff. 132-251. Fasciculi 11, qui priorem partem efficiunt, in mg. inf. primae et ultimae paginae signati litteris armenis minoribus, foliis duodecim constant, praeter nonum qui quattuordecim et ultimum qui decem folia conplectitur. Nota anterior primi fasciculi desideratur, folio uno exciso, posterior vero ultimi numquam scripta est. Fasciculis 11 constat etiam pars posterior, item senionibus, praeter ultimum qui folia tria tantum conprehendit. Notae, ut supra, litteris armenis minoribus scriptae sunt, quarum desiderantur anterior primi fasciculi, foliis duobus excisis, et posterior ultimi minime scripta. Tituli et litterae maiores rubra. Aliquot picturae in priore parte videntur ex antiquo exemplari descriptae, quae sunt f. 8v ultima cena Domini cum apostolis, f. 16 s. Clemens Romanus, f. 23v episcopus (?), f. 35 s. Athanasius, f. 62v s. Ephrem, ut vid., in veste sacerdotali, f. 71v episcopus (?). F. I: *Ex libris Stephani Antonii Aucher | Armeni Ancyrani Alumni Sacrę | congregationis de Propaganda Fide.* F. Iv: *Il presente Codice Armeno | contiene i Canoni degli | antichi Concilî antichi, | e dei Padri Greci, ed | Armeni dei primi secoli; | ed inoltre varie Re|gole per decidere le | questioni forensi. | Fu*

copiato in Rodosto | da un certo Haciadur | nell'era Armena 1080. | Volgare 1631. | Dono del Sig(nor)*e D. Stefano | Antonio Aucher di | Ancira Vescovo di | Claudiopoli e Coadiutore | del Vicario degli Armeni di C*(ostantino)*poli 1797*. Ff. II-XV continent codicis descriptionem lingua italica cum translatione indicis ff. 1-6 et indice locupletiore e codice ipso digesto nec non adnotationibus ad utramque partem. F. 131 subscriptio primae partis: փառք անհասին և որդւոյն միա-ծնին և սբ Հ(ո)գ(ւո)յն ճշմարտի երից | անձանցն և մի բնութեան ածու|թեան այժմ և միշտ և յ(ա)ւ(ի)տ(եա)նս յաւիտ(ենից)։ | Ով ընթերձողք այսմ տառիս և | հանդիպողք յայսմ տեղիս։ Առ | ձեզ գոչեմ արտա-ս<ո>ւալի վս միո(յ)|տր ողորմի։ Ով որ յիշէ միոք | սրտի ՝ արժան առնէ Հայր մե|ղայի։ Տրն ողորմած եմ(ա) լիցի | և ի յաւուրն դատաստանի։ | Զի յիշելոցդ յիշեալ լիցի. ամն | քս քաղցր և բարի. հա-ւատա|րան ողորմեացի. ամէն ամէն և եղ(ի)ցի։ | Ես խաչատուրս եմ լէհացի որ | սբ կանոնքս գրեցի. թ(ո)վականիս | Հայոց ազգի. ռ. ձ. ւերեդ շր|ջակայի. զի գաւառիս ռա|ստւցի որ մականուանէ թէ|-քիր տաղ կոչի. ի դուռն սբ ‖ (f. 131ᵛ) յովհաննէս նորընծա՝ աւետար|անչի։ Առաջնորդութբ տր | ուխտիւ տէր գրիգոր քաշ|հեռէտոր (sic) րաբունապետին այլ | և ք(ա)ղ(ո)ւմ ք(ա)հ(անա)յից որ աստ կան հաւ|աքեալ։ Պ(ար)ծ(եա)լ ես խաչատուր|ս եմ մեղօք գերի. բիւր քանքա|րս պարտականի. մեղօք լցեալ | ազգի ազգի. յուժ (sic) անպիտան | և խոտելի. ողորմութբ ածային, աւարտեցաւ սբ կանոն | քս. Աւգոստոսի ամսոյ. ժգ. | Ցէշտրակ որ մնաս գրոց աշա|կերտի. և քարոզող տեառն | մերոյ յսի քսի. և չորհս տացէ | սբ հոգին ամի. այժմ և անպք|թաւ յաւիտեանս ամէն։ | Պ(ար)ծ(եա)լ ի սյս ամիս ապրիլ ժգ | զատիկ եկաւ. ազգն հոռո|մոց ծուռ՝ զատիկ արարին։ | ապրիլ զ առնելով։ Զի յայժ | աղ ի|ողորմ անօրէնաց ապա|րին ազգիս մերոյ հայոց։ | Ով հրէայքն տր|ոջն արա|րին և ով յուդա՝ վս արծաթո | առ տէրն մեր մատնելով։ | Նոյնպ(էս) ազգս՝ մինչ որ. րծ. | բեռ ա.եղի րստակ տալով. ա|նօրէն ազգի հագարացւոց. | Թ(ա)գ(աւո)րին ու վաղիրին. ամիրայ|ին մինաս անուն աւագերեց | մի և սափար անուն քրիստ||նեայ՝ մի նահատ(ա)կեցին քաղ|աքն կոստանդնուպոլիս ՚ի | մէջ դիւանին։ Ցայն-ժամ | լոյս ծագեաց ՚ի վ(ե)ր(այ) ն(ո)ց(ա) որ ամ(ենայն).քն | տեսան յայժ գոհացի և փա|ռս մատուցին այս հրա|մանեցին տարէք ձեր օրինօքն | թաղեցէք զի անմեղ են ս(ո)ք(ա)։ | Խիստ ուրախացան ուղղափառ քրիստոնեայքն. և ամօ|թալից եղան մատնիչ ազգն | հոռոմոց ասելով. թէ ս(ո)ք(ա) ղզլ|պաշեն հայրենիք ղզլպաշ։ | Եղբայրք ինչ երկարեմ պատմութբ խիստ ք(ա)ղ(ո)ւմ ուստղա|կութի լսողաց. ո. խօսից մէ|կն գրեցաք փոքր ի շատէ հա|ւատացեալ քրիստոնէից | փառք այ | Հայր մեր որ յերկինս ես։ «Gloria (Patri) inconprehensibili et Filio unigenito et Sancto Spiritui veridico, tribus personis et unicae substantiae divinitatis, nunc et semper et in saecula saeculorum. O qui lecturi estis praesentes litteras et haec loca visuri, ad vos clamo cum lacrimis pro uno 'kyrie eleison'. Dominus misericors flet et in die iudicii pro illo qui ex corde memoriam (mei) fecerit et digne clamaverit 'Pater peccavi', quia memor erit eorum qui memores fuerint. Dominus Christus mitis ac bonus et omnium miserebitur. Am-n. Amen. Fiat. Ego Ḫačatur sum Leopolitanus qui sanctos canones exaravi anno gentis Armenorum 1083 (A. D. 1633-4) in loco provinciae Rhaedesti (Rodosto) vel Tekir dagh ad portam (ecclesiae) nuper s. Iohanni evangelistae dicatae, praefectis sancti cleri domino Gregorio eximio oratore et magistrorum primo et caeteris presbyteris hic congregatis. Praeterea ego Ḫačatur sum peccatorum captivus, multorum talentorum debitor, plenus peccatorum omnis generis, prorsus inutilis et abiectus. Absolutus est Dei misericordia liber hic canonum die vicensima tertia mensis augusti in memoriam domini Minae Scripturarum [discipuli et praeconis D. N. I. C. cui gratias omnes det Spiritus sanctus nunc et in aeterna saecula. Amen. Mense aprili, die decima tertia Pascha fuit, sed Graecorum gens perperam Pascha celebravit die sexta aprilis. Adversus gentem nostram Armenorum nefandam iniuriam fecerunt, sicut Iudaei adversus Dominum et sicut Iudas qui Dominum nostrum pro triginta argenteis vendidit, nam pro ducentis oneribus pecuniae additis nos tradiderunt inpiae genti Agarenorum, regi et ministro *(vazir)*. Archipresbyter quidam Minas et christianus Saphar martyrium passi sunt Constantinopoli in medio tribunalis *(diwan)*. Et tunc super eos lux effulsit, quam omnes viderunt, eximie laudantes Deum et glorificantes. Et (impii) dixerunt: tollite eos sepeliteque iuxta legem vestram, quia innocentes (erant). Valde igitur gavisi sunt ὀρθόδοξοι christiani, erubuerunt vero traditores, gens graecorum, dicentes: caput rubrum habent qui cum capite rubro *(kizil-baš)* nati sunt.

Fratres mei, narrationem nimis produxi usque ad fastidium lectorum, mille verba unum conputate, christianis enim parum valet multiloquium. Laus Deo. Pater noster, qui es in caelis». Ff. XIIᵛ, XIII, 8ʳ, 252 vacua.

Codex coopertus est in Oriente, ut vid., corio castaneo, figuris geometricis ornato in operculis et in parte qua foliorum acies contegitur. Atramento exarata sunt in dorso antiqua nota *291*, crux et crucula circulo inscripta.

61 (olim L. VII. 21). An. 1268 (Arm. 717, cf. f. 417ᵛ), membr. mm. 300×208, ff. 439 (ff. 1-12 chart. recens addit.).

1 Lectionarium seu ⟨Ճաշոց⟩ i. e. lectiones ex utroque Testamento in ecclesiasticis synaxibus legendae, cum quibusdam homiliis psalmorumque versibus hic illic interiectis. Lectionarii editiones typographicas, inde a Venetiana a. 1686, diserte refert Arsenius Ghazikian, *Nouvelle bibliographie arménienne*... Հայկական նոր մատենագիտութիւն... fasc. III, Venetiis, 1912, p. 1678-1694. Faciem codicis mutavit a. 1319 presbyter quidam Constantinus, qui seriem festorum ad normam ecclesiae Romanae conponere nisus est, foliis novis additis, vel in locum illorum, quae avolserat, subfectis. Quae cum ita sint, ut bene codicis pateat indoles, seriem festorum adcuratius transscribimus, nomina mensium sive Romanorum sive Armenorum speciali modo observantes. [1] (f. 14) in vigilia Nativitatis D. N. I. C. titulo praemisso: ՙՃրագալոյց է քի ծննդեանն և Ճրագալոյց «Vigilia nativitatis Christi est et accensio candelarum», cuius in principio pauca verba erasa sunt; [2] (f. 22) in festo nativitatis D. N. I. C. cum titulo: Տաւն է ծննդեան քի այ մերոյ «festum est nativitatis Christi Dei nostri», erasis verbis, ut vid., Դեկտեմբերի իե «die 25 decembris»; [3] (f. 22ᵛ) die II ⟨infra octavam Nativitatis⟩; [4] (f. 23ᵛ) die III; [5] (f. 26ᵛ) die IV; [6] (f. 27) die V; [7] (f. 28) die VI; [8] (f. 28ᵛ) die VII; [9] (f. 29) die VIII, circumcisio ⟨Domini⟩; [10] (f. 29ᵛ) die 5 ianuarii, in vigilia baptismi D. N. I. C.; [11] (f. 33ᵛ) die 6 ianuarii, in festo baptismi D. N. I. C., subiungitur ritus benedictionis aquae; [12] (f. 40) die II ⟨infra octavam Epiphaniae⟩; [13] (f. 41) die III; [14] (f. 41ᵛ) die IV; [15] (f. 42) die V; [16] (f. 43) die VI; [17] (f. 43ᵛ) die VII; [18] (f. 44ᵛ) die VIII; [19] (f. 45ᵛ) post titulum sectionis: Տաւնք ըստ ամսոց «festa per menses», die 14 ianuarii, s. Polyeucti Պաւղոքտոսի։ [20] (f. 46) die 15 ianuarii, s. Petri patriarchae Alexandrini; [21] (f. 46ᵛ) feria IV; [22] (f. 47) die 16 ianuarii, s. Eugeniae virginis et Philippi patris eius; [23] (feria VI); [24] (f. 47ᵛ) die 18 ianuarii, s. Antonii eremitae; [25] (f. 48) die dominica; [26] (f. 48ᵛ) die 21 ianuarii, ss. Athanasii et Cyrilli, Alexandriae patriarcharum; [27] (f. 49) die 22 ianuarii, Theodosii regis; [28] (f. 50) die 23 ianuarii, ss. Maruthae, Bassi et quattuor militum; [29] (f. 50ᵛ) die 24 ianuarii, ss. quinque Eugenianorum Եւգինեանց ⟨Eugenii, Macarii, Valerii, Candidi, Aquilae⟩ et Paphi պանփոսի ascetae; [30] (f. 51) die 25 ianuarii, s. Gregorii theologi; [31] (f. 51ᵛ) die 26 ianuarii, s. Xenophontis et filiorum eius; [32] die 27 ianuarii, translatio corporis s. Iohannis

Chrysostomi; [33] die 28 ianuarii, s. Ephrem magni Syri; [34] die 29 ianuarii, Nophriti Նոփրիտոսի martyris et inventio s. Ignatii theophori; [35] die 30 ianuarii, s. Pauli episcopi; [36] die 31 ianuarii, s. Sergii militis; [37] (f. 52) dominica post festum s. Sergii; [38] (f. 53) die 25 mensis margats, s. Vahap Gołtanensis; [39] (f. 53v) die 15 mensis hrortits, ss. Ciryci et Iulittae matris eius, [40] (f. 54) feria IV; [41] (f. 54v) die 25 mensis hrortits, ss. presbyterorum Leontinorum; [42] (f. 55v) feria VI; [43] (f. 56) die 30 mensis hrortits, ss. Vardanitarum; [44] (f. 56v) die dominica; [45] (f. 57v) die 1 mensis navasard, s. Iohannis Baptistae; [46] die 1 februarii, s. Tryphonis; [47] (f. 58) die 9 mensis navasard, ss. Atomianorum et Antonini martyris; [48] (f. 58v) die 15 mensis navasard, ss. քաւշեց (?); [49] (f. 59) die 30 mensis navasard, s. Isaac Parthi; [50] (f. 59v) die 2 februarii, *Ὑπαπαντὴ Κυρίου;* [51] (f. 60v) die 15 februarii, s. Onesimi discipuli s. Pauli; [52] die 16, s. Pamphili; [53] die 17, Theodoreti presbyteri; [54] die 19, Nersetis patriarchae; [55] die 22, Cornelii; [56] (f. 61) die 23, ss. Polycarpi et Pionii sacerdotum; [57] die 24, inventio capitis s. Iohannis ⟨Bapt.⟩; [58] initium bacchanalium, sabbato, ss. patriarcharum qui Constantinopoli congregati sunt, [59] (f. 62) dominica bacchanalium; [60] (f. 66) lectiones ad instructionem catechumenorum, praemisso titulo: Ընթերցուածք վարդապետութեան ի գիր անկելոցն. ի սբ քառասներորդն. Եւ հանգերցելոցն կնիք առնուլ « Lectiones doctrinae pro his qui descripti sunt, pro sancta quadragesima et his qui sigillum accepturi sunt », cf. indicem lectionum apud Fredericum C. Conybeare, *Rituale Armenum*... p. 518, notabis tamen duas tantum primas lectiones in hoc codice scriptas fuisse; [61] feria IV primae hebdomadae quadragesimae, praemissa rubrica, ut mos est, ex antiquo stationario Hierosolymitano; [62] (f. 68) feria V; [63] (f. 68v) feria VI; [64] (f. 71) sabbato, festum s. Theodori ducis; [65] (f. 71v) dominica II quadragesimae; [66] (f. 75) feria II; [67] (f. 77) feria III; [68] (f. 80) feria IV; [69] (f. 81v) feria V; [70] (f. 84) feria VI; [71] (f. 86v) sabbato, conmemoratio s. Cyrilli Hierosolymitani; [72] (f. 87) dominica III quadragesimae; [73] (f. 90) feria II; [74] (f. 90v) feria III; [75] (f. 91v) feria IV; [76] (f. 93) feria V; [77] (f. 93v) feria VI; [78] (f. 95v) sabbato, festum s. Iohannis patriarchae Hierosolymitani; [79] (f. 96) dominica IV quadragesimae; [80] (f. 99) feria II; [81] (f. 100) feria III; [82] (f. 100v) feria IV; [83] (f. 101v) feria V; [84] (f. 102v) feria VI; [85] (f. 104v) sabbato, festum ss. XL qui in urbe Sebastia consummati sunt; [86] (f. 105v) dominica V quadragesimae; [87] (f. 109) feria II; [88] (f. 109v) ⟨feria III⟩; [89] (f. 110) feria IV; [90] (f. 111v) feria V; [91] (f. 112) feria VI; [92] (f. 114) sabbato, festum s. Gregorii ⟨Inluminatoris⟩; [93] (f. 115) dominica VI quadragesimae; [94] (f. 119v) feria II; [95] (f. 120v) feria III; [96] (f. 121) feria IV; [97] (f. 122v) feria V; [98] (f. 123) feria VI; [99] (f. 125v) sabbato, conmemoratio resurrectionis Lazari; [100] (f. 126) dominica Palmarum; [101] (f. 128v) feria II magnae hebdomadae, ad matutinum; [102] (f. 130) feria II in ieiunio Paschae; [103] (f. 133v) feria III magna, ad matutinum; [104] (f. 134v) feria III magna, hora decima;

[105] (f. 141) feria IV magna, ad matutinum; [106] (f. 141v) feria IV magna, hora decima; [107] (f. 145) feria V magna, in veteri Paschate, ad matutinum; [108] (f. 145v) feria V magna, hora nona; [109] (f. 149) ad pedum ablutionem; [110] (f. 155) in nocte agoniae; [111] (f. 169v) feria VI, mane; [112] (f. 186) ⟨sabbato maioris hebdomadae⟩ inc. mut. folio uno avolso: եղեցի ձեզ յամիսս տարւոյ = Ex. 12, 2; [113] (f. 197) dominica ⟨Paschatis⟩; [114] (f. 159) feria II; [115] (f. 201) feria III; [116] (f. 203) feria IV; [117] (f. 204v) feria V; [118] (f. 206v) feria VI; [119] (f. 207v) sabbato, conmemoratio s. Iohannis Baptistae; [120] (f. 209) dominica nova; [121] (f. 211) feria II; [122] (f. 213) feria III; [123] (f. 214v) feria IV secundae ⟨hebdomadae⟩; [124] (f. 217) feria V; [125] (f. 219v) feria VI; [126] (f. 222) sabbato; [127] (f. 224) dominica II ⟨post Pascha⟩; [128] (f. 226v) feria II tertiae ⟨hebdomadae⟩; [129] (f. 228v) feria III; [130] (f. 229v) feria IV; [131] (f. 232) feria V; [132] (f. 234) feria VI; [133] (f. 235v) sabbato; [134] (f. 237) dominica IV ⟨temporis paschalis⟩; [135] (f. 240v) feria II; [136] (f. 244) feria III; [137] (f. 248) feria IV; [138] (f. 249v) feria V; [139] (f. 251v) feria VI; [140] (f. 253v) sabbato; [141] (f. 256) dominica V, festum adparitionis s. crucis (cf. f. 256v); [142] (f. 258) feria II; [143] (f. 259v) feria III; [144] (f. 261v) feria IV; [145] (f. 263v) feria V; [146] (f. 265) feria VI; [147] (f. 267) sabbato; [148] (f. 269) dominica VI; [149] (f. 271) feria II; [150] (f. 272v) feria III; [151] (f. 274) feria IV; [152] (f. 276) feria V, festum adscensionis ⟨D. N. I. C.⟩; [153] (f. 279) feria VI; [154] (f. 281) sabbato; [155] (f. 283) dominica septima temporis paschalis (Յինանց) floricultus ⟨alterius⟩; [156] (f. 286v) feria II; [157] (f. 288) feria III; [158] (f. 291) feria IV; [159] (f. 293) feria V; [160] (f. 294v) feria VI; [161] (f. 297) sabbato; [162] (f. 301) in magna die Pentecostes; [163] (f. 302) feria II; [164] (f. 302v) feria III; [165] (f. 303) feria IV; [166] (f. 303v) feria V; [167] (f. 304) feria VI, [168] (f. 305) die VII ⟨infra octavam⟩; [169] (f. 305v) die octava, festum ssmae Trinitatis; [170] (f. 306v) evangelia *τῶν μυροφόρων;* [171] (f. 308v) post rubricam Տաւներ որ մտանեն Յինունքն այս է « festa quae obcurrunt tempore paschali », sabbato primo, festum s. Iohannis Baptistae; [172] (f. 309v) feria IV secundae hebdomadae vel die 6 aprilis, festum adnunciationis Dei genetricis; [173] (f. 310v) dominica III temporis paschalis, festum universalis Ecclesiae; [174] (f. 311) die 7 maii vel dominica IV temporis paschalis, festum adparitionis s. crucis, cum epistula s. Cyrilli Hierosolymitani (f. 311v); [175] (f. 313) post titulum կատարեցաւ կարգ յինանց: Իսկ զկնի ի սկիզբն պահոց Եղիայի « absolvitur ordo temporis paschalis. Postea vero initium ieiunii Eliae », feria II; [176] (f. 313v) feria III; [177] (f. 314) feria IV; [178] (f. 314v) feria V; [179] (f. 315) feria VI ieiunii Eliae; [180] (f. 315v) sabbato ieiunii Eliae; [181] (f. 316v) dominica I post ieiunium Eliae; [182] (f. 317) feria II, festum ss. Rhipsimitarum; [183] (f. 317v) feria III, s. Gaianae; [184] (f. 318) feria IV; [185] (f. 318v) feria V, ss. Iohannis Baptistae et Athenogenis; [186] (f. 319) sabbato, s. Gregorii Inluminatoris; [187] (f. 319v) dominica ecclesiae; [188] (f. 320v) feria II, festum puerorum Betlehemitarum et Acacii Byzantini; [189] (f. 321) feria III, ss. Nunes et Manes;

[190] feria IV; [191] (f. 321^{v}) feria V, conmemoratio ss. Sergii et Bacchi; [192] (f. 322) feria VI, [193] (f. 322^{v}) sabbato, festum nativitatis s. Iohannis Baptistae; [194] (f. 323) dominica III; [195] (f. 324) feria II ieiunii s. Gregorii, cum monito *տաւն երկուլինի. տաւն է յում կամիս* (*Մարիամու Մագդաղ* suprascr.)· *զի յաւրինակս չկայր տաւն* « festum iteratur. Festum est quodcumque velis (Mariae Magdalenes suprascr.), quia in exemplari nullum festum erat »; [196] (f. 324^{v}) feria III, festum Constantini imp.; [197] (f. 325) feria IV; [198] (f. 325^{v}) feria V, festum ss. Theodoti (*Թեոդոտոսնի*), Galatae et Thalelaei; [199] (f. 326) feria VI; [200] sabbato, inventio reliquiarum s. Gregorii inluminatoris; [201] dominica V; [202] (f. 327) feria II, conmemoratio s. Narsetis patriarchae et Chadi episcopi; [203] (f. 327^{v}) feria III, festum Danihelis et trium puerorum; [204] (f. 328) feria IV; [205] (f. 328^{v}) feria V, festum ss. Interpretum Isaac et Mesrobi; [206] (f. 329) feria VI; [207] (f. 329^{v}) depositio Zachariae prophetae, [208] (f. 330) dominica V, aestas, ieiunium salis et panis *աղուհացից*; [209] (f. 331) feria II Tiridati regis, Ašḫen mulieris eius et Ḫosrowiduḫt; [210] feria III, Aristacis (*Արըստակիսի*), Verthanis, Yusik, Gregorii et Danihelis; [211] (f. 331^{v}) feria IV; [212] (f. 332) feria V, Elisei prophetae; [213] (f. 333) feria VI; [214] (f. 333^{v}) sabbato, festum XII apostolorum; [215] (f. 334) dominica VI post Eliae ieiunium; [216] (f. 334^{v}) feria II, ieiunium Transfigurationis; [217] (f. 335) feria III, [218] sabbato, festum arcae Dei, quae est in Atharim *աթարիմ* (= Kiriat-yearim); [219] (f. 336) canon Transfigurationis; [220] (f. 338) feria II post Transfigurationem, Abraham, Ḫoren et medicorum *ἀναργύρων* Cosmae et Damiani; [221] (f. 338^{v}) feria III, Yiztibuzt martyris; [222] (f. 339) feria IV; [223] (f. 339^{v}) feria V, depositio Isaiae martyris; [224] (f. 340^{v}) feria VI; [225] sabbato, festum s. Thaddei apostoli; [226] (f. 341^{v}) dominica prima post Transfigurationem; [227] (f. 342^{v}) feria II, festum s. Šušanik; [228] (f. 343) feria III, ss. Cypriani et Iustinae; [229] (f. 343^{v}) feria IV; [230] (f. 344) feria V, ss. virginum Euphemiae et Christinae, et XLV martyrum; [231] (f. 344^{v}) feria VI; [232] sabbato, conmemoratio ss. patriarcharum Adam, Abel, Noe, Melchisedech, Abraham, Isaac, Iacob, Iob, Ioseph, Mosis, Aaron et aliorum ss. patriarcharum; [233] (f. 346^{v}) dominica III post Transfigurationem; [234] (f. 347^{v}) feria II, festum ss. principum Isaac et Ioseph; [235] feria III, festum XII prophetarum, Osee, Amos, Micheae, Iohel, Abdias, Nahum, Habacuc, Sophoniae, Haggei, Ionae, Zachariae: lectionibus subiunguntur vitae prophetarum, quas edidit Sargis Yowsephian, **Թանգարան հին եւ նոր նախնեաց**, vol. I, **Անկանոն գիրք հին կտակարանաց**, Venetiis, 1896, p. 208-217; [236] (f. 350) feria IV; [237] (f. 350^{v}) feria V, festum ss. Iohannis et Athenogenis; [288] feria VI; [239] (f. 351) sabbato, s. concilii Ephesini; [240] dominica III (sic *գ* pro *դ* = IV) post Transfigurationem; [241] (f. 352) feria II, ss. Macchabeorum; [242] feria III, s. Sophiae et trium eius filiarum; [243] (f. 352^{v}) feria IV; [244] (f. 353) feria V, s. Christophori; [245] (f. 353^{v}) feria VI; [246] (f. 354) sabbato, s. Antonini et ss. Theophilianorum; [247] (f. 354^{v}) ⟨dominica V post

Transfigurationem⟩: notatur *Այս կիւրակէս չէր գրած յաւրինակս* « dominica ista in exemplari minime scripta est »; [248] feria II ieiunii Dei genetricis; [249] feria III; [250] feria IV; [251] (f. 355^{v}) feria V ieiunii Dei genetricis; [252] feria VI; [253] (f. 356) sabbato, ⟨visio s. Gregorii inluminatoris⟩ seu *շողակաթ*; [254] (f. 357) dominica adsumptionis Dei genetricis; [255] (f. 357^{v}) feria II; [256] feria III; [257] feria IV; [258] (f. 358) feria V; [259] (f. 358^{v}) feria VI; [260] (f. 359) sabbato, s. Georgii militis: [261] (f. 359^{v}) dominica II post ⟨festum⟩ Dei genetricis; [262] (f. 360) dominica II *(sic)*, ⟨festum⟩ s. Crucis apud Warag; [263] (f. 361) feria II, s. Tevini (= Pionii secundum Nicolaum Nilles, *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiae*, vol. II, Oeniponte, 1897, p. 595 sq.) presbyteri et Stephani Ulnensis; [264] (f. 361) feria III, s. Andreae ducis et exercitus eius, s. Callinici et s. Diomedis medici; [265] (f. 362) feria IV; [266] (f. 362^{v}) feria V, ss. Hadriani, Anatoliae uxoris eius et Theodori stratelatae Heracleensis; [267] (f. 363^{v}) feria VI; [268] (f. 364) sabbato, s. Thomae apostoli; [269] (f. 365) dominica III; [270] (f. 366) feria II, Mesrop doctoris et Elisei; [271] (f. 366^{v}) feria III, Ezechihelis, Esdrae et Zachariae patris Iohannis; [272] (f. 367) feria IV; [273] (f. 367^{v}) feria V, ss. CCCXVIII patrum concilii Nicaeni; [274] (f. 368) feria VI; [275] (f. 368^{v}) sabbato, s. Iohannis Baptistae; [276] (f. 369) dominica IV; [277] (f. 370) feria II, ieiunium crucis; [78] (f. 370^{v}) feria III; [279] (f. 371) feria IV; [280] (f. 371^{v}) feria V; [281] (f. 372) feria VI; [282] (f. 372^{v}) sabbato, dedicatio s. crucis; [283] (f. 373) dominica s. crucis; [284] (f. 374^{v}) feria II post⟨festum⟩ s. crucis; [285] (f. 375) feria III; [286] (f. 376) feria IV; [287] (f. 377) feria V; [288] (f. 377^{v}) feria VI; [289] (f. 378) sabbato; [290] (f. 379) dominica post⟨festum⟩ s. crucis; [291] (f. 380) feria II, ss. Mamantis, Philoctemonis, Euphemiae; [292] (f. 381) feria III, ss. Eustathii, uxoris et filiorum eius; [293] (f. 381^{v}) feria IV; [294] (f. 382) feria V, s. Babylae patriarchae et trium discipulorum eius, et Gregorii Agrigentini; [295] (f. 383) feria VI; [296] sabbato, ss. Callistrati et sociorum eius; [297] (f. 384) dominica III post ⟨festum⟩ crucis; [298] (f. 384^{v}) feria II, David Dvinensis; [299] (f. 385^{v}) feria III, ss. principum Isaac et Hamazasp: [300] (f. 386) feria IV; [301] (f. 386^{v}) feria V, festum LXXII discipulorum; [302] (f. 387) feria VI^{a}; [303] (f. 387^{v}) sabbato, Phocae patriarchae; [304] (f. 388) dominica ⟨IV post festum crucis⟩; [305] feria II, ss. Theclae et Barbarae, et s. martyris Christi Demetrii; [306] (f. 388^{v}) feria III, ss. Dionysii, Timothei, Titi et aliorum discipulorum Pauli; [307] (f. 389^{v}) feria IV; [308] (f. 390) feria V, s. Pantaleonis medici, Hermolai presbyteri, Pelagiae (*պիղեգիա*) et Euphrasiae (*Եւփրաքսեա*) virginis; [309] (f. 390) feria VI; [310] (f. 391) sabbato, s. Ananiae discipuli Damasceni et XII doctorum, et ss. apostolorum Matthiae, Barnabae, Philippi ex septem ⟨diaconibus⟩, Silae, Silvani discipulorum Pauli; [311] (f. 391^{v}) dominica V; [312] (f. 392^{v}) feria II, Longini centurionis et Ioseph « patris Dei » et sanctarum *μυροφόρων*; [313] (f. 393^{v}) feria III, Luciani presbyteri Antiocheni, *փեփրոնեա* (= Febroniae ?) et *միէլեզա* (?): [314] feria IV; [315] feria V, inventio reliquiarum s. Gregorii, catholici Albanorum et ⟨festum⟩ ss. Antonii, Chronidis et septem

χορτοφάγων, nec non ss. Thatuli, Vari et Thomae; 316 (f. 394) feria VI; 317 (f. 394v) sabbato, ss. Ḫarezitarum (*խարեզանց* = Arethaeitarum?); 318 (f. 395) dominica VI; 319 (f. 396) feria II, ss. Vari et sociorum (*վարոսեանց*), Anastasii presbyteri, Demetrii martyris, Basilii presbyteri Amaseensis et Theodoreti presbyteri; 320 (f. 396v) feria III, ss. Hypericitarum et Severiani; 321 (f. 397) feria IV; 322 feria V, ss. Barlaam Antiocheni et puerorum Ephesinorum; 323 feria VI; 324 sabbato, ss. Stephani Romani pontificis, Gennadii, Acepsimae, Ioseph presbyteri et Aeithalae diaconis; 325 (f. 397v) dominica VII post ‹festum› s. crucis; 326 feria II, ss. *ἀναργύρων* medicorum Cosmae et Damiani, Metrophanis, Alexandri, Pauli confessoris, Marciani et Martini (*մարդինոսի*); 327 (f. 398) feria III, ss. Marciani et Martyrii (*մարտիրոնի*); 328 (f. 399) feria IV; 329 feria V, ss. Meletii episcopi, Menae Aegyptii, Guriae et sociorum (*գուրիասանց*), Romani monachi et Hesychii militis; 330 (f. 399v) feria VI, 331 sabbato, ss. archangelorum Michahelis et Gabrihelis, nec non totius caelestis exercitus; 332 (f. 400) dominica IX (*sic*, VIII omissa) post ‹festum› crucis; 333 (f. 400v) feria II, s. Iohannis Chrysostomi; 334 (f. 401v) feria III, ss. apostolorum Iacobi et Simonis, nec non ss. virginum Iulianae et Basilissae (*վասիլուհեա*), et Infantis confessoris; 335 (f. 402) feria IV; 336 feria V, ss. Clementis et Pancratii (*բանգարատա*); 337 feria VI; 338 sabbato, s. Philippi apostoli et bacchanalia Adventus; 339 (f. 403) dominica bacchanalium Adventus; 340 (f. 403v) monitum pro hebdomada prima ieiunii, deinde sabbato, ss. Gregorii thaumaturgi et Nicolai archiepiscopi; 341 (f. 404) dominica II post initium Adventus; 342 (f. 404v) feria II, ss. Ianuarii et Silae (*շեղայի*) apostoli, Mercurii; 343 (f. 405) feria III, ss. Iacobi ‹intercisi› et *իրատափառայ* (?); 344 feria IV; 345 feria V, ss. patrum Aegyptiorum, Pauli, Macarii, Pauli ‹simplicis›, Evagrii et aliorum ss. Patrum; 346 (f. 406) feria VI; 347 (f. 406v) sabbato, ss. apostolorum Bartholomei, Andreae et Iudae; 348 (f. 407) dominica III post initium Adventus; 349 (f. 402v) feria II, ss. Iacobi ieiunatoris, Menae, Hermogenis, Eugraphi et voluntariorum pauperum Iohannis et Alexandri; 350 (f. 408) feria III, ss. Nicolai thaumaturgi, Ignatii Theophori et Polycarpi; 351 (f. 408v) feria IV; 352 feria V, ss. Eustratianorum; 353 (f. 409) feria VI; 354 sabbato, ss. Iacobi Nisibeni archiepiscopi, Marugae ascetae et Meletii; 355 (f. 410) dominica IV ‹Adventus›; 356 (f. 410v) feria II, Theopempti episcopi, Theonae magi et quattuor militum; 357 feria III, Addaei episcopi; 358 (f. 411) feria IV; 359 (f. 411v) feria V, Domnae et Indi, duorumque millium ‹qui Nicomediae combusti sunt›; 360 (f. 412) feria VI; 361 (f. 412v) die 25 decembris, David et Iacobi, eodem die aliae nationes Nativitatem concelebrant, Armeni vero istos (sanctos); 362 (f. 413v) sabbato, s. Stephani protomartyris; 363 dominica VI (*sic*, V omissa); 364 (f. 414) feria II, ss. apostolorum Petri et Pauli; 365 (f. 415) feria III vel die quo permittitur, Iohannis et Iacobi filiorum Zebedaei; 366 (f. 416) feria IV; 367 (f. 416v) die 1 mensis ianuarii, initium anni Romanorum, festum

est s. archiepiscopi Basilii Caesareensis et fratris eius Gregorii Nazianzeni nec non s. Ephremi.

2 Ritualis partes selectae h. e. 1 (f. 419) ordo baptismi ad usum ecclesiae Romanae paululum reformatus in formula baptismi **Ես անուն Մկրտեմ յանուն Հաւր և որդւոյ և Հոգւոյ սրբոյ** «N... baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti», cf. F. C. Conybeare, *Rituale armenum*, p. 89-101; 2 (f. 424) benedictio matrimonii, ibid., p. 109-114, plerumque ut in cod. D; 3 (f. 427) ordo sepulturae laicorum, ibid., p. 119-130; 4 (f. 435) preces in altera die exsequiarum, ibid., p. 130-134.

Codicem binis columnis descriptum charactere *bolorgir* quattuor exaraverunt librarii, scilicet Cyriacus (cf. f. 417v) ff. 45v-392v in membrana subtiliori, et forsitan 393-417v, quae potius tamen videntur alterius, etsi coaevae, manus; Constantinus presbyter, de quo supra (cf. f. 438) ff. 14-45 et 435-438; Iohannes (cf. f. 424) ff. 419-426, alius vero nescio quis ff. 427-434v. Praeterea tres columnae (f. 167v sq.) manu recentiori scriptae sunt. Fasciculi sunt XLIV, plerique quiniones, praesertim in antiquiore codicis parte, seniones vero V, scilicet primus, secundus, vicensimus septimus, trigesimus et trigesimus septimus, quaterniones II, trigesimus octavus et quadragesimus secundus, terniones II quadragesimus primus et quadragesimus quartus, binio vicensimus; fasciculus decimus septimus conplectitur folia undecim, tertius, septimus, decimus octavus, vicensimus primus et vicensimus secundus novem, quadragesimus tertius septem. Notae caeruleo colore depictae in margine inf. primae unius cuiusque fasciculi paginae magna cum cura abrasae sunt a quodam librario, qui, saec. ut vid. XIV, notas ա-խա minio exaravit in primis et ultimis fasciculorum paginis. Perpaucae notae glutinatoris cultro ex parte vel totae resectae sunt; una erronea relicta est f. 164v ժգ pro ԺԷ. Prima pagina primi fasciculi et ultima quadragesimi quarti notis carent. Recentius atramento scriptae sunt ա (f. 24v), բ (f. 25. 36v), գ (f. 37. 45v), ԻԲ (f. 226v). Ornamenta quae frontem codicis lectionesque festorum sollemniorum commendant et ea quae in marginibus externis initia officiorum indicant, nec non litterae maximae, tum *šałagir* cum ornithomorphicae, variis coloribus et auro distinguuntur. Litterae maiores ff. 45v-392v et 427-434v auro vel caeruleo rubroque pigmento scriptae sunt, in ff. 14-44 et 393-426 initiales deauratae, aliae rubrae; in ff. 435 sq. propter pictoris neglegentiam desiderantur. In principio precum una, duae vel tres lineae in charactere *bolorgir* caeruleo vel rubro pigmento, quandoque auro, exaratae sunt, quibus saepe praemittitur linea in littera *ergathagir*, seu unciali, minio vel auro distincta. Signa musica hic illic obcurrunt e. gr. ff. 83v, 133. F. 13 notulae variis scriptae manibus, binis laterculis dispositae: *Ծնաւ դու‹ս›տրն իմ | անդրանիկ Ալիծ պա|ղոնին մարաջախտ(ս ?) | ի Թ(վ)ին* (*sic*) *Հայոց ՉԿԱ | յամսեան փետրվարի | Է աւուրն. | Թվին Հայոց ՉԿԲ | յամսեան ապրիլի | ԺԷ աւուրն ծնաւ որդին իմ | կոստինդին* (*sic*) | *Թվին Հայոց ՉԿԷ | յամսեան Հո(կ ?)տեմբ|երի ԻԹ աւր շաբաթ* (*sic* pro *շաբաթ*) | *յարևանկն փոխեցաւ | առ ած աղբայրն* (*sic*) *իմ Վա|սակ.* «Nata est filia mea maior Alix, de me Balduino duce (= mareschal) anno Armenorum 761 (A. D. 1312) mensis februarii die 7. Anno Armenorum 762 (A. D. 1313) mensis aprilis die 17 natus est filius meus Constantinus. Anno Armenorum 767 (A. D. 1328) mensis octobris die 29, sabbato, ad solis ortum ad Deum migravit frater meus Vasak». *անուն այ մերոյ. յս քս | օրհնեալ տր մեր քս | Թվ Հայոց ՉՀԴ յամս|եան մայիսի ԺԷ աւուրն | ծնաւ դու‹ս›տրն իմ Փ|իմին.* «In nomine Dei nostri Iesu Christi. Benedictus Dominus noster Christus. Anno Armenorum 775 (A. D. 1326) mensis maii die 17 nata est filia mea Euphemia (*Fimi*)». *Թվն Հայոց ՉՁԱ* (*sic*) *յա|մսեանն դեկտեբերի | ԻԵ աւուրն որ էր քի ծնըդե|ան տաւն և պատիկը ա|ւուրն շաբաթ ծընաւ որ|դին իմ սըատ* (*sic*) «Anno Armenorum 781 (A. D. 1332) mensis decembris die 25, in festo nativitatis Christi, sabbato, natus est filius meus Sembat». *ի Թվականութեն Հայոց | ՉՁԷ : ԹվԼ. Գ. Ցամսեանն | Աւգոստոսի. ԺԵ : Ձե ած|ածնին տաւնին : Ծնաւ անդ|րանիկ որդին իմ Աւշին. ի բար|ձրբերդ : Վասն որոյ ած ընդ | երկայն աւուրս տացէ զնա ած | ապարդ Հաւրն իւրոյ պ(ա)ր(ո)ն*

[illegible] « Anno Armenorum 787 (A. D. 1338) mensis augusti die 15 in festo s. Deiparae natus est filius meus natu maior Aušin in castello Bardzrberd, quem Deus pium diu servet patri suo baroni Constantino! ». Prima verba eiusdem notulae manu rudi scripta sunt in altera columna. Has omnes notulas legit Leontius Ališan, easque citavit, sed sine codicis mentione, in libro cui titulus: Սիսուան եւ Լեւոն Մեծագործ, Venetiis, 1885, pp. 412 et 413, n. 1; *Sissouan ou l'Arméno-Cilicie,* Venetiis, 1899, pp. 493 et 494, n. 2. F. 417ᵛ de origine codicis ab ipso principe Sembat scriptum est versibus similiter desinentibus in littera [illegible] || (f. 418) [illegible]

« Gloria Deo omnium substantiarum, naturarum creatori, qui ipse unus est decorus dominus et princeps (*paron*) inmutabilis. Anno Armenorum scribebam septingentesimo decimo septimo (= A. D. 1268) ego Sembat Armenus, servus Christi et pulvis, equitum praefectus Armenorum, dux praesidii arcis Paperon, filius natu maximus patris mei Constantini, fratris Hethoum regis (Hethoum I, rex Ciliciae A. D. 1226-1269); cum amabam diligebamque matrem meam sanctam Ecclesiam, id quod in ea legitur per annum ex integro hic conlegi. Qui igitur cumque hunc (librum) habuerit, in alio libro ullo modo ne detruncet, nam istud oportet ita transscribere ut ab initio usque ad finem divinae litterae in ordinem (ponantur). Opus incepi tempore pessimo, cum Ægyptius (Baybars, A. D. 1266) ingressus est Marri, trucidavit Theodorum filium regis aliosque multos post eum, incendit urbes Sis et Missis et omnes pagos qui inter illas exstabant, nec non Leonem filium natu maiorem Hethoum Armenorum magni regis sitibundum duxit in carcerem in urbem Ægypti. Quomodo in scriptis adferam rapinas et strages numerumque captivorum et cito (tot mala) quae pro peccatis patriae nostrae adciderunt? Omnia si scriberem, chartas multas, inplerem. Auxiliante vero Christo, in suprascripto anno quo lectiones absolvebam manu Kirakos librarii, liberatus est Leo filius regis (A. D. 1268) reversusque in domum suam et locum. Haec itaque manu mea scripsi, ut memoria mei exstet humilis rudisque peccatoris Sembat contestabilis, patris mei Constantini, matris meae Tamavidz, fratrum sororumque, immo et gentis; pariter filiorum mei post (me), Hethoum, Aušin et Constantini, matris eorum Tephanae, atque omnium qui pietate moti sunt erga bonum vel qui salutant verbis ' Domine miserere '. Magnificus Dominus omnium misereatur, multifariam bonitatem largiatur in terra nunc et in futuro ». In columna altera f. 418 nota possessionis, manu sat rudi: [illegible] « Hic liber lectionum (*gašotz*) est in memoriam aeternam cœnobii sancti Gregorii inluminatoris monachorum Armenorum Libanensium in magna (urbe) Roma. Anno salutis 1765, die 10 decembris ». F. 437 subscriptio Constantini presbyteri: [illegible]

[illegible] (f. 437ᵛ) [illegible] (ms. [illegible] et [illegible] suprascr.) [illegible] || (f. 438) [illegible]

և բազմանկա՛ր գեղովք։ | Եւ յետ ամին եւ կալմել զսա | մեծի իշխանին ամիրալայ | տիրոջն ամիրալա-կլին՝ որ|դւոյն գունդստապլին լևոնի, | որդւոյն ամիրալայ, որ էր ան|եր մարաջախտիս պաղտնին։ Եւ ա՛յսպէս վայելչացոյց զսա | ամենայն իրաւք որպէս և ունի՛ս տեսանել առաջի աչաց, | առ ի վայելու՛մն անձին իւրոյ | և որդւո՛ց իւրոց ի մարմնի, և | յետ աստի կենացս յիշատա՛կ | բարի նոցին եղիցի։ | Արդ աղաչե՛մ զամենայն մանկունս սբ եկեղեցւոյ որք վայ|ելէք ուրախութը և ընթերցմամբ ի շնո՛րհս սորա ցնծու|թը՝ և որք պատահմամբ հան|դիպիք հրաշալի՛ մատենիս | սրբոյ տեսութե․ Յիշեցէ՛ք | յաղաւթս ձեր խնդրուածո|վք առ քս զստացա՛ւղ սորին՝ | զարժանաւո՛րն յիշատակի | զմեծաւէ՛ր և զարդար հոգին | զմարաջախտն հայոց պաղ|տին հանդերձ ծնաւղաւք իւր || (f. 438v) հանգուցելովքն ի քս, և եղբարք իւրովք և համաւ|րէն ազգականաւք։ Ընդ | նմի՝ յիշատակեցէք զաղա՛|թիւք՝ և զամենահամեստ | և զհեզահոգի տիկինն (իւր suprascr.) զմա|րաջալէան մարիուն՝ հանդ|երձ ծնաւղաւ՛ք իւրովք հան|գուցելովք՝ և եղբա՛րք իւ|րովք և ամենայն զարմիւք։ Եւս առաւել խնդրեցէք և | զն երկոցունց հարազատ | և անձապարգև ծննդոցն իւրեանց (ex իւրոց), զգեղապատշաճ և | զխմաստուն մանուկն զհան|ճարեղ պատանին՝ զորդին | իւրեանց զկոստա՛նդին, և զդուստրն իւրեանց զհե|զահոգի և զհամեստ տա|մուժելն (ալիծ add. al. manu in spatio vacuo rel.) | զի պահեսցէ զնոսա բարե|բարն ած ամի՛ծ և առող|ջութը խաղաղութը և|երկայն աւրեաւ։ Մանաւա|նդ թէ և ամենեցուն համանգամայն ծնաւղացն և ծննդոցն տացէ մարդասէ|րն ած զի աստ քաղ մարմնոյ մնասցեն անչա՛ր, և | յամենայն փորձութենէ որոգայթից անտատանել ի՛ | առողջութը և խաղաղու|թը մնալով յերկար ժա|մանակաւ։ և բստ հոգւ|ոյ արդարութե ի պատուի|րանս այ միշտ յառաջանալ|ո՛վ, և ի պատիւ տաճարին | այ առատանալո՛վ։ Եւ յետ | ելից կենաց ի յաշխարհէ՝ | զորս ետուն ինքեանք տո|ւրս այ առցեն անդէն զփո|խարէն առ ի յայ հարիւ|րապատի՛կ։ Զի ընդ սա|ճարի այսմ ձեռագործ տա|նս այ առցեն փոխարէն զլու|սաւոր և զածային յարկն՝ և | զանձեռագո՛րծ տաճարն | երկնային։ Եւ ընդ հանդեր|ձից քահանայական վայել|չութե և պայծառ զարդուց | տաճարիս, առցեն փոխա|րէն յայ զհանդերձն անա՛խտ | և անապական և զծիրանի՛ն | թագաւորական։ Եւ ընդ | գրաւորական տառից մա|տենիս՝ գրեսցի՛ն անձինք նոցա ի դպրութին կենաց, ի գի՛րն կենդանութե որ ոչ | վախճանի: Դատակի՛ց լի|ցին հոգիք նոցա արքա|յութն՝ և առցե՛ն զառաքելա|կան սիրոյն փոխարէնն ի յա|ռաքելոցն գնդէ՝ միշտ ընդ | նոսա ուրախանալով ի փառս այ։ Եւ որ յիշէ զսոսա զա|ւարթ մտաւք յիշեա՛լ լիցի և ի|նքն ի քէ այ մերոյ որ է աւրհն|եալ ընդ հաւր և սբ հոգւոյն յաւ|իտեանս յաւիտենից։ | ամէն։ «Cuius vis hominis officium est laudare illos qui Deum et bonum diligunt, quem ad modum usitatum est atque inter homines consuetum quem quem iniquum et inmundum inprobare. Et id propter emolumentum et commodum duplicis generis: amantes boni laudantur ut ad bona opera properent, illi vero qui malo indulgent vituperantur ut malitiam aufugiant et de opere iniusto erubescant. Qua propter nunc ausus sum laudare laudabilem animam, quae Deum diligit, gloriosum et inlustrem principem ducem (= *mareschal*) Armenorum Balduinum. Nec laudem do propter carnalem nativitatem, quamvis ex magna et sublimi prosapia sit, ex regali enim familia est proximus principis nostri pii et Christum amantis Aušin, prout filius Constantini principis gloriosi domini Nłrin et nepos sapientis et ingeniosi Constantini magni baronis. Ille vero Constantinus dominus Nłrin tres filios habuit, qui nunc sunt in dignitate principatus, gloriosi et fideles, quorum trium filiorum unus est iste Balduinus nunc in dignitate marescalli Armenorum constitutus. Hunc vero non tantum de corpore laudo, sed de nobili anima, et bonorum eius operum exemplum refero quia, etsi in maxima gloria esset principatus et in dignitate marescalli Armenorum, et totam principatus gloriam et divitias magnas huius mundi ut falsa et vana existimabat; nec cum gaudio terrena eum delectabant, quae nec propria nec bona firma considerabat sed fugitiva et caduca. Praeterea indole animae suae semper ad divina incitabatur diligebatque bonum aeternum et perpetuum; illa procurabat quae divinae voluntati iucunda erant atque grata; ad ea quae animam suam delectabant alios hortabatur, et quod post exitum animae suae ex hoc mundo permansurum erat illud faciebat. Videte igitur operum eius varietatem: in magna celebrique urbe Tarsensi, ubi locus habitationis eius erat, domum aedificavit propriam et templum Dei sub invocatione consecratum sanctorum et beatorum apostolorum. Erat vero structura templi omni modo pulchra, genere, conpositione, celsitudine, altari, portis, mira tandem concameratione, ita magnifica ut utentibus in consolationem, voluntati divinae in delectationem esset. Item in hoc templo constituit presbyteros in ministrationem, ut sine mora semper in orationibus essent et salutiferum sacramentum Christi obferrent pro salute nostra. Insuper multa et varii coloris ornamenta tam pro altari quam pro presbyteris praeparavit ac confecit. Similiter libros sanctorum divinorumque testamentorum conlegit et congregavit, nec non vivificans evangelium Christi cum aliis omnibus libris pro usu ecclesiae et lectionibus festorum Domini. Quos inter, eadem spirituali caritate qua pollebat, et hunc conparavit desiderabilem librum, quem verba historiae scribens conmemoro. Hunc igitur divinum codicem primum conparavit contestabilis Armenorum Sempat, avus humillimae castissimaeque dominae Marioun coniugis Balduini marescalli nostri; sed secundum varietates temporum post mortem huius Sempat, translatus est hic codex ceciditque in manus alienorum, qui nec proximi nec heredes Sempat erant. Postea vero Dei providentia iustaque voluntas dignum non existimavit iniustum (possessorem), sed recte iterum disposuit favitque transmissionem partis spiritualis paternae hereditatis ad nepotes ipsius Sempat, filios scilicet marescalli Balduini, cui gener erat contestabilis Leonis, filii Sempat. Cum autem ipse catholicus princeps et marescallus Balduinus, qui diligit Christum, codicem conparaverit, vidit eum aliter atque aliter confusum et inconpositum, quia lectiones festorum Domini non erant iuxta praeceptum orthodoxae ecclesiae sed diversae, adversus veritatem, et discordes. Qua propter (librum) tradidit nobis, inutili et insipienti ministro verbi (divini), Constantino, cum essemus in ministerio sancti cleri. Nos itaque accepimus librum quem, ut facultas tulit, conposuimus anno Armenorum magnorum 768 (A. D. 1319), regnante orthodoxo rege nostro Aušin qui Christum amat, patriarcha domino Constantino tertio nominis. Accipientes ergo manibus (librum) veterem, quod non rectum erat distraximus reiecimusque et deficienti novum subicientes auximus ac renovavimus. Ita enim disposuimus ut die 25 decembris festum nativitatis Christi celebretur, die 25 martii adnunciatio Dei genetricis, et die 6 ianuarii solus baptismus, festum vero quadraginta dierum post adventum (h. e. purificatio B. M. V.) die 2 mensis februarii. Et hoc disposuimus iuxta commune institutum Christianorum gentis, ut cum illis unanimiter festum agamus in caritate ad gloriam Christi. Et quia liber iste floreis ornamentis carebat, pius ille princeps Balduinus magno sumptu liberaliter et hilari animo curavit ut decoraretur diversis coloribus atque pigmentis nec non auro splendido atramentisque scriptoriis varii coloris. Postea vero conpaginandum eum (librum) tradidit magno principi Sembat, domino Sempatakl, filio contestabilis Leonis, filii Sempat, qui erat socer marescalli Balduini. Sic ornavit (librum) hunc omni modo, sicut habetis videre propriis oculis, ad delectationem animae suae filiorumque suorum in corpore, et ut fiat post hanc vitam in memoriam eorum. Oro itaque vos, filii omnes sanctae Ecclesiae, qui cum gaudio (hoc libro) utimini et cum delectatione in gratia eum legitis, et vos etiam qui fortuito obcursu videtis mirabilem hunc sanctum librum; recordamini in precibus vestris et petitionibus ad Christum codicis conparatorem dignum recordationis iustumque animae Balduinum, qui Deum diligit, marescallum Armenorum, cum parentibus in Christo defunctis et fratribus et proximis universis. Recordamini etiam cum eo in precibus castissimam et humilem dominam Marioun marescallam (= *marašalēs*, gallice *mareschalesse*) cum genitoribus eius defunctis et fratribus et proximis omnibus. Itemque orate pro duobus legitimis eorum pueris a Deo concessis, germine novo et sapienti ingeniosoque adolescenti, filio eorum Constantino, atque pro filia eorum casta et humili virgine (*tamoužel* = *damoiselle*) Alice, ut Deus bene volens servet eos sine macula cum salute et pace per multos annos. Deus, qui hominem amat, omnes insimul, et genitores et genitos concedet vitam praesentem agere sine malo, longo tempore manentes in salute et pace, tutos ab omni tentatione et laqueo, progredientes animo aequo in praeceptis Dei, munifici pro servitio templi Dei. Post finem vitae mundi huius, pro donis quae ipsi Deo dederunt a Deo centuplum accipient, pro templo hic manu facto fulgidam divinamque habitationem et templum caeleste non manu factum, pro vestibus presbyteralibus delicatioribus et splendido ornatu templi accipient a Deo vestem puram incorruptibilem et purpuram regiam. Pro scriptura huius libri ipsi scribentur in libro vitae, in codice aevi sempiterni; et animae

eorum inter ordines iustorum erunt et pro amore erga apostolos ab apostolorum legione recipient mercedem, gaudentes cum eis in gloria Dei. Et quicumque memor erit eorum mente hilari, erit ipse conmemoratus a Christo Deo nostro, qui benedictus est cum Patre et Spiritu Sancto in saecula saeculorum. Amen ». Ff. 13ᵛ. 154ᵛ 185ᵛ. 439 vacua.

Folia chartacea duodecim initio codicis praemissa, saec. ut vid. XVIII, continent: [1] (f. 1) versionem italicam subscriptionis ff. 437 sq., [2] (f. 5) versionem italicam notarum f. 13, [3] (f. 8) descriptionem codicis, quae inc.: *Osservazioni sopra il codice Armeno in Pergamena in folº. Questo Codice chiamato in Armeno* Giasciotz, *potrebbe tradursi in Italiano* Lezionario, *ovvero* Messale Corale...; des.: ... *trascritti da un certo Giovanni Copista, come si rilieva dal breve suo monumento recato di sopra per esteso in Italiana favella*. F. 3 manu Stephani card. Borgiae: *Il testo armeno di q*(ues)*ta Prefazione | si ha in fine del presente Codice | alla pagina segnata Lettera A* (= f. 437). F. 3ᵛ eadem manu: *Ex Codicibus Orientalibus | Stephani S. R. E. Card*(i-nal)*is Borgię | an. 1790*. Ff. 4. 5ᵛ. 6. 7. 12 vacua.

Tegumentum ex membrana. In schedula ex corio rubro dorso adglutinata auro inpressum exstat: *Giascioz | ossia | lezionario | god.* (sic, l. co*dice*) *armeno | scritto | nell'anno | dell'era armena | 768. volgare. 1319*. Schedula chartacea paginae ant. int. adglutinata antiquiorem codicis notam praefert: *L. VII. 21.*

62. Saec. XVII, chart., mm. 192 × 150, ff. 115.

G l o s s a r i u m anonymum vocum difficiliorum, quod, praemisso titulo: Բառգիրք է « Lexicon est », inc. (f. 2): Աբանա Հօր Աղօթք ։ Աբբա, Հայրոց Հայր ... *Abana* (syr. ܐܒܐ), « oratio Patris (i. e. oratio dominica). *Abba*, pater patrum (i. e. monachorum) »; des. (f. 112) ·Խուրխուրի, Պաշխա պաշխա ։ ·Խուր, Հալոցք ։ ոփոր · վերջ · « *Khourkhouri* variegatus (turc. بشقه بشقه). *Khour* (heb. כור), fornax fusoria. *Ophor*, finis ». Folio uno deperdito ante f. 109, desiderantur voces incipientes a littera Փ usque ad vocem փարա·

Codex nitide descriptus binis columnis, charactere *notergir*. Litterae maiores rubrae. Fasciculi omnes, litteris armenis in margine inf. primae et ultimae paginae signati, folia duodecim continent, praeter ultimum septem foliorum, qui nullam notam habet, folio primo amisso. F. 1, *Uocabulariu*(m) *Armenu*(m) *uocu*(m) *difficilium sine Auc | toris nomine, uel scriptoris et sine loco, anno | ubi, et q*(uan)*do scriptum fuerit*. F. 112ᵛ գիրս գր(ի)գ(ո)րին է « liber est Gregorii », et sigillum nigro pigmento inpressum տր մենաս ծառայ « dominus Menas, servus (Dei) ». F. 115 notulae duae turcicae litteris armenis. F. 115ᵛ inter notulas parvi momenti et conscribillationes: մխիթար քահանայ | աշակերտ երիցս երան | ելւոյ և սբ վարդապետին | գրիգորի կրկին տաթեւացւոյ « Mhitar presbyter, discipulus beati presbyteri et sancti doctoris Gregorii II Taṭevatsi ». Ff. 1ᵛ. 113. 114 vacua.

Folia codicis incerto temporis spatio dispersa sunt, nam ff. 109-115 constituere codicem Borgianum Armenum 62; f. 12 cum fragmentis aliorum cod. codicem Borgianum Armenum 63; ff. 1-11, 12-108 codicem Borgianum Armenum 85; omnia iterum conlecta sunt mense maio 1922.

Integumentum ex membrana alba et tela viridi tesseras gentilicias exhibet Pii X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii, quia pro codice Borgiano Armeno 85 an. 1914 est confectum.

63 (olim 91). Saec. XVIII in., chart., mm. 136 × 100, ff. 8.

D e d i v i n a t i o n e, quae fit per arenulam, geomanciamque seu psammomanticen vocant, expositio brevis auctore **Luca Nuridšanean**, praemisso titulo: ղուռն ռամլին · որ է տեսակ իմն գիւթու(թ)ե(ա)ն ։ « caput de arenula (رمل), qui

est modus divinationis ». In principio posita sunt nomina figurarum XVI ex quaternis signis, punctis scilicet vel lineolis suprascriptis ut sequitur (f. 2): լահեան ≡ 1 ղաբզելդախիլ ≡ 2 ղաբզելխարիջ ≡ 3 ղամեաթ ≡ 4 etc.; « barbatus (لاحيان) ≡ 1, conprehensum intus (قبض داخل) ≡ 2, conprehensum foris (قبض خارج) ≡ 3, congregatio (جمعة) ≡ 4... », cf. Carra de Vaux, *la géomancie chez les Arabes* apud Paulum Tannery, *le rabolion* in opus cui titulus *Mémoires scientifiques*, t. IV, *Sciences exactes chez les Byzantins*, Tolosae et Lutetiae Parisiorum, 1920, pp. 311-315. Verborum coniunctio per vocalem *i* seu اضافة in nominibus signorum auctorem demonstrat opere persico usum esse, sicut de byzantinis interpretibus dicitur, ibid., p. 316. Deinde inc.: Անուանք ձեւք և թիւք ռամլին համարով են 16 ը(սա) որում վերոգրեցան ։ Որք մեծամեծք գրովք շարեցան զար և զոյգ կէտս ունին... « Nomina, figurae et numeri geomanciae simul 16 sunt quae supra exarata sunt. Quae magnis litteris posita sunt puncta paria et aequalia habent... »; des.: ... տես զոր ինչ գրեցինք ի պատուական տոմարէ մերում որ մակագրեցաւ Համաձայնու(թ)ե(ան) հնգեակեակ ամսոց և տպեցաւ յամի տն ·1699· յամստր‹ո›տամ քաղաքի այսքան առայս սա և այժմ բաւեսցի ։ և այսր ամենայնի ճշմարիտն միայն աճ գիտէ ։ « ... vide quod ad hoc scripsimus in pretioso libro nostro qui inscribitur ' Harmonia quintuplicis mensis ' et typis mandatus est Amstelodami anno Domini 1699. Et nunc subficit. Hic totam veritatem Deus solus scit ».

Codex uno tantum fasciculo confectus, littera *notergir* exaratus est a Luca Nuridšanean, ut conligitur e verbis supra relatis, cf. Arsenium Ghazikian, *Nouvelle bibliographie arménienne ...*, p. 1447, et cod. Vat. lat. 7262, f. 267ᵛ, ubi Ioseph Simonius Assemani libros enumerat editos: « Amstelodami, typis Thomae Golthanensis Archiepiscopi Armeni eiusque ex fratre nepotis Lucae Nurigianidae ... 9. Harmonia quintuplicis mensis, Romanorum, Azariae, Armenorum, Hebraeorum, et Muhammedanorum, in 12º. 1698 ». F. 1 quaedam alterius manus parvi momenti de paenitentia ապա թէ ոչ դառնամք առ նա ... « sin vero non convertamur ad illum ... ». Ff. 1ᵛ. 7. 8 vac.

Integumentum e membrana telaque viridi praebet in dorso inscriptionem *Borg. Arm. 63,* in operculo autem anteriori tesseras gentilicias Pii XI et Aidani Gasquet card. bybliothecarii.

64. An. 1711 (cf. f. 13ᵛ), chart., mm. 261 × 195, ff. 14.

Conpendium d o c t r i n a e c h r i s t i a n a e, auctore quodam Augustino Broussier (?) ut vid., per interrogationes et responsa turcice arabice italice armenice, cui titulus inponitur تعليم المسيح بالاختصار ; քրիստոնէական վարդ(ա)պ(ե)տ(ո)ւ(թ)ի(ւն); *dottrina cristiana*. Inc. (f. 2ᵛ-3): س(ؤال). انسانك خاص اعضالرى قجدر. ج(واب). خمسة ; س(ؤال). كم هما احواص الانسان: ج(واب). بشدر. հ(արց)· Մարդոյ զգայարանաց մասունքն որքանք են · Պ(ատա)ս(խանի)· հինգ այսինքն · d(omanda). *Quanti sono li sensi del homo:* *R*(isposta) *ginque* (sic):

Des. (f. 13v-14): س(ؤال). انسانك باشندن قيج شى كچسه كرك. ج(واب) دورت الم اللهن س(ؤال) كم حوايج عدّ راس كل احد. ج(واب) شريعتنده بولنمق جنت وجهنّم ; اربعة. ١ الموت ٢ والحشر ٣ والجنّة ٤ وجهنّم ; Հ(արց) Մարդոյ ներհակք քանիկ են: պ(ատաս)ս(խանի)· Չորս· մահ, դատաստան, արքայութիւն, և դժոխք ; d(omanda). *Quanti sono le cose ultime dell'homo cio e nouissimi:* *R*(isposta) *quatro: La 1 morte, 2 Il giuditio, 3 L'infe*<r>*no. 4 il paradiso.*

Codex binis exaratus columnis turcicum et arabicum in aversis ff. exhibet textum armenum et italicum in ff. rectis. Non nulla minio scripta in partibus arabica et turcica. F. 13v subscriptio codicis arabice: | تمت الكتاب بعون الله الملك الوهاب | تحرير فى ١٧١١ كاتب الحروف الفقير | اغوستين بروسيا « Absolutus est liber, iuvante Deo rege largitori, conpositus anno 1711 a librario paupere Augustino Broussier (?) ». F. 14v manu recenti: *Dottrina.* Ff. 1. 2r vacua.

Integumentum ex charta spissata, charta coloris castaneae cooperta.

65. Conlectio chartarum in tegumento mm. 765×515.

I. Saec. XVII-XVIII, chart., mm. 1634×315, f. 1.

Subplex libellus monachorum monasterii s. Iohannis Baptistae ad pecunias conligendas a Iacobo *vardapet* pro refectione ecclesiae et domus a Kurdis vastatarum inc.: Նայ զարդ և մեծապայծառ· գերահրաշ և գերայ մաքուր, լուսածաւալ և գերամաքրոյց· Քերովբէախումբ և սրովբէապար: Յոհաննու դրանէ· ամլորդւոյն սրբոյ կարապետին տն մերոյ յի քի մկրտչին ... « Ornatus et splendidissimus, optimus et purissimus, refulgens et eximius, cherubicus exercitus et seraphicus ordo (monasterii) ad portam s. Iohannis, filii sterilis (mulieris), sancti praecursoris, baptistae D. N. I. C. ... »; des.: և ազատարարն քս ազատեսցէ զձեզ ի պարտուց հոգոց և մարմնոց յայսմ և ի հանդերձելումն ամէն· Հայր մեր յերկինս· « ... et Salvator Christus liberet vos a debitis spiritualibus et corporalibus nunc et in morte. Amen. Pater noster qui es in caelis ».

Documentum littera *notergir* nigro colore exaratum est, litterae vero maiores minio, prima linea pigmento caeruleo super fasciam croceam. In capite folii variis coloribus, sed arte perquam rudi pictae sunt imagines s. Stephani protomartyris stantis et s. Iohannis Baptistae sedentis in portis templi, praeterea imagines s. Dei genetricis et s. Gregorii inluminatoris dextra, regis vero Tiridatis sinistra. Nomina minio scripta sunt; Ածածնի պա|տկերք է « Imago est s. Dei Genetricis », Գրիգոր լուսաւորիչն է « s. Gregorius inluminator », Սբ Ստեփաննոս « s. Stephanus », [Սբ Յոհաննէս | կարա]պետն է « s. Iohannes Praecursor », Տրդատ թագաւորն է « Tiridates rex ». A tergo legitur: կոնդակ | *Gondagh, Sivè Breue, quo Armeni Vartabied, id est, Doctores* | *mitti solent à suis Superioribus ad captandas Elemosynas* (sic), *prout* | *Ecclesiarum, uel Monasteriorum necessitas* (ex *nes* ...) *exigit.* | *Hoc pręsenti missus Iacobus Vartabied Aleppinus fugerat Romam,* | *ubi fraude detecta per Stephanum Stephanouicz huius Collegij Alumnu*(m) | *pro tunc Arm*(enum) *Confessarium fraudulentię suę pęnam luit.* In ima pagina aversa, littera *C*

II. An 1674, chart., mm. 752×335, f. 1.

Diploma doctoris pro Aristace, filio baronis Iohannis, Tigranocertensi, qui, ordine sacerdotali ab episcopo Mena accepto, Romam migravit indeque reversus, Tarsi Ciliciae an. 1674 *vardapet* a catholico David consecratus est. Inc.: Յի քի ծառայ դաւիթ կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)ս ամ(ենայն) հայոց և պատրիարք սբ աթոռոյն ե(րուսաղէ)մա(յ) « Iesu Christi servus, David, catholicus omnium Armenorum et patriarcha sancti throni Hierosolymitani ... »; des.: Գր(ե)ց(ա)ւ իշխանական թուղթս 'ի մայրաքաղաքս ի տարսոն, ձեռամբ սարգիս սարկաւագին : « Exaratae sunt litterae principales in metropoli Tarsensi manu Sergii diaconi ».

Documentum littera *bolorgir* nitide scriptum, praeter duas primas lineas, quae charactere *ergathagir* exaratae sunt, auro una, pigmento caeruleo altera. Variis coloribus pictae sunt initiales, nec non verbum Յի atque, in folii fronte, imagines episcopi baculum tradentis novo doctori ac ss. Pauli et Petri, cuius nomen scriptum est սբ առ(ա)ք(ե)լ պ(ե)տր(ոս). Sigillum catholici minio inpressum. A tergo legitur: ես ար(ի)ստակէս եպ(իսկոպո)ս ձա[...] | թուղթս իմ է « Ego Aristaces episcopus [...] epistula mea est ». | *Interfui Petrus de Giambo interpres* | *su*(mp)*tus* | *Interfui ego Simeon Carapiet interpres* | *assu*(m)*ptus* | ես արիստակէս եպ(իսկոպո)ս: գայս (sic) թուխս (sic): պատ|րաքէն քով չէ գրվել: այսպէս: մօրն | ինքն: ձեռով: գողովել: ես գիտեմ (sic, | որ ծուռը (sic, l. ծուռ) « Ego Aristaces episcopus scio hanc epistulam non esse scriptam a parte patriarchae sed a matre eius subreptam; ego scio perversam esse » *Croce di + Pietro* | *Paolo Aronne Interprete* | *Io Antonio Rodosto* [interpr]*ete ho i*(n)*ter*|*p*(r)*etato che il sud*(det)*to* [... varda]*biet a recogni*[to] | *es*(sere) *falsa questa scrita* (sic) *bola* (sic) *q*(ues)*to 16 9.bre 1680.* In ima pagina վարդապետու-(թ)ե(ան) « doctoratus ».

III. An. 1722 (Arm. 22 april. 1171), chart., mm. 1340×312, f. 1.

Litterae quibus *vardapet* Simeon, de vico Khip in provincia Germaniciae, episcopus oppidorum Hromkla et Bireğik, testificatur Iacobum, Constantinopoli natum, Hierosolymis quondam alumnum, *vardapet* consecratum esse a Iohanne catholico Ciliciae in oppido Sis, die 22 aprilis, anno Armenorum 1171, inc.: Յի քի ծառ(ա)յ Սիմէոն եպիս(կո)պոս անթապու և աթոռակալ տանն կիլիկիոյ ... « Iesu Christi servus Simeon, episcopus oppidi Aintab et vicarius sedis Ciliciae ... »; des.: Գրեցաւ վկայական գիրս 'ի մայրաքաղաքն սիս 'ի յաթոռն սրբոյն գրիգորի մերոյ լուսաւորչին· ընդ հովանեաւ սբ աննա եկեղեցւոյ: Առաջի Յարութի վ(ա)րդ(ա)պ(ետ)ին որ է բիւզանդիոյ և առաջի ք(ա)հ(ա)ն(այ)ից և իշխանաց· և բազմահոյլ ժողովրդականաց· և 'ի թուականութեան հայոց· ՌՃՀԱ և ապրիլի ամսոյ իբ: ընդունելի լիցի: « Exaratae sunt litterae testimoniales in metropoli Sis, in sede s. Gregorii nostri inluminatoris sub tegmine ecclesiae s. Annae; coram Haroutiun *vardapet*, qui e Byzantio est, et coram presbyteris et principibus et multis laicis, anno Armenorum 1171, die 22 mensis aprilis. Acceptabiles sint! ».

Textus nitide exaratus charactere *bolorgir*, septus est duplici linea rubra. Litterae maiores et quinque primae lineae minio scriptae. Sigilla atramento inpressa Սիմէոն վարդապետ « Simeon *vardapet* » et Յարութիւն վարդապետ « Haroutiun *vardapet* «. In ima pagina aversa: Վկայականք ի կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ոս)աց յով(հա)ննու և գրիգորի « Testimonia duorum catholicorum Iohannis et Gregorii ». In imo folio averso littera *D*.

IV. An. 1760 (Arm. 6 dec. 1210), chart., mm. 647 × 460, f. 1.

Epistula qua clerus populusque Armenus Constantinopoli constitutus monachos Hierosolymitanos ad s. Iacobum certiores facit de electione in patriarcham die 6 decembris anni 1210 (A. D. 1760), Gregorii ⟨Pasmaǵean⟩, nepotis Moysis presbyteri, et archipresbyteri ecclesiae ad s. Georgium. Inpressa exstat apud Gregorium Galemkhearean, Կենսագրութիւններ երկու հայ պատրիարքներու եւ տասն եպիսկոպոսներու եւ ժամանակին հայ կաթողիկէից in Ազգային Մատենադարան, fasc. LXXVIII, Vindobonae, 1915, p. 331-333.

Scripta charactere *notergir*. Signa cleri optimatumque Armenorum Constantinopolitanorum per paroecias nigro inpressa sunt, nominibus quam pluribus infrascriptis, in marginibus sinistro et inferiore, quae videre est op. cit., p. 333-338. A tergo legitur: *Elezione in Pat*(riar)*ca di Gerusalemme del | fù Gregorio de' Deodati fatta dal | Clero, e popolo di Cost*(antino)*poli. l'An*(no) *di N*(ostro) *S*(ignore) | *1761 a dì 6 Xbre.*

V. An. 1772 (Arm. 22 feb. 1221), chart., mm. 718 × 498, f. 1.

Instrumentum concordiae inter clerum et optimates Armenos Constantinopoli constitutos de Gregorio ⟨Pasmaǵean⟩ patriarcha, die 22 februarii 1772, a Gregorio Galemkhearean editum, op. cit., p. 342 sq.

Documentum charactere *notergir* exaratum 203 sigilla exhibet nigro colore inpressa, quorum nomina publici iuris facta sunt, op. cit., p. 344-350. A tergo legitur: *Confederazione e protesta del Clero, e | popolo di Cost*(antino)*p*(o)*li, in favore del fù Patr*(iar)*ca | di d*(ett)*a citta quondam Greg*(ori)*o de Deodati, | contro alcuni Nazionali di lui malevoli | fatta l'An*(no) *di N*(ostro) *S*(ignore) *1771* (sic). *a dì 22 Feb*(rua)*r*(i)*o*.

VI. An. 1765 (Arm. 10 sept. 1214), chart., mm. 735 × 381, f. 1.

Litterae Simeonis catholici Edšmiadzinensis ad clerum et populum Constantinopolitanum de concordia cum eorum patriarcha servanda, quas edidit Gregorius Galemkhearean, op. cit., p. 338-342.

Epistulam charactere *notergir* nitide exaratam commendant litterae initiales Յի et Է nec non imago ecclesiae variis coloribus depicta. Sigilla minio inpressa sunt catholici et alterius, quem nescimus, epistulae integritatem conprobantis, cum folium ex duabus partibus constet glutine conexis. A tergo legitur: *Lettera del penultimo Pat*(riar)*ca di Ecimiazin | Simone, scritta al Clero, e popolo | Armeno di Cost*(antino)*p*(o)*li in favor del fù | Greg*(ori)*o de Deodati Pat*(riar)*ca di d*(ett)*a città contro | dei malevoli di lui, a cui non essendo | ves*(cov)*o dà l'autorità di servirsi di Mitra | ep*(iscopa)*le nella Messa; l'An*(no) *di N*(ostro) *S*(ignore) *1765. 28. 7bre.*

VII. An. 1700 (Arm. 18 aug. 1149), chart., mm, 520 × 355, f. 1.

Litterae, quibus Nahapet, Edšmiadzinensis catholicus, clero populoque oppidi Gumuš-ḫane significat electionem in episcopum Gregorii vardapet, inc.: Յի Քի ծառայ տէր Նահապետ կ(ա)թ(ո)ղիկոս ամ Հայոց և պատրիարգ Վաղարշապատու ... « Iesu Christi servus dominus Nahapet, catholicus omnium Armenorum et patriarcha Vałarčapatensis ... »; des.: Գրեցաւ ռճխթ թ(ո)ւին օգոստոս ժը. 'ի բարձրափառ Սբ Աթոռս Էջմիածին վերջ « Scriptum est anno 1149 (= 1700 A. D.), die 18 augusti, apud gloriosum sanctum thronum Edšmiazinensem. Finis ».

Epistulam charactere *notergir* nitide exaratam distinguunt litterae initiales Յի et Է nec non imago ecclesiae variis coloribus depicta. Sigillum catholici minio inpressum.

VIII. An. 1711 (Arm. 30 aug. 1160), chart., mm. 625 × 297, f. 1.

Epistula patriarchae Hierosolymitani ad Armenos Beroeenses eorumque primarium Petrum, quondam catholici Ciliciae coadiutorem, ad eleemosynas exposcendas pro ecclesia s. sepulchri, inc.: Ի սբ և փառաւորե(ա)լ Ածապերճ և Ածաբնակ հրաշալիր և հրաշակերտ ... սբ ք(ա)ղ(ա)քէս յե(րուսաղէ)մ ... « In sancta et gloriosa, a Deo inlustrata et habitata, mirifica et prodigiosa, sancta urbe Hierusalem ... »; des.: Գր(ե)ց(ա)ւ նամակս օրհնութե(ան) ըստ հայկականաց տումարիս, և 'ի թուաբերութե(ան)ս ռճկ. ին. և օգոստոսի Լ. ի սբ ք(ա)ղ(ա)քս ե(րուսաղէ)մ. Առ դրան մեծահռչակ և ափե եղական քանիստ սբ Աթոռոյս Մեծի ան եղբօրն սբյն Յ(ա)կ(ով)(բա)յ. և նախապահ վիճակին ամ Հայոց 'ի փառս այ, և սբյ տանն դատաստանի (աշխարհի). Ծանուցումն վայելուչ. Հայր մեր ՚բոլոր սրտիւ. « Exarata est epistula benedictionis secundum kalendarium Armenorum anno 1160 (A. D. 1711) die 30 augusti, in sancta civitate Hierusalem, apud portam celeberrimi atque oecumenici loci, ubi mansit Christus, sancti throni magni fratris Domini, sancti Iacobi, principalis dioecesis universorum Armenorum, ad Dei gloriam et sanctae domus iudicii mundi. Significatio utilis. *Pater noster* ex toto corde ».

Epistula polite scripta charactere *notergir*. Littera initialis et Է in summa pagina rubro, caeruleo et croceo colore distinctae. Duae primae lineae minio scriptae. Sigilla inpressa sunt patriarchatus Hierosolymitani Armenorum minio et cuiusdam Iohannis Քրի ծ(ա)ռ(այ) Յ(ո)վ(հան)նէս ռճծդ « Christi servus Iohannes anno 1154 » colore nigro. In imo folio averso littera *E*.

IX. An. 1680 (Arm. 2 aug. 1129), chart., mm. 427 × 251, f. 1.

Epistula Sahak catholici Ciliciae de synodo in oppido Vakhay deque concordia cum Azaria, inc.: Յի Քի ծառայ Սահակ կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)ս ամ Հայոց. և Պատրիարքք սբ աթոռոյն յե(րուսաղէ)մ(ա)յ. և սպասաւոր սբ լու-

ւորչի աջոյն ... « Iesu Christi servus Sahak catholicus omnium Armenorum et patriarcha sancti throni Hierosolymitani atque minister dexterae sancti Inluminatoris ... »; des.: ... մինչև որ պարտքն վճարվի. Գրեցաւ թվին. ռճիթ. և օգոստոսի. բ: « ... donec debitum solvatur. Exaratum est anno 1129 die 2 augusti ».

Epistula scripta est charactere *notergir*. Prima linea et aliquot maiores litterae rubrae. Sigillum catholici minio inpressum Քի ծ(առ)ա(յ) Ս(ա)հ(ա)կ կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)ս հ(ա)յ(ո)ց պ(ա)տր(իար)գ ս(ու)րբ (յ)ե(րուսաղէ)մա(յ) ռճիգ « Christi servus Sahak catholicus, Armenorum patriarcha sanctae Hierusalem (anno) 1123 (= A. D. 1673-4) ». In ima pagina aversa littera *G*.

Integumentum recens ex membrana telaque nigra stemmata exhibet Pii X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii nec non inscriptionem *Mus*(eo) *Borg*(iano) *P*(ropaganda) *F*(ide) *Armeno 65*.

66. Saec. XVIII, chart., mm. 255 × 183, ff. 250.

Pseudo-Dionysii Areopagitae opera ex latino in armenum reddita, commentarioque, praesertim secundum Maximum, aucta a Stephano Lehatsi, ut in codd. Mechitaristarum Vindobonensium 255 et 290; de hac translatione vide sis Garegin Zarphanelean, *Catalogue des anciennes traductions arméniennes*, Հայկական Թարգմանութիւնք Նախնեաց, Venetiis, 1889, p. 391-394. [1] (f. 3) Praefatio translatoris, quae edita est a Iacobo Dashian, *Catalog* ..., part. arm., p. 647, [2] (f. 7) ad Timotheum episcopum Ephesinum de caelesti hierarchia, praemissis (f. 3v) titulo et indice capitum, inc.: Ամենայն տուրք բարիք և ամ(ենայն) պարգևք կ(ա)տ(ա)ր(եա)լք 'ի վերուստ են իջեալ առ 'ի Հօրէն լուսոյ ... « Omnia data bona, et omnia dona perfecta desursum sunt descendentia a Patre lucis ... »; [3] (f. 57) ad Timotheum Pauli discipulum episcopum Ephesinum de hierarchia ecclesiastica, titulo et indice capitum praemissis, inc.: Գլուխ ա: Օ՛ինչ է եկեղեցական՛ս քահանայապետութեան աւանդութիւն, և զինչ այսորիկ դիտումն: « Caput I. Quae sit ecclesiasticae hierarchiae traditio et quis eius scopus ... »; [4] (f. 113) ad Timotheum episcopum de divinis nominibus, praemisso (f. 112) titulo cum indice capitum, inc.: Գլուխ ա. Օ՛ինչ դիտաւորութիւն գրոյս, և զինչ յաղագս աստուածային անուանց աւանդու(թ)իք, և ասացեալքն ... « Quis sit finis libri, et quae de divinis nominibus tradita et dicta sunt ... »; [5] (f. 215v) ad Timotheum episcopum Ephesinum de mystica theologia, praemissis titulo et indice capitum, inc.: Գլուխ ա. Օ՛ինչ է աստուածային մէգ ... Ե(րրո)րդութիւն գերագոյն, և գերագոյնդ աստ ... « Caput I. Quae sit divina caligo ... Trinitas suprema, et supremus Deus ... »; [6] (f. 222v) epistulae X, praemisso indice, Gaio IV, Dorotheo I, Sosipatro I, Polycarpo I, Demophilo I, Tito I, Iohanni evangelistae I; [7] (f. 245v) translatoris adnotatio in epistulam ad Titum de dormitione s. Dei genetricis, quae in codicibus armenis

tantum inventa, consulto dicitur omissa; [8] (f. 246) vita s. Dionysii ut in cod. 290 supra memorato inc.: Բազումք 'ի յունաց, և 'ի լատինացւոց վարդապետաց պատմութիւն, և վիպասանութիւն դրոշմեցին վասն վարուց և նահատակութեան սրբոյն դիոնէսիոսի ... « Multi inter graecos latinosque doctores historiam et narrationem scripserunt de moribus et martyrio sancti Dionysii ... ».

Codex eleganter exaratus littera *notergir*, binis columnis quae lineis caerulis auroque saepiuntur. Tituli rubri. Litterae maiores minio, maximae vero variis coloribus depictae sunt, nec non ornamenta, quae operum initia distinguunt ff. 3. 7. 58. 113v. 216. 223. 237v. F. 2: *S. Dionisii Areop.* | *opera*. F. 6v imago D. N. I. C. et s. Dionysii. F. 7 doctores (*vardapet*) duodecim. F. 247v sigillum nigro colore inpressum, cum imaginibus agni, D. N. I. C. [cruce adfixi et cuiusdam hominis, forsitan possessoris: Յի Քի ծ(առ)ա(յ) տէր ղազարոս եպի [....] պռնուս ռճղ « Iesu Christi servus, dominus Lazarus, episcopus [...] anno 1190 (= 1640-1 A. D.) ». Ff. 1. 2. 4v. 5. 6r. 248. 249 vacua.

Integumentum ex velluto rubro clauditur tribus catenulis argenteis.

67 (olim 1). An 1440-1 (Arm. 890, cf. ff. 516v. 523), chart., mm. 324 × 208, ff. 534.

Lectionarium seu ⟨Ճաշոց⟩, (cf. cod. 61) iuxta consuetudinem ecclesiae armenae, sed non sine additamentis et mutationibus ex kalendario romano, ut significant nomina mensium. Titulos festorum referimus, prout in codice sunt, sed brevitatis causa non distinguimus quod in textu et quod in mg. inf. scribitur. [1] (f. 1) In vigilia et festo epiphaniae Dñi addito ritu benedictionis aquae (f. 15); [2] (f. 21) die II post epiphaniam; [3] (f. 24) die III; [4] (f. 26) die IV; [5] (f. 27) die V; [6] (f. 28) die VI; [7] (f. 30) die VII; [8] (f. 31) die VIII; [9] (f. 33) die 14 februarii, *Ὑπαπαντὴ Κυρίου*; [10] (f. 35) die 1 mensis navasard, in festo s. Iohannis praecursoris; [11] (f. 36v) die 20 mensis sahmi, ss. Petri patriarchae ⟨Alexandrini⟩ et Absalom diaconi; [12] (f. 37v) s. Antonii eremitae; [13] (f. 38) s. Theodori (in mg. Theodosii) regis et puerorum Ephesinorum; [14] (f. 39) ss. Athanasii et Polyeucti; [15] (f. 40) ss. Gregorii (theologi), Gordii et Polyeucti; [16] (f. 40v) ss. Ciryci et matris eius Iulittae et Abdelmesih; [17] (f. 41) ss. Eugeniae virginis et patris eius Philippi et matris eius Claudiae, atque duorum fratrum Serg⟨ii et Abdonis⟩; [18] (f. 42) tertia feria II (h. e. post epiphaniam), ss. Maruthae episcopi et Vahani Gołthnensis; [19] (f. 42v) ⟨feria⟩ III, ss. Eugenii et sociorum eius; [20] (f. 43) feria IV; [21] (f. 44) tertia feria V, s. Gregorii theologi; [22] (f. 44v) tertia feria VI; [23] (f. 45v) sabbato, s. Barsaumae eremitae; [24] (f. 46v) dominica III; [25] (f. 47v) quarta feria II, s. Blasii episcopi; [26] (f. 48v) quarta feria III, s. Polycarpi sacerdotis; [27] (f. 49) feria IV; [28] (f. 50) quarta feria V, s. Asaph prophetae et ss. virginum et ss. martyrum; [29] (f. 50v) quarta feria VI; [30] (f. 51v) quarto sabbato, s. Cornelii centurionis et ss. Symeonis consanguinei Domini et բադո՛ (?) episcoporum; [31] (f. 52) dominica IV; [32] (f. 55v) feria II, ss. Atomianorum; [33] (f. 56) feria III, ss. Suchiasitarum; [34] (f. 56v) feria IV; [35] (f. 57v) feria V, ss. Oskeanorum; [36] (f. 58) feria VI; [37] (f. 59) sabbato, s. Isaac Parthi; [38] (f. 59v) dominica VI (sic, V omissa); [39] (f. 60v) feria II,

s. Pionii presbyteri; [40] (f. 61v) feria III, ss. Leontianorum presbyterorum; [41] (f. 62) feria IV; [42] (f. 62v) feria V, ss. Vardanistarum; [43] (f. 63v) feria VI; [44] (f. 64v) sabbato, ss. patrum concilii Constantinopolitani (in mg. Nicaeni) [45] (f. 65v) dominica praecipuorum hilariorum; [46] (f. 69) feria II abstinentiae salis; [47] feria III; [48] (f. 69v) feria IV; [49] (f. 71) prima feria V; [50] prima feria VI; [51] (f. 73v) primo sabbato, s. Theodori militis; [52] (f. 74v) dominica II; [53] (f. 78) feria II hebdomadis secundae ieiunii, monitione liturgica in pag. ant. praemissa; [54] (f. 80) feria III; [55] (f. 82v) feria IV; [56] (f. 84) feria V; [57] (f. 87) feria VI; [58] (f. 89) sabbato, s. Cyrilli Hierosolymitani patriarchae et ⟨alterius Cyrilli⟩ et matris eius Annae; [59] (f. 90) dominica III; [60] (f. 93v) feria II hebdomadis tertiae ieiunii; [61] (f. 94v) feria III; [62] (f. 95v) feria IV; [63] (f. 97) feria V; [64] (f. 98) feria VI; [65] (f. 99v) sabbato, s. Iohannis Hierosolymitani patriarchae; [66] (f. 100v) dominica IV; [67] (f. 104v) feria II hebdomadis quartae; [68] (f. 105v) feria III; [69] (f. 107v) feria IV; [70] (f. 108) feria V; [71] (f. 109v) feria VI; [72] (f. 111v) sabbato, ss. XL ⟨martyrum⟩; [73] (f. 112v) dominica V; [74] (f. 116v) feria II hebdomadis quintae; [75] (f. 117) feria III; [76] (f. 118) feria IV; [77] (f. 119v) feria V; [78] (f. 121) feria VI; [79] (f. 122) sabbato, s. Gregorii inluminatoris ingressus in puteum; [80] (f. 123v) dominica VI; [81] (f. 128) feria II hebdomadis sextae; [82] (f. 129) feria III; [83] (f. 130) feria IV; [84] (f. 131) feria V; [85] (f. 131v) feria VI; [86] (f. 133v) sabbato, conmemoratio resurrectionis Lazari; [87] (f. 136) dominica Palmarum in adventu D. N. I. C.; [88] (f. 138) feria II magna; [89] (f. 143v) feria III magna; [90] (f. 150v) feria IV magna; [91] (f. 154v) feria V magna; [92] (f. 157v) praeconium mandati; [93] (f. 160v) ad pedum lavationem; [94] (f. 169v) feria VI magna; [95] (f. 192v) sabbato magno; [96] (f. 211) ⟨dominica Paschatis⟩; [97] (f. 212v) prima feria II post sanctum Pascha; [98] (f. 214) feria III; [99] (f. 216) feria IV; [100] (f. 217) feria V; [101] (f. 218v) feria VI; [102] (f. 220v) sabbato, s. Iohannis Baptistae ⟨decollatio⟩; [103] (f. 222v) domenica II; [104] (f. 225v) feria II; [105] (f. 227v) feria III; [106] (f. 229) die 6 aprilis (in mg. vero secunda feria IV), adnunciatio Deiparae; [107] (f. 230v) feria IV; [108] (f. 231v) feria V; [109] (f. 233) feria VI; [110] (f. 234v) sabbato; [111] (f. 236) dominica III, universalis ecclesiae; [112] (f. 238v) feria II; [113] (f. 239v) feria III; [114] (f. 241) feria IV; [115] (f. 243) feria V; [116] (f. 245) feria VI; [117] (f. 247) sabbato; [118] (f. 248v) dominica IV; [119] (f. 250v) feria II; [120] (f. 252) feria III; [121] (f. 253v) feria IV; [122] (f. 254v) feria V; [123] (f. 256v) feria VI; [124] (f. 258v) sabbato; [125] (f. 260v) die 7 maii (in mg. inf. dominica V), festum s. Lucae evangelistae et adparitionis Crucis; [126] (f. 263) dominica V; [127] (f. 264v) feria II; [128] (f. 266) feria III; [129] (f. 267v) feria IV; [130] (f. 268v) feria V; [131] (f. 270) feria VI; [132] (f. 272) sabbato; [133] (f. 274) dominica VI; [134] (f. 275v) feria II; [135] (f. 277) feria III; [136] (f. 278) feria IV; [137] (f. 281v) adscensio Christi Dei nostri; [138] (f. 282v) feria VI; [139] (f. 283v) sabbato; [140] (f. 285v) domenica VII, Floricultus; [141] (f. 287) feria II; [142] (f. 288) feria III; [143] (f. 289) feria IV; [144] (f. 291) feria V; [145] (f. 293) feria VI; [146] (f. 295) septimo sabbato Pentecostes, lectio evangelica abrupte des. (f. 296v) in Ioh. 13, 33, *թէ ուր ես եր[թամ]*, folio uno avolso; [147] (f. 297) dominica Pentecostes, prae-

missis precibus a **Nersete Lambronatsi** conpositis (cf. Brev. Armen. ed. Vindobonae, 1879, II, p. 575), quae raro in codd. lectionarii inveniuntur; [148] (f. 314v) die II descensus ss. Spiritus; [149] (f. 315) feria III (in mg. vero die II script.); [150] (f. 316) die III descensus ss. Spiritus; [151] (f. 316v) feria IV (in mg. die IV ieiunii); [152] (f. 317v) die IV descensus ss. Spiritus; [153] (f. 318) feria V; [154] (f. 319) die V descensus ss. Spiritus; [155] (f. 319v) feria VI; [156] (f. 320) die VI descensus ss. Spiritus; [157] (f. 321) die 1 maii (in mg. sabbato), conmemoratio Hieremiae prophetae; [158] (f. 323) die VII descensus ss. Spiritus; [159] (f. 324) dominica II, Eliae prophetae; [160] (f. 325v) die 6 hori, ss. Rhipsimitarum (in mg. feria II, s. Rhipsimes et sociarum eius); [161] (f. 326v) die 7 hori, ss. Gaianitarum (in mg. feria III, s. Gaianes virginis et sociarum eius); [162] (f. 327) feria IV; [163] (f. 328) die 7 sahmi (in mg. feria V) ss. Iohannis Baptistae et Athenogenis episcopi et martyris; [164] (f. 329) feria VI; [165] (f. 329v) die 10 sahmi (in mg. sabbato), s. Gregorii ⟨inluminatoris⟩ egressus e puteo; [166] (f. 330v) dominica II, dedicatio ecclesiae catholicae (h. e. ecclesiae a s. Gregorio aedificatae); [167] (f. 332v) feria II, puerorum Bethlehemitarum ab Herode interfectorum; [168] (f. 333) die 20 sahmi (in mg. feria III) ss. Nuniae et Maniae; [169] (f. 334) feria IV; [170] (f. 334v) die 30 sahmi (in mg. feria V), ss. Sergii et Bacchi; [171] (f. 335v) feria VI; [172] (f. 336) die 11 maii (in mg. sabbato) ss. Mocimi (*մովկիմա*) presbyteri et Codrati militis; [173] (f. 337) dominica III (sic in mg., in textu vero IV); [174] (f. 338) die 12 maii (in mg. feria II) s. Epiphanii archiepiscopi; [175] (f. 338v) die 22 maii (in mg. feria III), Constantini imperatoris; [176] (f. 339v) feria IV; [177] (f. 340v) die 23 maii, ss. Theodori Galatae, Thalelaei medici et VII virginum; [178] (f. 341) feria VI; [179] (f. 342) die 10 trē, inventio reliquiarum s. Gregorii Armenorum inluminatoris; [180] (f. 342v) dominica IV (V in textu et in mg.); [181] (f. 344) die 12 trē, (in mg. feria II) ss. Narsetis patriarchae et Chadi episcopi; [182] (f. 344v) die 15 trē, Danihel prophetae et trium puerorum; [183] (f. 345v) feria IV; [184] (f. 346v) die 10 (*sic*) trē, ss. Interpretum Isaac et Mesrob; [185] (f. 347v) feria VI; [186] (f. 348) die 20 iunii, Zachariae prophetae et patris Onuphrii; [187] (f. 349) dominica V (sic in mg., VI in textu); [188] (f. 350) die 1 (vel 21) trē, Tiridati regis et Ašẖen uxoris et H̱osrowidouẖt; [189] (f. 351) die 2 (vel 22) trē, ss. nepotum ⟨Gregorii inluminatoris⟩, Aristacis, Verthanis, Yousik, Gregorii et Danihelis presbyteri; [190] (f. 352) feria IV; [191] (f. 353) die 14 iunii (in mg. feria V), Elisei prophetae; [192] (f. 354) feria VI; [193] (f. 355) die 2 iunii (in mg. sabbato), ss. XII apostolorum; [193] (f. 356), dominica VI (sic in mg., VII in textu); [194] (f. 357v) feria II, ieiunium Transfigurationis; [195] (f. 358) feria III; [196] (f. 359) feria IV; [197] (f. 360) feria V; [198] (f. 361) feria VI; [199] (f. 361v) sabbato, arcae ⟨Dei conmemoratio⟩; [200] (f. 363) transfiguratio D. N. I. C.; [201] (f. 375v) feria II; [202] (f. 377v) feria III; [203] (f. 378) die 2 khałots, ss. Istbuzt, Procopii et XLVIII martyrum, qui Nicopoli interfecti sunt; [204] (f. 379) feria IV; [205] (f. 379v) die 20 iunii, Isaiae prophetae; [206] (f. 380v) feria VI; [207] (f. 381v) sabbato, ss. Thaddei apostoli et Sandouẖt virginis; [208] (f. 382v) dominica II; [209] (f. 383v) die 15 khałots, s. Susannae, filia s. Vardanis, Armenorum ⟨prin-

cipis⟩ [210] (f. 384) die 5 yarats, ss. Cypriani episcopi et Iustinae virginis; [211] (f. 385) feria IV; [212] (f. 385^{v}) die 15 yaratz, ss. Euphemiae, Christinae et XLV martyrum, qui cum eis interfecti sunt; [213] (f. 386^{v}) feria VI; [214] (f. 387^{v}) die 13 yareg, ss. patriarcharum Adam, Abel, Seth, Enos, Henoch, Noe, Melchisedech, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moysis, Aharon, Eleazar, Iosue, Samuhel et aliorum patriarcharum; [215] (f. 391) dominica II (*sic*); [216] (f. 392^{v}) die 17 arats (in mg. feria II) ss. Isaac et Ioseph, qui interfecti sunt in urbe Karin; [217] (f. 393^{v}) die 12 yareg (in mg. feria III), XII prophetarum Osee, Amos, Micheae, Iohel, Abdias, Ionae, Nahum, Habacuc, Sophoniae, ⟨Haggei⟩, Zachariae, Malachiae, cum vitis uni cuique lectioni subiectis, ut in cod. Borg. Armeno 61, n. 235; [218] (f. 397) feria IV; [219] (f. 398) die 15 iulii (in mg. feria V), ss. Athenogenis archiepiscopi et X discipulorum eius; [220] (f. 398^{v}) feria VI; [221] (f. 399^{v}) die 30 yareg (in mg. sabbato), s. concilii Ephesini; [222] (f. 400^{v}) dominica IV; [223] (f. 401^{v}) die 1 augusti (in mg. feria II), s. Eleazar et VII puerorum ac matris eorum Samonae; [224] (f. 402^{v}) die 2 augusti (in mg. feria III), Sophiae et filiarum eius virginum Pisteos, Elpidos et Agapes; [225] (f. 403) feria IV; [226] (f. 404) die 4 trē (in mg. feria V) s. Christophori, qui est natione Cynocephalus; [227] (f. 405) feria VI; [228] (f. 405^{v}) die 17 yareg (in mg. sabbato), ss. Antonini, Aniceti, Photini et Theophilianorum, nec non Narsetis catholici; [229] (f. 406^{v}) domenica V; [230] (f. 407^{v}) feria II, ieiunium Deiparae; [231] (f. 408) feria III; [232] (f. 409) feria IV; [233] (f. 409^{v}) feria V; [234] (f. 410^{v}) feria VI; [235] (f. 411) sabbato, *šołakaṭ* i. e. visionis s. Gregorii inluminatoris; [236] (f. 412) dormitio s. Deiparae; [237] (f. 415^{v}) feria II; [238] (f. 416^{v}) feria III; [239] (f. 417) feria IV; [240] (f. 418) feria V, ss. Gregorii Agrigentini et Babylae episcoporum, nec non trium discipulorum huius; [241] (f. 418^{v}) feria VI; [242] (f. 419^{v}) die 20 augusti (in mg. sabbato), ss. Ioachim et Annae parentum Deiparae, item ss. evangelistarum Matthei, Marci, Lucae et Iohannis; [243] (f. 420^{v}) dominica II; [244] (f. 421^{v}) die 17 yareg (in mg. feria II), ss. Tevini (դիւնոսի) presbyteri et Stephani Ulnensis; [245] (f. 422) die 18 augusti (in mg. feria III), s. Andreae ducis militum et exercitus eius, nec non ss. Callinici et Diomedis medici; [246] (f. 423) feria IV; [247] (f. 423^{v}) die 6 augusti (in mg. feria V), ss. Hadriani et uxoris eius Anatoliae, nec non Theodori stratelatae et Thyrsi martyris; [248] (f. 424^{v}) feria VI; [249] (f. 425) die 19 augusti (in mg. sabbato), s. Thomae apostoli; [250] (f. 426) dominica III; [251] (f. 427) die 3 meheki (in mg. feria II), ss. Mesropis, Elisei, Mosis grammatici, patris Davidis Anyałṭ philosophi, Gregorii Narekatsi et Thomae doctoris; [252] (f. 428) die 15 yareg (in mg. feria III), ss. prophetarum Ezechihelis, Esdrae et Zachariae patris Iohannis; [253] (f. 429^{v}) feria IV; [254] (f. 430^{v}) feria V, ss. CCCXVIII patrum concilii Nicaeni; [255] (f. 431) feria VI; [256] (f. 431^{v}) die 9 yareg (in mg. sabbato), ss. Iohannis Baptistae et Iob iusti; [257] (f. 433) dominica IV; [258] (f. 434^{v}) ieiunium Crucis; [259] (f. 435) feria III; [260] (f. 436) feria IV; [261] (f. 436^{v}) feria V; [262] (f. 437^{v}) feria VI; [263] (f. 438) die 13 septembris (in mg. sabbato), dedicatio sanctorum locorum in Hierusalem; [264] (f. 439) exaltatio s. crucis; [265] (f. 441^{v}) feria II;

[266] (f. 442) feria III; [267] (f. 443) feria IV; [268] (f. 444) feria V; [269] (f. 444^{v}) feria VI; [270] (f. 445^{v}) sabbato; [271] (f. 446^{v}) dominica II post exaltationem s. crucis; [272] (f. 447^{v}) die 24 septembris (in mg. feria II), ss. Mamantis et Philoctemonis, nec non Symeonis stylitae; [273] (f. 448^{v}) die 25 iunii (in mg. feria III), ss. Febroniae virginis atque Marinae et sociarum eius; [274] (f. 449) feria IV; [275] (f. 449^{v}) die 2 septembris (in mg. feria V), ss. Anthymi episcopi et Irenaei; [276] (f. 450^{v}) feria VI; [277] (f. 451) die 1 yahki (in mg. sabbato), s. Georgii militum ducis; [278] (f. 452) die 3 meheki (in mg. dominica III), festum s. crucis in monte Varag; [279] (f. 452^{v}) die 17 yareg (in mg. feria II), s. Davidis qui in (urbe) Dvin interfectus est; textus, qui abrupte desinit in ipso f. 452^{v}, continuatur f. 524, fasciculo XII foliorum (ff. 524-535) ex longo a glutinatore in fine codicis conposito; [280] (f. 524^{v}) die 20 septembris (in mg. feria III), ss. Eustratii, uxoris eius et duorum filiorum, nec non ss. virginum Hermiones et Nectarinae; [281] (f. 525) feria IV; [282] (f. 526) die 1 yahki (in mg. feria V), ss. principum Isaac et Hamazasp; [283] (f. 527) feria VI; [284] (f. 527^{v}) die 2 yahki (in mg. sabbato), LXXII discipulorum; [285] (f. 528^{v}) dominica IV; [286] (f. 529^{v}) die 2 septembris (in mg. feria II), ss. Phocae episcopi et Irenaei successoris apostolorum; [287] (f. 530^{v}) die 20 septembris (sic, in mg. feria III), ss. Theclae et Barbarae virginum, atque Demetrii martyris, qui consummatus est Thessalonicae; [288] (f. 531) feria IV; [289] (f. 532) die 27 iulii (in mg. feria V), ss. Pantaleonis medici et Hermolai presbyteri, nec non Euphrasiae virginis ac sociarum eius; [290] (f. 532^{v}) feria VI; [291] (f. 533^{v}) die 2⟨7⟩ septembris (in mg. sabbato), ss. Callistrati et XLIX martyrum, qui cum eo occisi sunt; [292] (f. 534^{v}) die 3 (in mg. 10) mareri, inventio s. crucis; [293] (f. 535) die 30 septembris (in mg. feria II), inventio reliquiarum s. Gregorii (patriarchae Albanorum), nec non s. patris Thatuli et Vari et Thomae; [294] (f. 535^{v}) die 20 iulii (in mg. feria III), ss. Vari, Antonii, Thomae, Chronidis et septem ⟨χορτοφάγων⟩, textus continuatur f. 453; [295] (f. 453^{v}) feria IV; [296] (f. 454) die 1 octobris (in mg. feria V), ss. Ananiae apostoli et XII doctorum; [297] (f. 455) feria VI; [298] (f. 456) die 10 septembris (in mg. sabbato), ss. Matthiae, Barnabae, Philippi, Silae, Silvani, Timothei et Titi, conlaboratorum (Pauli); [299] (f. 457) dominica VI; [300] (f. 458) die 5 octobris (in mg. feria II), ss. Luciani episcopi et Ioseph « patris Dei », atque Ioseph Arimathiae et mulierum *μυροφόρων;* [301] (f. 458^{v}) die 9 octobris (in mg. feria III), ss. Theodoreti presbyteri et Zenonis militis, nec non Macarii, Eudoxii et Romuli; [302] (f. 459^{v}) feria IV; [303] (f. 460) die 20 octobris (in mg. feria V), ss. decem millium et ducentorum Aretheitarum martyrum; [304] (f. 460^{v}) feria VI; [305] (f. 461^{v}) die 5 octobris (in mg. sabbato), ss. Demetrii et Basilii presbyteri Amaseae; [306] (f. 462) dominica VII; [307] (f. 463) die 2 octobris (in mg. feria II), ss. Anastasii presbyteri et Vari, nec non consummatio Theodoritae et filiorum eius; [308] (f. 464) die 20 octobris (in mg. feria III), ss. Hyperici et sociorum eius, qui Samosatae consummati sunt; [309] (f. 464^{v}) feria IV; [310] (f. 465) die 8 octobris (in mg. feria V), ss. Severiani, Sebasteni et Babylae episcopi atque LXXXIV discipulorum ⟨eius⟩; [311] (f. 466) feria VI; [312] (f. 466^{v}) die 9 octobris (in mg. sabbato), ss. Barlaam

Antiocheni episcopi et puerorum Ephesinorum, qui in monte Oglos consummati sunt; [313] (f. 467) dominica VIII; [314] (f. 468v) die 8 octobris (in mg. feria II), ss. Stephani Romani pontificis et presbyterorum, diaconorum ac populorum, qui cum eo consummati sunt; [315] (f. 469) die 3 novembris (in mg. feria III), ss. Acepsimae episcopi, Ioseph presbyteri et Aithalae diaconi; [316] (f. 470) feria IV; [317] (f. 470v) die 20 novembris (in mg. feria V), ss. pontificum Metrophanis, Alexandri et Pauli confessoris, nec non ss. notariorum (նաւտարաց) Marciani et Mar(tyrii); [318] (f. 471v) feria VI; [319] (f. 472) die 8 novembris (in mg. sabbato), ss. archangelorum Gabrihelis, Michahelis et totius caelestis exercitus; [320] (f. 473) dominica IX; [321] (f. 474) die 9 novembris (in mg. feria II), ss. Meletii archiepiscopi et Milis episcopi, nec non s. martyris Menae Aegyptii et Eborae (եբեր); [322] (f. 474v) die 10 novembris (in mg. feria III), s. Iohannis Chrysostomi; [323] (f. 475v) feria IV; [324] (f. 476) ss. Guriae et Samonae, nec non Romani monachi, qui Edessae ⟨consummati sunt⟩ (sic, lege: ss. G. et S. ⟨et Habibi⟩, qui Edessae ⟨consummati sunt⟩, nec non Romani monachi) et infantis ⟨Antiocheni confessoris⟩; [325] (f. 477) feria VI; [326] (f. 477v) die 17 novembris (in mg. sabbato), s. Philippi apostoli; [327] (f. 478v) dominica X, hilariorum Adventus: additur monitum թէ տումարն աւելի բերէ զու յայսմաւուրացն տաւնէ « si kalendarium longius est (h. e. si plures sunt hebdomades ante Adventum), age festa e menologio »; [328] (f. 479v) feria II; [329] (f. 480v) feria III; [330] (f. 481) feria IV; [331] (f. 482) feria V; [332] (f. 482v) feria VI; [333] (f. 483) die 13 novembris (in mg. sabbato), ss. Gregorii thaumaturgi et Nicolai episcopi et Myronis episcopi; [334] (f. 484) dominica II (Adventus); [335] (f. 485) die 19 novembris (in mg. feria II), ss. virginum Iulianae, Barbarae et Basilissae; [336] (f. 485v) die 20 novembris (in mg. feria III), ss. apostolorum Iacobi et Symeonis; [337] (f. 486v) feria IV; [338] (f. 487) die 23 novembris (in mg. feria V), ss. Clementis episcopi et Pancratii episcopi; [339] (f. 488) feria VI; [340] (f. 488v) die 24 novembris (in mg. sabbato), s. Andreae apostoli; [341] (f. 489) dominica III; [342] (f. 491) die 2 decembris (in mg. feria II), ss. Ianuarii episcopi et Mercurii martyris; [343] (f. 491v) die 23 octobris (in mg. feria III), ss. Iacobi (intercisi) et Iravaphara (?); [344] (f. 492v) feria IV; [345] (f. 493) die 20 octobris (in mg. feria V), ss. patrum Pauli (primi eremitae Պաւղոսի), Pauli (simplicis պարզա), Macarii, Evagrii, Arsenii, Sisiani, Iohannis in puteo, Iohannis brevis staturae et aliorum; [346] (f. 494) feria VI; [347] (f. 495) die 11 decembris (in mg. feria III in ras. supra շաբ = sabbato), ss. apostolorum Bartholomei et Thomae; [348] (f. 495v) dominica IV; [349] (f. 497) die 12 decembris (in mg. sabbato), s. Nicolai episcopi Myrensis (զմիւռնիա = Smyrnae); [350] (f. 497v) die 13 decembris (in mg. feria II), ss. Menae et Hermogenis, Eugraphi et voluntariorum pauperum Iohannis (Calybitae) et Alexii; [351] (f. 498v) feria IV; [352] (f. 499) die 15 decembris (in mg. feria V), ss. Eustratii, Auxentii, Eugenii, Orestis et Mardarii; [353] (f. 500) feria VI; [354] (f. 500v) die 17 decembris (in mg. sabbato), ss. Iacobi Nisibeni archiepiscopi, Meletii episcopi et Marugae

ascetae; [355] (f. 501v) dominica V; [356] (f. 502) die 20 decembris (in mg. feria II), s. Ignatii patriarchae; [357] (f. 503v) die 22 decembris (in mg. feria III), ss. Theopompi episcopi, Theonae magi et IV militum Bassi, Eusebii, Eutychii ac Basilidis; [358] (f. 504v) feria IV; [359] (f. 505) die 24 decembris (in mg. feria V), s. Addaei pontificis, qui fuit in urbe Edessa discipulus Thaddei apostoli; [360] (f. 505v) feria VI; [361] (f. 506v) die 25 decembris (in mg. sabbato), ss. Indis et Domnae, nec non Glycerii presbyteri ac viginti millium qui conbusti sunt in ecclesia Nicomediensium; [362] (f. 507v) dominica VI; [363] (f. 508v) die 25 decembris, David prophetae et Iacobi fratris Domini atque festum omnium membrorum familiae Christi; [364] (f. 510) feria IV, s. Stephani; [365] (f. 510v) tertium festum, ss. principum apostolorum Petri et Pauli; [366] (f. 512) feria VI, quae inter haec festa maiora semper locum habet; [367] (f. 515) die 2 (sic pro 29) decembris, ss. apostolorum filiorum tonitrus, praemissa (f. 512v) dormitione Iohannis; [368] (f. 516v) dominica VII; [369] (f. 518) ieiunii s. epiphaniae dies I; [370] (f. 518v) dies II; [371] (f. 519v) dies III; [372] (f. 520) dies IV; [373] (f. 521) dies V; [374] (f. 521v) die 1 ianuarii (in mg. sabbato), s. Basilii pontificis et fratris eius Gregorii Nysseni, nec non Silvestri pontificis ac Ephrem abbatis.

Codicem binis columnis exaratum charactere *bolorgir* efficiunt fasciculi XLVI, primo fasciculo octo foliorum nunc in duos diviso. Hoc et tricensimo quarto quattuordecim foliorum exceptis, omnes fasciculi seniones sunt, quorum vicensimus septimus et quadragesimus sextus folium unum perdiderunt. Tituli et litterae maiores minio picta, maximae vero litterae coloribus distinguuntur rubro et roseo. Ornamenta caeruleo rubro roseo pigmento sat rudi manu expressa exstant cum in marginibus, ubi initia unius cuiusque festi indicant, tum in frontibus ff. 1. 211. 297, ubi festa solemniora designant Epiphaniam Pascha Pentecosten. In marginibus inf., quae titulos festorum continent, passim adiectae sunt invocationes, quarum non nullae librarii nomen referunt, e. g. f. 73v, ubi habetur festum s. Theodori, monasterii protectoris (cf. f. 523v): և զիս զանիմաստ յիշեա ծնաւղիւք զյովսէփ « et me insipientem Ioseph conmemora cum parentibus ». Nomen Ioseph, quod etiam invenitur in ff. 108. 193. 205 (in textu columnae alterius). 230. 297, inde a f. 335v desideratur, titulo եղկելի « miser » nominis instar solo relicto. Duplex datur subscriptio. F. 516v: Եկեալ կայի յայս կենցաղի | ի ժամանակս որ ես հասի || ի թվականիս Հայոց | մծի. պղ. սրտիւ խնդրեմ | բաղձացի. գտի զայս յոյս ինձ պիտանի քան|զի | եղև ինձ յանկ բանի ի գաւառիս այս տիվրիկի։ Արդ աղաչեմ յամեն|այնսի. զձեզ որ չիք որ սի|ոնի և որ սիրող էք մատեն|ին. և ընթերցող այսմ տառ|ս յիշեսջիք սիրով սրտի | զյովսէփ աբեղ(այ) ննջեցե|լովք իւր համայնիւ և ծնողաւք իւր և զարմի | ամէն. « Constitutus sum in hac vita, tempore quo adveni ego, in anno Armeniae magnae 890 (A. D. 1440). Corde desideravi invenique hanc spem mihi proficuam, nam fuit mihi finis sermonis in hac provincia Tivrik. Oro ergo vos omnes, filii sanctae Sion, et qui librum amatis, et lectores huius scripti; conmemorate in caritate cordis Ioseph monachum, cum defunctis eius omnibus, parentibus eius et familiae. Amen ». F. 522v: փառք անբաժանելի և | միասնական որ երրոր|դութեն հաւր և որդւոյ և || (f. 523) հոգւոյն սրբոյ այժմ և միշտ | և յաւիտեանս յաւիտենից ամէն։ Արդ յանձ-գեղեալ ու|սումնական քահանայ և ա|ռաքելական մարգարէ|ական և հոգևորու<ղ>ս այս | տառ ձեռամբ յորինայմեղ | և անարժան դրչի սուտա|նուն յովսէփ աբեղի։ Ար|դ գրեցաւ սա ի թվիս Հայոց | . պղ. (ղ eras. in լ, ut opinor, ad inveterandum codicem: 830 pro 890) ի դառնաբեր ժամանակիս. վա ծովացեալ մեղ|աց մերոց։ քանզի որք մեծ|ութեն ընչից ըղձանան ո՛չ | ինչ աշխատութեն զմաւ | ածեն. յայլ յայլ անցանէ՛ն. գաւառս հեռաւորաց | ողորմութեն որոնե|ն. զի զհաճն անձեղուցեալ | մարթա-ցեն։ դա և ընդ | համբաւարած ծովուն | ծփանս նաւարկեալ ք. | որք բարկացայր ալեաւքն | լեռնացեալ կոհակած (sic) և | գաշտանան անդ ընդ ա|պտայր խորոցն. բղխեցեալ | կուտիցն մեա առ մեա ալ|եացն

ած պսակուծող. տէ|րողացն արկանելով։ Խո|կ արհացեալքն սոոր ի|ջեցն ի խխխս (l. խխոս) խուոջիցն||ի խորս խաւարային ձոր|ոցն համարձակին ի քա|րաժեռս գծուարամուտ|տեղեացն։ Ի խնդիր ական|ցն զա-նազանեացն. լաւ|համարելով զմահ անձա|նց քան ունայն ձեռաւք|գնալոցն ժառանգել|զանուն։ Եւ այլք բոտ քէ|րական արուեստին հալ|ոցաւք հնոցն զոսկոյ՝|դիւր արուեստաւորել|ով զանաւթն պա-տուա|կանի։ Ըստ նմին աւրինա|կիս այսմ հոգևանորդ|լուսեղանդ ծաղկաւեա|փթիթ անուշահոտ բու|րա-ստանիս։ Աստուածա|շարամարգարտաւ. և|զանառիկ մեծութիւ. զը|պայծառութիւն որոյ ե|կեղեցւոյ քանզի ունի սա|զբոլոր մեծամեծ տաւնի|ց տէրունականաց զոր սբ|հարքն հաստատեցին|զընթերցուածն զոր յակո|վբոս եղբայրն տն և կիւ|րեղ երս հայր(ապետ). Հաստա|տեցին և զդաւթեան|նուագն նշանաւքով|զործովքն և կաթուղիկէ||(f. 523v)իցն թղթովքն և յոհան|նեան աւետարանաւն|և զտաւնամանակ զսրբ|ոց առաքելոց մարգա|րէից մարտ(իրոսաց) հայր(ապետաց)։ Արդ|գրեցի ես յովսէփ սուտ անուն գրիչս գոյս. ընդ|հովանեաւ սբ թէոդո|րոսի զինաւորի զոր այ|ժմ դերձիկ կոչի և այլ|բա-զմայհաւաք նշխա|րաց յառաջնորդութե|սբ ուխտիս որ ներսէ|սի պատուելի եպ(իսկոպոս)ի որ|այ արա-րիչն զերկնից|արքայութիւն տայ ժառանգել ամէն։ Յիշեցէք|և զվանիցս միաբանքն|սիմէոն աբեղայն և զսա|րկաւագերն. զսարգիսն|զվարդանն. զղազարն|զանտես յոհաննէսն։|Դարձեալ կրկին աղաչեմ զամե-նեսեան. զմանկունս սբ եկեղեցւոյ յի՛ չէջիք ի մաքրափայլ ա|ղաւթս ձեր զմեղուցեալ|գրիչս զյոսէփ. և զու|սուցիչն իմ զարիստակէ|ս վարդապետն. և զծնաւ|ղքն իմ զյակոբ ք(ա)հ(անայ) || աւտարայ մահ|լինելով|խարիպութի մէ գնացել|եղբայրն իմ միքայելին. և զգովեալ եղբայրն իմ զաս|ման սարկ(աւագ) զհանգուցեալ|ոյն առ քս. սուրբ էր վար|ուք և եղբայրն իմ ասման|անուն և ցանկալի զինչ|զաղաւնի էր իւր հոգին|ընդ ձագուց խառն երամ|ով լին ձեռք որ չտանէ տուր|ք աղքատի կամ բարձր|անայ ի յաղաւթի թող|չորանայ (նման suprasc. prima, ut vid., manu) զոր որ ի ծա|ռէն անկեալ չախի։ Ա|գահութի նմա-<ն>հրի քանի|ձգեն կու բորբոքի թէ|շատ սաս թէ սակաւ|յետոյ դառնայ ամէն փոշի։ Արդ որ զայս մեր զ|ինի և հանդիպիք այսմ|սուրբ զձեզ աղաչեմ առ|աստուծոյ յիշմանաբէ|ք զմեզ արժանի թէ սբ|յն քաղցր (ր suprasc.) է և բարի թող|զանցանս զյոսէփ կրօ(նաւոր)ի|և զմայրն (մ suprascr.) իմ զյալամպատ|թուն զանազան մշտա|ք լալագին դիմաւք|տառապեալ կենաւք որ|զայնպիսի գեղեցիկ որ դ||... « Gloria indivisibili et unicae sanctae Trinitati Patri et Filio et Spiritui Sancto nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. Hic absolutus est liber, a Christo conditus, ab apostolis declaratus, a prophetis aedificatus et a Spiritu germinatus, manu peccatoris et inperiti librarii Ioseph falso nominati monachi. Hic ergo descriptus est anno Armenorum 890 (A. D. 1380-1) temporibus luctuosis, propter adfluentia peccata nostra. Quem ad modum illi, qui ubertatem rerum desiderant, nullius pretii faciunt laborem, huc illuc transeunt diligenter per regiones remotas, ut maius lucrum obtineant, immo per undas oceani navigant, quae iratis fluctibus montium instar adtolluntur et deprimuntur profundis abyssis, acervatim procella conmotae in reciprocatione aestus, adspersis spectatoribus perterritis; vel strenui, per clivos depressos in speluncis coenosis in obscuris voraginibus vallium pericula adeunt inter scopulos locorum inaccessibilium, gemmas exquirentes variatas et mori praeoptantes quam excussis manibus nomen abiectum habere. Alii iuxta vasculariorum artem aurum repertum tractant in fornacibus ad conficiendum vas praestantissimum. Ad huiusmodi exemplum, inlustris instigator, planta pollens fragrantis paradisi, acquisivit margaritarum fila et insuperabilem thesaurum, splendorem sanctae ecclesiae. Habet enim hic (liber) omnes partes festorum dominicalium, quae sancti patres conprobaverunt, lectiones quas Iacobus frater Domini et Cyrillus Hierosolymorum patriarcha constituerunt, et Davidicos hymnos cum notis et (cantico Benedicite) opera (Domini Domino = Dan. 3, 57-88) et catholicas epistulas et Iohanneum evangelium et epistulas pro festis sanctorum apostolorum, prophetarum, martyrum, patriarcharum. Haec scripta exaravi ego Ioseph monachus, sub umbra s. Theodori militis, qui nunc dicitur de *Dertzik*, et aliarum multarum reliquiarum, praeside sanctae congregationis domino Nersete venerabili episcopo, cui Creator det possidere regnum caelorum. Amen. Memores estote coenobitarum monasterii, Symeonis monachi et diaconorum Sergii, Vartanis, Lazari, oeconomi Iohannis. Iterum obsecro vos dupliciter, filii sanctae ecclesiae, in vestris puris precibus (memores estote) peccatoris librarii Ioseph et magistri mei Aristacis doctoris, nec non patris mei Iacobi presbyteri, qui in exteris terris mortuus est peregrinando propter decessum fratris mei

Michahelis, atque laudabilis fratris mei Asman diaconi, qui ad Christum migravit; sanctus enim erat moribus, hic frater meus, nomine Asman, carissimus, animam habebat sicut columba cum pullis (cf. Is. 60, 8). Manus, quae non dat eleemosynam pauperi, et non erigitur in oratione, arescat fiatque similis cortici qui cadit ex arbore et rumpitur. Avaritia igni similis est, quantumcumque in igne mittitur ardet, sive multum mittas sive parum, postremo totum in pulverem revertitur. Nunc vos qui post me venturi estis et hunc librum videbitis, ego flens obsecro, memores estote mei pauperculi, ut Dominus Iesus mitis sit et bonus et veniam tribuat animae Ioseph monachi et animae matris meae Yalambatoun, quae multos passa est dolores et vultum habuit lacrymis madidum vitamque calamitatibus adflictam, quae etiam tam pulchros pueros... ». Finis subscriptionis desideratur propter amissionem ultimorum foliorum.

Integumentum ex corio nigro in Oriente confectum. In schedulis chartaceis dorso et paginae internae operculi anterioris adglutinatis antiqua nota codicis *1*, additis in ultima schedula verbis *Lectionarium | armenum*.

68 (olim 2). An. 1357 (Arm. 806, cf. f. 351v), chart., mm. 248×174, ff. 352, linn. 19.

Evangelia quattuor cum praefationibus, sectionum titulis canonibusque Eusebianis. [1] (f. 14) Evangelium secundum Mattheum; [2] (f. 110) evangelium secundum Marcum: inter vv. 8 et 9 cap. 16 titulus minio bis scribitur Աւետարան ըստ Մարկոսի « Evangelium secundum Marcum », ut saepius in codicibus nec non in editione Venet. Iohannis Zohrab an. 1805; in fine vero evangelii atramento additur համբարձմանն կարդա զսա « Hoc legitur in festo Adscensionis » (cf. ed. Zohrab p. 683, ult. not.); [3] (f. 175) evangelium secundum Lucam; [4] (f. 275) evangelium secundum Iohannem: post 21, 25, titulo bis scripto Աւետարան ըստ Յովհաննու « Evangelium secundum Iohannem », pericope addita est de muliere adultera (= 7, 53 - 8, 11), cuius titulum in margine adposuit librarius ipse Իրք կնոջն շնացելոյ « De muliere adultera ». Nota sequitur de origine istius pericopes: Զայս յիշատակ բանի ընկալաւ եկեղեցի յասորւոց աւետարանէ բանիւ պապիասայ ումեմն յովհաննու աշակերտի. որ և յետոյ հերձուած խաւսեցաւ և խոտեցաւ։ Իսկ է կարգ բանին յութսուն ու վեց համարն զկնի այնմ բանի որ ասէ քննեա և տես զի մարգարէ ի գալիլեէ ոչ յառնէ։ Եւսեբի է ասացեալս։ Traditionem hanc accepit ecclesia Syrorum in evangelio verbo Papiae cuiusdam, Iohannis discipuli, qui postea haeresim propugnavit et reiectus est. In ordine vero narrationis numerum octogesimum sextum tenet pericope, post verba 'scrutare (scripturas) et vide quia a Galilaea propheta non surgit'. Haec ab Eusebio dicta sunt ». Praemittuntur: [1] (f. 1v) **Eusebii ad Carpianum epistula** (cf. Iac. Dashian, *Catalog*... p. 39); [2] (f. 3v) canones Eusebiani; [3] (f. 11) praefatio evangelii sec. Mattheum, Zohrab, p. 647; [4] (f. 12) sectionum tituli et concordantiarum tabula, ibid., quae des. in Մատթէոս քանն տեղի երկուքն համաձայնին; [5] (f. 107) praefatio evangelii sec. Marcum, ibid. p. 669; [6] (f. 108) sectionum tituli, ibid.; [7] (f. 170v) praefatio evang. sec. Lucam, ibid., p. 684; [7] (f. 171v) sectionum tituli, ibid. p. 683; [8] (f. 272v) praefatio evang. sec. Iohannem, ibid. p. 706; [9] (f. 273) sectionum tituli, ibid.

Codex charactere *bolorgir* nitide exaratus triginta fasciculis constat, qui sunt seniones exceptis primo et quinto, qui 10 folia continent, secundo qui 11, trigesimo qui 9. Litterae minores armenae fasciculos distinguunt in margine inf. primae et ultimae paginae, desiderantur tamen nota anterior primi fasciculi ultimique posterior. Litterae maiores rubro vel caeruleo colore distinguuntur, maximae vero roseo. Ff. 1ᵛ. 2 epistula ad Carpianum porticibus includitur, quarum in fastigiis depictae sunt variis coloribus effigies Eusebii Carpianique schedulam manu gerentium. Ff. 3ᵛ-10 canonum concordantiae item includuntur porticibus, quas conmendant figurae plantarum piscium avium simiarum. F. 14 frons evangelii primi ornatur imagine B. M. V. cum puero Iesu. Simulacra exstant s. Marci (f. 109ᵛ) et s. Lucae (f. 174ᵛ) scribentium, s. Iohannis vero ad Prochorum dictantis (f. 274ᵛ); effigies s. Matthei periit, avolso folio quarto fasciculi secundi. In marginibus habentur ornamenta colore roseo depicta, quibus notantur lectiones pentecostales 42, nec non imagines aliquae: f. 93ᵛ apostoli tres, f. 95ᵛ Iesus in caelum adscendens et apostoli tres, f. 104 Ioseph ab Arimathia, f. 105 mulieres *μυροφόροι*, f. 177 archangelus Gabrihel, f. 203ᵛ Simon pharisaeus, f. 217 homo genua flectens, f. 220ᵛ sanatio caeci, ut vid., quamvis textus sit de muto daemonium habente Luc. 11, 14 sq., f. 269 discipuli duo euntes in castellum Emmaus, f. 322 Dominus docens. In marginibus quoque sectionum numeri caeruleo pigmento exarati sunt circuloque inscripti, canonum atramento, concordantiarum minio. Loca parallela in ima pagina notantur. F. 107ᵛ post praefationem evang. sec. Marcum librarius scripsit: *Զմեղապարտ գրիչս | յիշեցէք ի քս և ած ձեզ.* « Scribae peccatoris memores estote apud Christum et Deus vestri (memor erit) ». F. 171: *Աւրհնութիւն | որ կարդայ. գովութի | որ լսէ. փառք փրկչին. | և յիշատակ բազմամեղ գրչիս. ամէն.* « Benedictio legenti, honor audienti, gloria Salvatori et memoria (fiat) scribae qui multum peccavit. Amen ». F. 349 subscriptio codicis: *Փառք ամենայն | երրորդութեան.* | ... || (f. 349ᵛ-350) || ... *Սմին այս ած* (supraser. pr. man.) *աւետարան | որ աւետարանիս | եռափափաք սիր|ով ցանկացաւղ եղեալ սրբասէր ք(ա)հ(անայ) | պարսեղ անուն և | մեր հոգևոր որդի | որում հետև | և հանդիպելով ի|մոյ նուաստութեան | վարդանա սուտ|(յա)նուն ք(ա)հ(անա)յ. և ես թէ|պէտ ծեր և զառա|նցեալ էի և ակարա|ցեալ յաչաց. այլ ի յայժ սիրոյ և ի խնդ|րոյ վերոյ գրեալ | եղբաւր և հոգոյ | որդոյն բարս(եղ) | մոռացայ զծերու|թի վասն ածասէր փափագմանն | բարսեղ ք(ա)հ(անա)յ | վստա-հացեալ | յոյ ամենակարա|ւղ զաւրութ(եան)ն | որ ոչ առնէ անյոյս զյուսացեալս | յինքն. ի շնորհ նո|րա աւարտեցաւ* || (f. 351) *սկսայ և նա ե՛ս կա|րողութի համանել | յաւարտ սորա։ | Այլ և գրեցաւ սա | յաղնիւ՝ ուրինակէ | և յաւընտիր։ | Որ, նա, նա և յար|ուեստ բանի ո՛չ յան նշան գրչէ. այլ Լի՛ և | կատարեալ արուե|ստիւ, ի բա՛նս, ի բա՛ռս, | ի շե՛ղս, ի բացառս, | և ի առոգանութեան|ց. ի տառ|գութի կիտից, և | ողորակաց, և սոց|այցն սա|եաց։ Վասն որոյ աղաչ|եմ զձեզ դասս ք(ա)հ(անայ)ից | ու հասարակ ըղ|հանգիսաւղաց. | որք վայելէք ի քաղց|րաճաշակ եդեմա|կան վտակաց քառա|ռաջեայ հասանաց | կենդանական ած|ախաւս որ աւե|տարանիս. մանաւ|անդ յորժամ բառ|նայք ի ժամ ահեղ ի որ պատարագին. | յորժամ խաղան ի | վերուստ յաղխո՛յն | ձեր հինակեր! զաւ|րք հրեշտակաց և | սոսկեալ ահիւ խառ|նին ընդ ձեզ։ | Ցայնժամ նովին* || (f. 351ᵛ) *ս : աւետարանաւ | և մինորդական կե|նդանաբար հրաշ|իւք որ պատարագ|ին. յիշեսջի՛ք ի քս ըզ ստացաւղ որ աւե|տարանիս զբարս(եղ) | ք(ա)հ(անայ) և զծն(ողս) իւր և զա(մենայն) | արեան մերձաւորս, նա և զանդրա|նիկ որդի նորա զառ(ա)ք(է)լ | դպիր որ ոգայ հաս(ա)կաւ փոխեցաւ ի քս | ՚նա և զյոքնամեղ | գծողս վ(ա)րդ(անա) և զծն(ող) | իմ և զեղ-բարսն իմ | և զա(մենայն) ազգատոհմ իմ. | և զուսուցիչսն և զա(մենայն) | երախտաւորսն իմ | ողորմութի գտան|ել յահեղ աւուրն | յահեան ատեանն ընդ ա(մենայն) | սրբս ի տ(եառ)ն մերմէ յ(իսու)ս ք(րիստո)սէ. | և որ յիշէ զվերոյ գրե|ալքս ի բարին. քս | ած որ մեծն է ի պար|գևս բարեաց զյիշ|աւղսդ, և զյիշեցե|ալս, արժանի ար|ասցէ ողորմութեն | իւրոյ որ է աւրհնե|ա՛լ յաւիտեանս յա|ւիտենիցն։ ամէն։ | Արդ գրեցաւ | որ աւետարանս. | ի Թուականիս Հայոց. ՊԶ. ի հայրապետութե տն յա||...* (finis subscriptionis desideratur, folio uno avolso): « Gloria sanctissimae Trinitati ... Hoc a Deo traditum evangelium sanctum maximo desiderio cum expeteret pius Christi presbyter Basilius, filius noster spiritualis, ego humilis Vardan, nomine tantum presbyter, id ipsum sciens, quamquam senex, aetate confectus oculisque laborans, ex animo, postulante supradicto fratre et spirituali filio Basilio, senectutem oblitus sum propter pium desiderium Basilii presbyteri ac spem reponens in virtute Dei

omnipotentis, qui numquam contempsit sperantes in eo, gratia eius innixus sum, et ipse facultatem mihi dedit operis huius absolvendi. Descripsi autem (hunc librum) ex optimo codice perpolitoque, exarato quidem a librario arte dicendi haud inperito, qui, optima ac perfecta arte, sententias vocabula coniunctiones intervalla interpunctiones accentus vocis puncta prosodias conposuit. Qua propter exoro vos, sancti ordines presbyterorum omnes, qui dulcibus edenicisque rivulis utimini quadriflui omnis evangeliorum sanctorum, praesertim cum tollite (evangelium) in hora tremenda sancti sacrificii, quando, vobis devocantibus, ex alto descendunt exercitus angelorum et tremore circum dati vobis miscentur, tunc per hoc sanctum evangelium et per deprecatoria vivificaque mysteria sancti sacrificii, conmemorate in Christo possessorem sancti huius evangelii Basilium presbyterum cum genitoribus omnibusque consanguineis, nec non filium eius natu maiorem Arakhel lectorem, qui puer ad Christum migravit; item (conmemorate) me Vardan indignissimum librarium, et genitores meos ac fratres meos totamque familiam meam, et magistros et omnes benefactores meos ad consequendam misericordiam in tremendo iudicio cum omnibus sanctis in Domino nostro Iesu Christo. Quod si conmemorent supra scriptos in bonum Christus Deus, qui magnus est in gratia, et conmemorantes iuvabit et conmemoratos, (omnesque) dignos faciet misericordiae suae, qui benedictus est in saecula saeculorum. Amen. Hoc exaratum est sanctum evangelium anno Armenorum 806 (= A. D. 1356-7) patriarcha domino Ia[cobo] ... ». Cetera verba desiderantur, folio avolso. F. 352, manu recentiore: *Այլ և յիշա(տա)կ է որ յաւետարանս | որ անձայի վանք չունի որ իշխանութի | որ զսբ աւետարանս հանէ ի վանացս | կամ ծախէ կամ գրաւ դնէ կամ այլ | ու այլ պատճառաւ ուրիշ տեղ տանի | զայն ասան որ ուղայ տուաւ իւր զարդ | պետեն ամէն. գրեցաւ դիրս | Թվին. ռ Հ Դ դեկերի ամսոյ* (sic) *իզ. | աւուրն պերոսոսի* (sic) *և պողոսի առաքելոցն | տոնն* (sic) *է.* « Memoriale autem est sanctum hoc evangelium monasterii s. Annae. Nemo potestatem habet sanctum evangelium hoc e monasterio auferendi vel destruendi vel pignori obligandi vel aliis causis in alium locum transferendi. Scriptum est hoc anno 1074 die 26 mensis decembris (= 26 dec. 1624) in festo apostolorum Petri et Pauli ». Humore pessum data sunt folia omnia in marg. inf., aliqua etiam in sup. sine textus detrimento; quaedam refecta. Ff. 1ʳ. 2ᵛ. 3ʳ. 4ᵛ. 5ʳ. 6ᵛ. 7ʳ. 8ᵛ. 9ʳ. 10ᵛ. 174ʳ. 352ᵛ vacua. Bifolia membranacea custodiae instar adiecta sunt in principio et fine codicis, prius vero paginam alteram resectione perdidit.

Integumentum ex corio rubro crucibus, ut vid. argenteis, ornabatur septem in pagina anteriore, in posteriore vero una tantum circulisque duodecim. Corrigiae ad conprimendum codicem duae manent ex pagina posteriore exeuntes, altera inter illas abrupta est. Antiqua nota codicis legitur in schedulis adglutinatis imo dorso *2* et angulo sup. ext. custodiae anterioris *2* | *Quatuor Evangelia*.

69 (olim 3). An. 1360-1 (Arm. 810, cf. f. 353), chart., mm. 240×160, ff. II. 353, linn. 18.

Evangelia quattuor sine praefationibus sectionumque titulis et concordantiarum canonibus, adiectis tamen in marginibus sectionum numeris et concordantiis. [1] (f. 1) Evangelium secundum Mattheum; [2] (f. 102) evangelium secundum Marcum; [3] (f. 166) evangelium secundum Lucam; [4] (f. 273) evangelium secundum Iohannem.

Bifolium membranaceum, quod custodiae anterioris loco additum est, fragmentum continet evangelii sec. Iohannem cum sectionibus Ammonii, litteris uncialibus, saec. ut vid. duodecimo, binis columnis nitide exaratum. Restant, columna externa fera ex integro recisa, Ioh. 7, 26 *ատեսինկ* - 8, 16 *զի չեմ միայն*, omissis 7, 53-8, 11, narratione scilicet mulieris adulterae. Paucis tantum deficientibus verbis inter folia unum et alterum, bifolium demonstratur fasciculi medium fuisse lineasque 19 continuisse.

Codex exaratus charactere *bolorgir* fasciculis constat uno et triginta. Habent fasciculus vicensimus 14 folia, octavus decimus quartus et vicensimus secundus 11, secundus 10, trigesimus primus 6, trigesimus 2 tantum, alii 12. Notae scriptae sunt a librario in margine inf. primae et ultimae paginae unius cuiusque fasciculi, sed, non nullis glutinatoris cultro longo a tempore resectis, omnes rescripsit manus saec. ni fallor XVII. Litterae maiores maximae ornamenta marginalia rubro colore distincta. Numeri sectionum et canonum, nec non concordantiae eusebianae, in marginibus lateralibus et imis atramento scripta sunt. F. 273 effigies Salvatoris sedentis cum B. M. V. a dextera parte apostoloque Iohanne a sinistra. Tituli evangeliorum manu altera additi sunt: f. 101, in pagina vacua relicta: սրբոյ աւ(ե suprascr.)ա(ա)ր(անի)ս յս քս որ ըստ մաթէոսի (*sic*) « sancti evangelii Iesu Christi, quod (est) secundum Mattheum »; f. 102: սրբոյ աւետա(րա)նիս յս | քս որ ըստ մարկոսի « sancti evangelii Iesu Christi, quod (est) secundum Marcum »; f. 166: սրբոյ աւետարանիս յս քս | որ ըստ Ղուկասու « sancti evangelii Iesu Christi, quod (est) secundum Lucam »; f. 273: սրբոյ | աւետարանիս | յս քս որ ը(ստ) | յոհաննու(հ dub.) փառք քեզ տր ած « Sancti evangelii Iesu Christi, quod est secundum Iohannem; gloria tibi, Domine Deus ». F. 272ᵛ, nota possessoris: Զվերջին ստացօղ սր | աւետարանիս ով դասք | լուսերամից · յիշեսջիք | ի մաքրափայլ յաղօթս | ձեր տր մովսէսն և իւր | որդի տր սուքիաս|ն որս ստացան զայ|ս ի հալալ վաստ|ակոց իւրեանց ով որ | հան-դիպիք կարդ|ալով իշեցէք յաղօթս | ձեր ննջեցեալսն իւրեանց | և ծնողացն և որդոցն և ամ | արեան-մերձաւորացն | գրեցաւ թվին հազարի թվակ|անիս Ճ (forsitan ex Հ) և թռեոդ (*sic*) և որ յիշէք յիշեսջիք | ի քէ այ մերոյ (script. in ras. inde a lin. 5). « Ultimum sancti huius evangelii possessorem memorate, o turmae splendidorum (clericorum), in vestris puris precibus, dominum Moysen eiusque filium dominum Hesychium (*Sukias*), qui hoc (libro) potiti sunt profusis eorum laboribus; vos, qui legetis, conmemorate in precibus vestris defunctos eius et parentes et filios omnesque consanguineos. Scriptum est anno nongentesimo octogesimo nono (= A. D. 1539-40). Qui conmemoratis conmemorati (estote) apud Christum Dominum nostrum ». Librarii vero subscriptio legitur f. 353: Փառք ամենայսր | երրորդութեն | Հաւր և որդոյ և սր հոգոյն այժմ և | միշտ և յաւիտեանս յաւիտենից ամէն։ | Բարե-խաւսութբ սր աւետարան|չացն քի. մաթէոսի. մ[ա]րկոսի, | ղուկասու, յոհաննու, բարեխ|աւսութե ողորմեայ գրող | ե|ղ|ս և ստացող|իս յո(վ)հ(աննու) ք(ա)հ(անայ) իս ո|ր ստացայ ի հալալ արդեան<ն>ց | իմոց։ յիշատակ ինձ և ծն|ողաց իմոց։ արդ աղաչեմ զա(մենայն) | որք հանդիպիք սմա յիշմամբ | արժանի առն|էք։ յերկինս | բացեկ (*sic*) յաղօթս ձեր և | ած յիշողացդ ողորմի ամէն։ գր(եցաւ) ի թ(ուա)կ(ան) պժ։ « Gloria sanctissimae Trinitati Patri et Filio et Spiritui Sancto nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. Per intercessionem sanctorum evangelistarum Christi, Matthei, Marci, Lucae et Iohannis, miserere mei librarii et possessoris Ionannis presbyteri, qui laborum meorum inpendio (libro hoc) potitus sum; memoriam (facite) mei et parentum meorum; rogo vos omnes, qui ante hunc (librum) memoriam dignam facietis, ad caelum producite preces vestras et Deus vestri miserebitur, qui memores eritis. Amen. Hoc scriptum est anno 810 (= A. D. 1360-61) ». F. 353ᵛ quaedam scripta sunt, sed nunc prorsus evanida. Ff. 101ᵛ. 165ᵛ. vacua.

Ante f. I inserta est schedula chartacea, ubi saec. XIX scriptum est: *N. 1.* | *Evangelio in Armeno. Manuscritto* | *bello di carattere, e bello per l'effi|gie della Madonna, S. Giovanni, e* | *Gesu Cristo portato al principio dell'|Evangelio di S. Giovanni. Scritto* | *nell'anno 1300 di Gesu Cristo. ri|marchevole per la caligrafia e* | *per le due carte a pergamena,* | *scrittura del sesto secolo.*

Integumentum recens ex membrana et tela. Paginae internae operculi anterioris adglutinata est schedula antiquioris integumenti: *3* | *Quatuor Evangelia.*

70 (olim 4). Saec. XIV, membr., mm. 207×155, ff. II, 301, linn. 22.

Evangelia quattuor cum praefationibus, sectionum titulis canonibusque Eusebianis. [1] (f. 3) Evangelium secundum Mattheum; [2] (f. 84) evangelium secundum Marcum, titulo ante praefationem inscripto (f. 82) Աւետարան Մարկոսի։ Աւետարանին; vv. 9-20 cap. 16 non binis columellis sed plenis

lineis f. 137ᵛ scripti sunt, quorum in fine titulus legitur: Աւետարան ըստ Մարկոսի; [3] (f. 141) evangelium secundum Lucam, cuius titulus legitur (f. 232ᵛ) Աւ(ետարան) ըստ Ղուկայ; [4] (f. 234) evangelium secundum Iohannem, cuius in fine legitur Կատարեցաւ գլուխք Աւե(տարանի) ըստ Յով-հաննու « Expliciunt capitula evangelii secundum Iohannem ». Praemittuntur [1] (f. 1) praefatio evangelii sec. Mattheum ut in bybliis Zohrabianis, p. 647; [2] (f. 1ᵛ) sectionum tituli tabulaque concordantiarum usque ad մս գալըստեանն ան, folio uno avolso, ibid.; [3] (f. 82) praefatiio evangelii sec. Marcum, ibid., p. 669; [4] (f. 83) sectionum tituli et concordantiae usque ad մս Յաւուրն (*sic*) և ժամուն, folio uno exciso, ibid.; [5] (f. 138) praefatio evangelii sec. Lucam, ibid. p. 684; [6] (f. 139) sectionum tituli et concordantiarum tabula, ibid., p. 683, quae abrupte desinit in մս դահեկանին propter folium avolsum; [7] (f. 232ᵛ) praefatio evangelii sec. Iohannem, ibid. p. 706; [8] (f. 233ᵛ) sectionum tituli et concordantiae, ibid., usque ad մս ի ծնէ կուրին բժշկութեան, folio sequenti deperdito.

Codex binis columnis charactere *bolorgir* eleganter exaratus fasciculos viginti sex continet, qui sunt seniones, exceptis undecimo, decimo septimo vicensimoque quinionibus. Fasciculi primus, octavus, decimus tertius et vicensimus primus 11 folia tantum habent, imaginibus evangelistarum ante unum quodque evangelium barbare resectis. Notantur fasciculi in margine inf. primae et ultimae paginae litteris armenis minoribus, desiderantur tantum notae anteriores fasciculorum octavi et decimi tertii, folio primo deperdito, nec non posterior fasciculi vicensimi sexti, ultima pagina pura relicta. In principio codicis fasciculus videtur avolsus, qui, epistulam ad Carpianum canonesque Eusebianos continens, notis carebat. Litterae maiores depictae alterna vice purpureo caeruleove pigmentis usque ad f. 289ᵛ, dein omnes minio ab altero rubricatore, desiderantur in ultimis duabus paginis, f. 298ᵛ, 299ʳ. Litterae maximae et ornamenta marginalia coloribus distinguuntur purpureo simul ac caeruleo pigmento in priori parte, in posteriori vero rubro, caeruleo et croceo. Frontes evangeliorum variis coloribus auroque ornantur. Imagines in marginibus habentur rosaceo croceoque coloribus distinctae: f. 4 somnium Ioseph, f. 5 Magi tres, f. 6 B. M. V. cum puero Iesu super equum (*sic*) sedens, f. 7 Iohannes Baptista, f. 23 Christus duobus caecis visum restituens, f. 29ᵛ sanatio daemoniaci caeci et muti, f. 45 pater lunatici Iesum subplicans, f. 54 Christus Hiericho egrediens duos caecos inluminans, f. 79ᵛ Ioseph ab Arimathea, f. 80ᵛ mulieres μυροφόροι, f. 86ᵛ Iesus genu flexus orans, f. 136 Ioseph ab Arimathea, f. 143 salutatio B. M. V. ab angelo, f. 144 B. M. V. Elisabeth deosculans, f. 147 pastor super gregem vigilans, f. 158 mundatio leprosi, f. 184ᵛ sanatio daemoniaci muti, f. 228ᵛ Ioseph ab Arimathea, f. 238 Iesus hydrias aquae in Cena benedicens, f. 268 Lazarus sudario fasciolisque ligatus. In marginibus quoque numeri exarati sunt sectionum pigmento caeruleo circulo rubro inscripti, canonum atramento, concordantiarum minio. Loca parallela aliorum evangeliorum in margine imo atramento notantur. F. 299ᵛ documentum donationis litteris *notergir* descriptum: Փառք ամենայ|սր Երրորդութեն | Հօր և որդւոյ և | Հոգւոյն սրբոյ | այժմ և միշտ և յաւ|իտեանս յաւիտենից | ամէն։ ի թ(ո)վ(ա)կ(ա)նիս Հայ|ոց Հազար ձարին | ի կոչ վարդապետ|էս որ կոչի անու|ամբ գրիգոր բաբ|ունապետ էաւ | Հապրմանցու որ|դի միրաքէն յիշա|տակ իւր Հոգւոյն | և իւր ննջեցելոցն Հօրն մելքոնին և | մօրն սուլթանին | եղբօրն նիկողայ|ոսին որդւոյն | ովանէսին միրաշի | կողակցոյն [..]աշ|| ութին. որդոցն | մելքոնին մարտիր|ոսին ծերունին | որ հանդուցեալ | են ի քս տեառք | և կարդացողք | բանիս յիշատա|կարանիս չի բեր|անով աղա<չե>ցէք | ած ողորմի միր|աշի

ծնողաց հօ|գւոյն որ եղիր |յիշատակ արծա|թապատ ոք աւ|ետարանս շնք|ուշու ոք եկե|ղեցոյն որ անու|անի ոք կարապե|տ. ի վայելումն. գահանայից ոք | վարդանին. ոք | խաչատուրին || (f. 300) ոք եղիսանին | և ոք եղիային մահ|դեսի ոք փիլ.փոսին առաջնորդ|ութեան մինաս արք|եպիսկոպոսի տեղ|ապահ նարին ոք կար|ապետ վարդապետ|ին և ովոք հանիցէ | ի դրանէ ոք եկեղե|ցւոյս կրաւ (*sic*, correct. ex գրաւ) գնե|լով կ(ա)մ ծախելով | և կամ գողանալ|ով անէծքն յու|դայի և զպատիժն | կայենի առցէ. և | ովոք խնամք տծէ | և պահեսցէ որ|քու(թեամ)բ ոք աւե|տարանս ա(ւր)հնու|թի այ և ամ որ(ո)ց | և ի մէնջ (*sic*) ա(ւր)հնեալ | եղիցի ասցեն հ(րե)շտ(ա)կք | և մարդիկք ամէն. | եղիցի եղիցի հայր մեր որ | « Gloria sanctissimae Trinitati, Patri et Filio et Spiritui sancto, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. Anno Armenorum 1101 (A. D. 1651-2) a Kok (?) doctore, qui Gregorius doctorum praepositus nominatur, memoriale accepit Hapermantsi, filius Mkrtič pro anima eius et defunctis eius patris Melkhonis et matris Sultanae, fratris Nicolai, filii Iohannis Baptistae, uxoris [..]ašouth, filiis senis Melkonis martyris, qui dormierunt in Christo. Vos qui videbitis verba memoriae huius ore pleno orate Deum misericordem pro Mkrtič genitoris eius qui posuit memoriale argentatum sancta evangelia (in vico) Šnkouš in sancta ecclesia qui nominatur sancti Praecursoris: ad usum presbyterorum domini Vardan, domini Hačatour, domini Elekhsan et domini Eliae Mahdes, domini Philippi, sub principatu Menae archiepiscopi et vicario eius domini Karapet doctoris. Quicumque auferret ex aula sanctae ecclesiae, obpignerando vel vendendo vel furando maledictionem sumat Iudae et paenam Caïn. Et quicumque curam habuerit et sanctitatem custodierit sanctorum evangeliorum benedictionem accipiat Dei et omnium sanctorum dicantque unanimiter « benedictus sit! » angeli et homines! Amen. Fiat. fiat. Pater noster qui ... ». F. 300v. 301r probationes calami. Ff. I. II. 301v vacua.

Ante f. I inserta est chartacea schedula, ubi legitur nota saec. XIX scripta: *B Altro Evangelio, di quattro Evangelisti, completo. E scritto | in Habermon, antica città dell'Armenia maggiore; | oggi giorno è distrutta e gli abitanti sono attualmente a | Cermuk città nell'Armenia. La data è dell'anno del | signore 1300, molto pregiato dagli abitanti per la sua | antichità; sono belle le sue miniature, tiene relative | immaginette ai fatti del Signore, bellissimo di carattere, | scritto in pergamena. Il valore è di franchi 300.*

Integumentum corio castaneo confectum commendabant laminae, ut vid., argenti forsitan a donatore additae, ut intellegi potest ex nota f. 299v. Operculo anteriori interne adhaerescit schedula chartacea ubi scriptum est manu recenti: *4* | *Quatuor Evangelia.* In schedula altera imo dorso adglutinata: *4.*

71 (olim 5). An. 1504-5 (Arm. 954, cf. f. 307), chart., mm. 189×143, ff. II. 310, linn. 20.

Evangelia quattuor. [1] (f. 14) Evangelium secundum Mattheum, lacuna exstat inter ff. 76 et 77, folio uno avolso, i. e. 23, 37 *առնէր* - 24, 10 [*գայ*]*թա՛ղեսցէն*; [2] (f. 96) evangelium secundum Marcum, quod desinit in 16, 8, duodecim ultimis versibus omissis; [3] (f. 149) evangelium secundum Lucam, cuius in fine praefatio legitur (f. 238) minutioribus litteris prima tamen, ut vid., manu: *Այս ղուկաս եզն ասացին որպէս նա իսկ հերկեր զգիտին. կրկին անխոնջ վասն պտղին սոյնպէս յերկարեն բանք սորին. Գրեաց ղուկաս զաւետարանն իւր ի լեզու հռոմայեցի հրամանաւ պաւղոսի առաքելոյ յանտիոք քաղաքի* ... « Lucam istum bovem dixerunt, nam sicut (boves) bini infatigabilesque terram colunt propter fructus, sic protrahuntur verba illius. Scripsit Lucas evangelium suum lingua romana (i. e. graeca) in urbe Antiochia, iubente Paulo apostolo ... » [4] (f. 239) evangelium

secundum Iohannem, cuius in fine legitur, nullo praeeunte titulo, pericope de muliere adultera *Իբրեւ երեկոյ եղև զնացին իւրաքանչիւր* ... Praemittuntur [1] (f. 1v) **Eusebii** ad Carpianum epistula; [2] (f. 3v) canones Eusebiani.

Membranacea bifolia custodiae loco praefixum et subiectum ex antiquo codice excerpta sunt saec., ut vid., duodecimi binis columnis scripto litteris uncialibus inclinatis. Fragmentum continent passionis s. Eustathii, textu tamen satis diverso ab illo quem ediderunt Mechitaristae Veneti an. 1874, Սոփերք հայկականք ... vol. I, p. 426-429.

Codex binis columnis exaratus charactere *bolorgir* constat fasciculis viginti sex, qui seniones sunt praeter primum (quinionem) nec non septimum et vicensimum sextum nunc undecim foliorum, folio uno resecto. Unus quisque fasciculus inde a secundo notatur in margine imo primae et ultimae paginae litteris armenis minusculis *ա, բ ... իզ*. Paginas anteriores fasciculorum secundi et vicensimi primi minime notavit librarius cum totaliter vel partim purae relictae sint. Litterae maiores minio, maximae vero variis coloribus pictae. F. 1v. 2 epistula ad Carpianum porticibus includitur, quarum in fastigiis videres Eusebii et Carpiani effigies delineatas atramento pigmentisque tactas caeruleo rubro rosaceo. Concordantiae canonum item porticibus includuntur ff. 3v-10. Evangelistarum simulacra habes rudi arte depictas (f. 12v) s. Matthei, (f. 95v) s. Marci, (f. 148v) s. Lucae, (f. 238v) s. Iohannis ad Prochorum dictantis. Ornamenta commendant initia evangeliorum notantque in marginibus lectiones pentecostales 42. Imagines marginales paucissimae sunt: (f. 93v) mulier ad sepulchrum properans, (f. 147) Ioseph ab Arimathea, (f. 155) pastor tibicen. Numeri sectionum, canonum et concordantiarum in marginibus lateralibus, loca parallela vero in imis atramento scripta sunt. F. 1 titulus donationis sermone rustico: *Յիշատակ է ոք աւետարանս մսըրենց | մուրատճանին եւ իւր կողակից աղբակ|արին եւ իւր(ո)ց որդի գէորգին եւ գօն|երուն իւր կողակից ֆնդուղին եւ | քրոջ ջուրիխանին եւ յիշատակ եաին | թլայ վանից ոք խաչին և ով հանէ | կամ գողանայ* (*sic*) *ի վանիցս պատիժն* (*sic*) *կայ|ենի յուդայի սաւուղի աքար զար|եանոս առցի ամէն. թվին ռմ | ժ ըին յունվարի իգին գրեց(ա)ւ.* « Memoriale est sanctum hoc evangelium Msĕrents Mouratǵan et uxoris eius Ałbakar filiique eorum, Georgii et uxoris eius Fĕndouł et sororis Dšourihan; nam ut memoriale (hoc) dederunt coenobio sanctae crucis in Ṭoul. Et quicumque etiam sacerdos (hoc) eriperet e coenobio paenam obtineat Caïn, Iudae, Saul, Acharque filii Charmi. Amen. Scriptum est anno 1218 (A. D. 1568-9) (die) 23 ianuarii ». Alia manu denuo scriptum est: *մսըրենց տօնապետ թ(ով|ին) ռմժը | հասապ ավաւ ոք խաչին | որ գանձապետ եր ի կղ ռ ղ ժ գ* (*sic*) | *փր* « Msĕrents festivitatis princeps anno 1218 ... dedit s. crucis, qui aerarii custos erat ... die 13 februarii (?) ». F. 2v inventarium supelectilis sacri ecclesiae s. Theodori: *թվին 1876 ապրիլ 26 ամսաթուով | ոք թորոս եկեղեցւոյ յին* (*sic*) *անօթներն | այս ինքն 41 խաչ սընտուկի մեջն գը|նելով. կն խ|ացինք. յիշեալ ընչից կիշոռքն | ն(ու)կ(ա)յ 7 տիրամ հարիւր. նա և. ոք դա|ւիթին յանձնուացե. 12 խաչ. երկու սկիհ | երկու սաղաւարտ. միայն խաչերու կի|շռւքն 3 ն(ու)կ(ա)յ 125 տիրամ 10 հատ արծաթա|պատ աւետարանս. արծաթով հուսված | գօ նացմք. արծաթ* (ex *արնաթ*) *բուռվառ մը 2 քղոց. յանձ | նըւաղաւ յիշեալ ոք դաւիթ քահանայի | առաջն(ո)րդ ս(ա)ր(ա)պիոն | աւագերեց ոք սարգիս | ազգապետ տեպեան թորոս | տէմիրճի պողոս | օհաննէս աղա խաչ(ա)տ(ու)րէ | յակոբէ կիրակոս | չարդճի օհ(ա)ննէս | պղնձի յարու(թ)ի | քասաբար նաճառե* « Anno 1876, die 26 aprilis, antiquus supellex ecclesiae sancti Theodori sic erat: cruces 41 in arca quam consignavimus, quarum pondus est *nŭgay* 7 ac *dirhem* 100. Super haec dedita sunt domino David: cruces 12, calices 2, tiarae 2, pondus crucum tantum *nŭgay* 3 ac *dirhem* 125; evangelia 10 folio argenti cooperta; antipendium argenteum, thuribulum ex argento, tintinnabula duo; omnia haec supra dicto domino David presbytero sunt dedita ». Nomina sequuntur cum sigillis atramento inpressis: « Praeses Serapion, archipresbyter dominus Sergius, nationis princeps, Tenpetean Ṭoros, Sargis *effendi,*

Demirdji Połos, Ohannēs aġa Ḫačatourean, Hakobean Kirakos, Ćarłdji Ohannēs, Złdji Yaroutiun, Khesbar Nadjarean ». F. 306ᵛ Subscriptio codicis: Փառք փառաւ|որեալ ամեն|ա(սուր)բ երրորդու|թեն. և միութ(եա)ն | զաւրութ(եա)ն. երեք|անձնեա՛ տ(է)րու|թ(եա)ն. և մի կատա|րեալ բնութ(եա)ն. | Հաւր և որդւոյ և | Հոգւոյն սրբոյ | յաւիտեանս յաւի|տենից ամէն։ | Ա̅Ծ սիրոյն | Հետեւումն ընտա||նեալէ յածանէր | անձինն. զի ամ(ենայ)ն | բարութ(եա)նցն սկի|զբն գոյութ(եա)ն ’ի նմանէ է. և այն|չափ զաւրաւոր է | եթէ որ սուղ ինչ | ճաշակէ ’ի նմանէ | անհատ կարաւ|ութ. և աւաւել | ցանկայ. զի թէ|պէտ մեծեն հաւ|ատքն. և յոյսն. և սէրն. սակայն | ’ի հանդերձեալսն | ունին զկատար|ումն։ իսկ սէր որ | ըստ այ յերկար|անցի յանժամ|անակ յաւի-տենանն || (f. 307) վ(ա)սն այսորիկ սր(բո)ք | և արդարք տա|ջ(ի)նքն. զամ(ենայ)ն պկե|անան իւրեանց. | Նեղութ(եամ)բ և չար|չարանաւք աւե|տարանեցին. ’ի | սէրն այ բեւեռեալ քն. ընդ չորս | կողմ⟨ն⟩աշխարհի|ս. զչորեսին աւե|տարանս. Նմա|նեալ չորից գետ|ոց եդեմաբուխք | որ ոռոգանեն | զտիեզերս. և լց|ուցանեն Հար-կ|աւոր պիտոյիւք. | այլ և զաղափար|ի չորեքկերպ|եան կենդանեա||ցն. որ միշտ յարա|չըջէլ իկան. և ի սպա|սու ընդդէմ արար|չին իւրեանց. և | այլ բազում աւրի|նակս ունի բանս | տրունակսն. առ | ’ի յաւետարանել | որքամիս և ածա|բնակ Հոգւոյն|ոց։ Արդ գրեցաւ | սր(բ)ս աւետարանս ’ի | թուականութ(եա)ն | Հայոց. ի. ՋԾԴ | ամին. ձեռամբ յո|գնամեղ և տարտ|ամ ոգոյ մարտիր|ոսի սուտանուն | աբեղայի. ’ի գաւ|առս տարաւնոյ || (f. 307ᵛ) ’ի վանս գլակայ ’ի | դուռն սր(բ)ո կարապե|տին. ’ի Համալսա|րանս գրիգոր | բաջ|բաբունոյն. | և յառաջնորդու|թ(եա)ն սր(բ)ո ուխտիս | տր մելքեսէթ | արՀեպիսկոպոսին։ | Արդ աղաչեմք | զամե-նեսեան որք | վայելէք զսր(բ)ս մատ|եանս յատուանդ. և կամ աւգտիք ’ի լու|սաւոր բանից սորա | և կամ գա-ղափար | առնուք. բանզի գր|եցաւ սա ի լաւ և | յընտիր աւրինակէ | խոշորանացս և աղ|աւաղեալս անմեղա||դիր լերուք զի կա|ր մեր այս էր։ | Արդ ո՛վ բան և լոյս՝ ճառագայթ | փառաց Հաւր և | Նկարագիր էու-թե | Նորա. իմաստութ(եամ)բ | և զաւրութ(եամ)բ ա(ստուծո)յ յ(իսու)ս | ք(րիստո)ս. ’ի ք(րիստո)ս ահաւոր և սոսկալի գալըս|տեանդ յահեղ դա|տաստանիդ. և | յանկաշառ(ա)ատե|նիդ. ’ի ձեռն անխօս | միջնորդիս. և անբարբառ բարե|խաւսի սր(բ)ո աւետա|րանիս. յիշեա՛ զս|տացող սորին և | զամ(ենայ)ն արեան մերձ|աւորքն իւր. քննեա՛ || (f. 308) քաղցրութ(եամ)բ. և. | գատեա շնորհաւք | և ողորմութ(եամ)բ. Տու|ր լսել բղձային երա|նաւէտ. ստացողի | սր(բ)ս մատենիս. տ(է)ր ստե-փաննոս կրաւ|նաւորին և ծնօղ | աց նորին. Հաւրն | թագւորին և մաւրն | (եղիսին. alt. man. adiec. in spatio vacuo relicto) և եղ|ղարցն (sic pro եղբօրն) գրիգորին. | և որդոց նորին | (նորտնկին [կ scrip. sub ն 2º] և մու|րատին։ alt. man. adiec. in spatio quinque linn. albo relicto) | և միւս եղբաւրն | պետրոսին և որդո|ց (sic pro որդւոյ) նորին (աբրաՀա|մին [sic] || alt. man. adiec. in spatio linn. trium et dimidiae vacuo relicto) | և միւս եղբաւրն կար|ապետին և դեռաբոյս | որդոյն իւրոյ Հլղաթ | սարկաւագին | (spatium linn. duarum et dimidiae) | և եղբաւր որդոյն իւրոյ | սարգսին... (quattuor litt. eras.) (իւր | որդ [litt. conplur. eras.] վ(ա)րդ(ապետ)ին | և իւր որդոյն ա[litt. duae vel tres eras.] | ին [litt. conplur. eras.] և մ|աւրն մէ [litt. quattuor vel quinque eras.] պա|նին։ եւ դստերն | Հռափսիմին (sic). և միւս | որդոյն ելէքսանին | և ստեփաննոսին. և գասպարին | վարդանին | ամէն alt. man. adiec. in spatio linn. septem et dimidiae vacuo relicto et in marg. ext.) | բազում աշխատան|աւք և ջեր մեռանդ | սիրով. և յորդառատ | սրտիւ. ստացաւ || (f. 308ᵛ) զսա՛ ’ի Հալալ վաս|տակոց իւրոց յիշ|ատակ և բարեխաւս|իւր և ծնաւղաց | իւրոց. և ամ(ենայ)ն արեան | առտ մերձաւորա|ցն։ Եւ դուք ով դասք լուսերամից և | կաճառք աստեղա|փայլ սր(բ)ս Հանդիսից | և ընթերցողք ածա|շունչ մատենից. որ|ք Հան-դիպիք սմա | աւրինակելով կամ | կարդալով. յիշեցէ|ք ի մաքրափայլ աղ|աւթս ձեր զգծողս սո|րա զմարտիրոս և | զՀայրն իմ ղազար | և զմայրն իմ ալթուն|թ | և զամ(ենայ)ն արեան մերձ||աւորքն իմ. և դուք | յիշեալ լինիջիք. յիւր միւսանգամ գալըս|տեան ամէն։ | Աղ(աչեմ) և յիշեսջիք ’ի մաքրափայլ յաղ|աւթս ձեր զստաց|աւղ սորա զստեփ|աննոս կրաւնաւոր|ն և զծնաւղքն | իւր և զամ(ենայ)ն արեան մերձաւորքն իւր | և ամ(ենայ)ն ձեզ յիշող|աց և յիշեցելոցն | ողորմի ’ի միւսանգ|ամ գալըստեանն. | և Հատուցանէ վար|ձս վաստակոց իւր|ագանչիւր ումեք | ըստ իւրում արժա|նեաց. և դաւէ ’ի դա || (abrupte desinit, folio ultimo avolso). « Gloria gloriosae sanctissimaeque Trinitati, potentiae unicae, trinae in personis maiestati, unae et perfectae naturae, Patri et Filio et Spiritui sancto in saecula saeculorum. Amen. Deus caritate adsuevit ad creaturam quae Deum diligit, in ipso enim bonitas omnis est ab initio naturae, et adeo potens est, ut inops in eo saporem perennem inveniat exquisitasque epulas. Quantae cumque sint fides spes caritas, perfectionem in futuro tantum inveniunt, sed amor qui ex Deo est in aeternum manet. Propter ea sancti iustique antecessores (nostri) per totam vitam in tribulationibus et torm entis amore Dei adfixi in quattuor terrae regionibus quattuor praedicaverunt evangelia quattuor fluminibus similia quae ex Eden oriuntur, universum inrigant perque magnis necessitatibus subveniunt. Est etiam figura tetrais animalium quae semper simul incedunt, creatori suo ministrantia, aliae denique multae sunt figurae dominicorum verborum, ad evangelizandos qui Spiritu Sancto repleti sinceri Deique hospites inveniuntur. Hoc sanctum evangelium scriptum est anno Armenorum 954 (A. D. 1504-5) manu peccatoris Martiros animo fluctuantis falsum gerentis monachi nomen in provincia Taronensi et monasterio Glak ad portam santi Praecursoris in academia Gregorii optimi magistri, praeside sanctorum conventuum domino Melkheseṭ archiepiscopo. Rogamus igitur vos omnes qui utemini sanctos libros doctrinae dominicae, ut quoque fructum capiatis ex auditione verborum Iesu vel exemplum desumatis, indulgete corruptionibus omissionibusve, quia nostrae sunt, nam e bono electoque exemplari praesens descriptum est. Nunc, Verbum et lux, radius gloriae Patris, repraesentatio naturae eius, sapientia et potentia Dei, Iesu Christe, in tuo tremendo formidolosoque adventu, in terribili tuo iudicio, in sententia tua incorruptibili, per obmutescentem mediatorem et per mutum intercessorem sanctum hoc evangelium, memento illius qui idipsum fecit nec non omnium consanguineorum adfiniumque eius. Considera (eos) cum bonitate et iudica cum gratia atque misericordia. Concede ut audiantur voces beatae possessoris sancti libri, domini Stephani monachi, patris Ṭagwor matrisque Ełis, nec non fratris Gregorii filiorumque eius Nortik et Murat, alius fratris Petri et filii eius Abraham, alius fratris Karapet et neonati filii eius Hłłaṭ diaconi (!) et fratris filii eius Sargis ... (5 linn. partim eras.) et filiae Rhipsimes, filiique alius Elekhsan, et Stephani, et Gaspar, (et) Vartan. Amen. Multis laboribus, et ardenti amore, et magno adfectu adquisivit hoc (evangelium) opere laboris sui, ut memoriale et intercessor pro se et genitoribus suis et consanguineis suis. Vos autem, ordines turbarum fulgidarum sidereaeque legiones sanctarum caerimoniarum et lectores divinorum librorum, vos qui hoc (evangelium) habebitis legendum vel transscribendum, mementote in puris precibus vestris librarium eius Martiros et patrem meum Lazarum et matrem meam Ałouṭ et omnes consanguineos meos. Et vos commemorati eritis in ultimo (Domini) adventu. Amen. Mementote quoque in puris vestris precibus possessoris huius (evangelii) Stephani monachi et parentum suorum atque consanguineorum suorum; et vobis, qui memoriam habetis vel habueritis Deus indulgebit in altero suo adventu et digne remunerabitur unum quemque ... ». F. 309: յոհաննէս եղաւ ի թ(ո)վ(ի)ն ռ̅ճ̅ժ̅ «Iohannes studuit anno 1110 (A. D. 1560-1561) ». In schedula initio codicis recens inserta: N. 2. *Codice manuscritto* (sic) *in* | *armeno. rimarchevole per le 4.* | *carte a pergamena antichissime.* | *fu scritto nel celebre Monastero di* | *S. Giovanni a Taron. (Musch) copia*|*to da un scellissimo originale. nell'* | *anno 1400 di Gesù Cristo. Bellissimo* | *ne' simboli dipinti.*

Integumentum e corio castaneo in Oriente confectum imaginem crucis praebet in operculo anteriori, quam ornabant bullae bracteaeque ex metallo infeliciter avolsae. Fibularum remanent capita tantum. Antiqua nota codicis in schedulis adglutinatis dorso: *5* et operculo anteriori interne: *5* | *Quatuor Evangelia.*

72 (olim 7). An. 1682 (Armen. 1131, cf. f. 175), chart., mm. 219×152, ff. 175.

Rituale armenum seu ‹Մաշտոց›, ut in cod. Borg. Arm. 17, indice capitum in f. 1 praemisso. Insunt [1] (f. 2) ordo baptismi; [2] (f. 14ᵛ) coronae nuptialis inpositio; [3] (f. 25ᵛ) coronae nuptialis depositio; [4] (f. 26) ordo communionis infirmorum, ubi oratio prima ea est quae legitur in codicibus Frederici C. Conybeare DFGIKN (*Rituale Armenum* ..., Oxoniae, 1895, p. 119); [5] (f. 28ᵛ) ritus exsequiarum parvolorum in fide Christi defunctorum, ut in cod. F (F. C. Conybeare, op. cit., p. 288 sq.) usque ad precationem Որդի այ inclusive, cum nomine Matthei ante lectionem Marc. 10, 13-16, dein ut in cod. K (ibid., p. 291), lectioni

Luc, 10, 21 sq., Matth. 11, 28-30 nomine Iohannis praeposito; [6] (f. 39) ordo precum quae dicendae sunt altera exsequiarum die mane, ut in cod. K (ibid., p. 291); [7] (f. 42v) ordo sepulturae communis (ibid., p. 119-126), Ioh. 12, 24-26 pro Matth. 11 posito ut in rituali Veneto (p. 123, nota *a*), insertisque post precationem Գթած և մարդասէր ած « Deus, misericors et hominem diligens... », quae translata longior est, lectionibus (f. 49v) Ioh. 14, 15-24, (f. 50) Ioh. 14, 25-31 titulo perperam inposito Աւետարան ըստ Ղուկասու « Evangelium secundum Lucam », (f. 50v) Ioh. 16, 33-17, 8, (f. 51) Luc. 12, 32-40; [8] (f. 55) ⟨sepulturae⟩ canticum, auctore quodam **Manuele** doctore, ut ex acrosticho adparet (cf. codd. Mechitaristarum Vindobonensium 69, f. 167v; 123, f. 7; 133, f. 42v; 200, f. 77, etc.), inc. Միոյդ ի յէէն բանդ որ ի հայրէ... « Unum in Deo Verbum, qui es apud Patrem... », ceterum ut op. cit., p. 126-130; [9] (f. 60v) preces pro altera die exsequiarum; [10] (f. 65) preces pro defunctis dicendae diebus septimo, quinto decimo et anniversario; [11] (f. 68) preces pro animarum requie, quarum textus illi codd. B F op. cit., p. 58-60. 64 similis est, nomine « Pauli » vice « Petri » lectioni I Pet. 4, 6-7 etiam praemisso, ut in cod. B. et Borg. Arm. 17; [12] (f. 71) ritus benedictionis agni tabernaculorum Paschatis, ut in cod. K, op. cit., p. 65; [13] (f. 71v) benededictio salis; [14] (f. 72) benedictio grani sacrificii; [15] (f. 74) benedictio ⟨oblationis⟩ dominicae, i. e. ritus sacrificii animalis, op. cit. p. 54-57; [16] (f. 79) benedictio aquae, ut in codd. C E F L N S, op. cit., p. 165-178; [17] (f. 89v) praeconium mandati quod presbyter declarat ad populum die magnae feriae quintae, op. cit., p. 214-219; [18] (f. 94) ritus pedum ablutionis, secundum translationem **Gregorii Vkayasēr,** ut refert titulus idem ac in cod. Borg. arm. 17; [19] (f. 105) benedictio crucis, precatione et praeconio ante unctionem diversis ab editis op. cit., p. 44-46; [20] (f. 119) benedictio radicis et seminis, acervi ⟨frumenti⟩ et torcularis ut in codd. P H op. cit., p. 221-223; [21] (f. 122) benedictio vestium sacrarum; [22] (f. 122v) benedictio calicis et patenae; [23] (f. 123) erectio novae portae in ecclesia; [24] (f. 123v) ordo reconciliationis ecclesiae pollutae, op. cit., p. 29-34; [25] (f. 134) ritus admissionis ad paenitentiam secundum **Iohannem Mandakuni,** ut in cod. K, op. cit., p. 190-200; [26] (f. 143) ordo absolutionis paenitentium in magna feria quinta, op. cit., p. 204-213; [27] (f. 154) carmen sepulturae anonymon, nullo titulo, ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 200, f. 85v Ով քահանայք և վարդապետք ածաբան և ժողովուրդք... « O presbyteri et doctores, theologi ac populi... »; [28] (f. 155v) carmen sepulturae, auctore **Arakhel** ⟨**Bałišetsi**⟩, inc. ut in codd. Mechistarum Vindobonensium 69, f. 164v, col. 2; 200, f. 77 etc., praemisso titulo: Այլ գանձ ննջեցոց թաղման յառաքել վ(ա)րդ(ա)պ(ետ)ի ասացեալ: Այսաւր եհաս հրաման արարչէն... « Aliud canticum pro mortuorum sepultura, auctore Arakhel doctore. Hodie finem attigit a Creatore... »; [29] (f. 156v) eiusdem **Arakhel,** ⟨**Bałišetsi**⟩ ut vid., carmen alterum pro mortuis, inc: Առ ձեզ գոչեմ ձայնիւ մեղաց « Ad te clamo in voce peccatorum... »;

[30] (f. 157v) lamentatio in mortuum, nullo auctoris nomine, inc.: Յաւաշ նոր յաշխարհս եկի... « Nuper ad mundum venit... »; [31] (f. 158v) lamentatio altera, inc.: Ես գիտէի թէ զաշխարհս ինձ մուխք էր տուած... « Ego noveram mundum mihi fumum daturum esse »; [32] (f. 160) lamentatio alia pro mortuo, auctore ⟨**Mkrtič**⟩ **Nałaš** (in cod. **Nahaš**), inc.: Արարիչն արարածոցն մեզ բարկացաւ... « Creator in nos, creaturas suas, ira incensus est... » ut in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ, t. X (1896), p. 54, non nullis tamen diversis; [33] (f. 162) lamentatio alia, nullo auctoris nomine, inc.: Գոչեմ առ ձեզ ողբերական (ms.: աղբերական) ձայնիւ... « Ad vos clamo voce lamentabili... »; [34] (f. 164v) carmen cui titulus տաղ դարիպին վերայ « carmen super exsulem » inc.: Գարիպին կեանքն է լալի ողբերականք... « Exsulis vita est flebilis lamentatio... »; [35] (f. 166) lamentatio sine titulo notis musicalibus instructa, inc.: Որ ստեղծմամբ ըստ պատկերի քո մր պատուեցեր զմեզ ընկալ... « Domine, qui per creationem ad imaginem tuam honorasti nos, accipe... »; [36] (f. 171v) **Cyriaci Erzĕnkatsi** exhortatio ad paenitentiam, inc. fere ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 88, f. 137: Խրատ խոստովանութեան գրր ⟨ա⟩րարեալ(ա)լ (ms. գրարեալ) է Կիրակոս վ(ա)րդ(ա)պ(ետ)ի Երզընկ(ա)ցւ(ոյ): Պարտ է քրիստոնէին որ ամէն կիրակմուտ խոստովանի... « Exhortatio ad paenitentiam a Cyriaco doctore Erzĕnkatsi conposita. Necesse est christianum, qui uno quoque sabbato confitetur... ».

Codicem charactere *bolorgir* exaratum initiales et tituli minio scripta conmendant, nec non litterae maximae croceo caeruleo rubro pigmentis distinctae ornamentaque marginalia. Fasciculi in medio marginis imi primi et ultimi folii litteris armenis signati, seniones sunt praeter ultimum, nunc octo foliorum, qui ante excisionem duorum ultimorum foliorum quinio erat. Primo folio avolso, fasciculus primus undecim folia tantum continet. In marginibus imis multae conspiciuntur calami probationes. In f. 168, primo ultimi fasciculi librarius notavit այսաւր յուլիս ե « hodie 5 iulii ». F. 175, subscriptio codicis: փառք ամենասու(ու)ր երրորդութեանն հաւր և որդւոյ և | հոգւոյն սրբոյ ամէն: Արդ գրեցաւ մաշթոցս (*sic*) | ձեռամբ յոգնամեղ և անարհեստ գրչի մեղսա|մած և մեղսաթաւալ սուտանուն արսէն աբեղ|իս ի կարմիր վանք ընդ հովանաւ սբ կարապետ|ին և սբ նշանին. ի յառաջնորդութեան սբ ուխտիս | աւետիս վարդապետին. և զ անձ կրաւնաւորիս | որ կան ի յայս քարաժեռ յանապատի ամէն: | Ովք հանդիպիք ի սմա. յիշեցէք ի սբ աղաւթս | ձեր զմեղաւոր անարժան արսէն փծուն գրչակս | և զհայրն իմ զարսէնն և զմայրն իմ զկուլխաթունն | որ փոխեցաւ են առ քս: թվին ռճլա աւարտեցաւ յուլիսի 'ի ե աւուրն շաբաթի ժամ ճաշուն | և խնդրումեմ և սխալանացս մեզ մի դնէք ա(ւր)հ(ն)եալ է ած: || (f. 175v) Գարձեալ յիշեսջիք 'ի մաքրափայլ աղաւ|թս ձեր զպըրեխցի տէր ղազարն որ | յայժ լի փափագանաւք գրել ետ զայս | գեղեցիկ մաշթոցս վասն իւր վայելման: | և յիշատակ իւր անձին և հաւրն | յովանէսին և մաւրն (ն suprascr.) եղիսին որ | յայսմ ամի փոխեցաւ | առ քս ած ողորմի | ամէն. « Gloria sanctissimae Trinitati Patri et Filio et Spiritui Sancto. Amen. Hoc rituale exaratum est manu peccatis obruti et sine arte librarii, peccato haerentis ac in peccatis defixi, falso cognominati monachi, Arsenii, in Rubro monasterio sub patrocinio s. Praecursoris et sancti Signi (crucis), praesidente sanctae congregationi Avetis doctore, cum sex monachi viverent in hac lapidosa solitudine. Amen. O vos qui hunc (librum) repperitis, conmemorate in sanctis precibus vestris peccatorem indignum Arsenium pollutum librarium et patrem meum Arsenium nec non

matrem meam Gulistan, qui ad Christum migraverunt. Anno 1131 (A. D. 1682) absolutus est (liber) die VIII iulii, sabbato, hora prandii. Nolite criminari inelegantiam et errores. Benedictus Deus. Amen. Iterum conmemorate in puris vestris precibus dominum Lazarum Prehtsi, qui magnis plenus desideriis scribendum curavit hoc pulchrum rituale propter propriam utilitatem, et ut memoriale esset sui ipsius nec non patris Ioseph matrisque Ełis, quae hoc ipso anno migravit ad Christum. Deus misereatur. Amen ». F. 175ᵛ nota possessoris manu saec. XIX: ⟨յ⟩իշատակ է այս մաշտոցըն տր մին|ասին կողակեացան (?) « Hoc rituale memoriale est domini Menae Kołakeatsan (?) ». In schedula paginae internae operculi anterioris adglutinata: 7 | *Rituale Armenum* manu recenti.

Integumentum ex corio castaneo in Oriente confectum cruce metallica defraudatum est, quae operculum prius olim ornabat. In dorso legitur nota codicis 7.

73 (olim 8). An. 1598-9 (Arm. 1048, cf. f. 259), chart., mm. 215×157, ff. 260.

Rituale armenum seu ⟨Մաշտոց⟩, indice capitum in f. 1 praemisso. Insunt [1] (f. 2) ordo baptismi; [2] (f. 18ᵛ) coronae nuptialis inpositio; [3] (f. 27ᵛ) coronae nuptialis depositio; [4] (f. 33) ordo matrimonii iterati; [5] (f. 36ᵛ) ordo communionis infirmorum, cum prima oratione ut in cod. praecedenti; [6] (f. 43) psalmi ad sepulturam dicendi sive pro adultis, sive (f. 50) pro pueris; [7] (f. 72ᵛ) ordo sepulturae communis, insertis post precationem Գթած և մարդասէր ած ... « Deus, misericors et hominem diligens, ... » (F. C. Conybeare, *Rituale Armenum...*, Oxoniae, 1895, p. 124) lectionibus (f. 82ᵛ) Matth. 13, 43-52, Marc. 13, 32-37, et lectione Ioh. 6, 35-40 pro Ioh. 12, 24-26 (f. 85ᵛ) posita; [8] (f. 95) sepulturae canticum, auctore **Manuele**, ut in cod. praecedenti, f. 55; [9] (f. 102ᵛ) ordo precum pro altera exsequiarum die mane (F. C. Conybeare, op. cit., p. 130-134); [10] (f. 110) ritus exsequiarum parvolorum ut sequitur: precatio prima Փառք քեզ թագաւոր փառաց յոյս և ապաւինութի ... « Gloria tibi, rex gloriae, spes et fiducia ... », Որ ողորմած և գթած ես առ ամենեսեան քս ած ... « Tu qui misericors es et clemens pro omnibus, Christe Deus, ... », precatio Ահաւասիկ տր ած մեր յոր յուսացեալ եմք ... « Et nunc, Domine Deus noster, in quo speravimus ... » ut apud F. C. Conybeare, op. cit., p. 278, praemisso solo titulo ընթերցուածս Եսայեա մարգարէէ « lectio Isaiae prophetae », lectio s. Gregorii ⟨inluminatoris⟩, ibid., p. 279, deinde Արդ և դուք մանկունք լուս եղեն առագաստին ... « Nunc et vos, pueri, lumina estis tabernaculi ... », Heb. 12, 22-24, Luc. 7, 11-17, Տր ած թագաւոր յաւիտենից ... « Domine Deus, rex aeternitatis... » op. cit., p. 279 sq., Գոհանամք զքէն ճշմարիտ ած... « Gratias agimus tibi, Deus vere, ... » op. cit., p, 281 sq., Sap. (in cod. յառակաց « Prov. ») 4, 7-17, Is. 60, 19 sq. (vers. 20 bis script.), admonitio s. Gregorii ⟨inluminatoris⟩ op. cit., p. 280 sq., exhortatio altera p. 281, Gal. 4, 1-7, Ioh. 21, 15-17 սիրեմ զքեզ, Փառք քեզ թագաւոր ... « Gloria tibi, rex inmortalis, ... », op. cit. p. 281, Բարեխաւս զքեզ ունիմ... « Intercessorem te habes ... » p. 280, deinde post

praeconium, Գոհանամք զքէն ճշմարիտդ ած որ լուծեր 'ի հողոյ զմահկանացու բնութիս մեր ... « Gratias agimus tibi, Deus vere, qui in terra solvisti nostram naturam mortalem... », Աւրհնեալ ես տր ած ամենակալ որ ստեղծեր զմարդ հող յերկրէ ... « Benedictus es, Domine Deus omnipotens, qui creasti hominem de terra ... »; [11] (f. 123) carmen in mortem puerorum, notis musicis instructum, inc.: Արթունք զուարթունք բանին բանաւոր ճիճռունք ... « Vigiles angeli Verbi, rationales philomelae ... »; [12] (f. 124) ordo precum, quae dicendae sunt altera exsequiarum die mane, Is. 51, 11-12 մխիթարեմ զքեզ, Eph. 2, 19-22 + ⟨I Tim.⟩ 5, 23, dein textus conflatus ex Matth. 11, 25-30 et ⟨Luc.⟩ 10, 21-22, precatio Արդար և մանկունք էք լուսոյ առագաստի որդիք... « Iusti et pueri, lucis thalami filii estis... », Արդ և ձեզ պարտ է գոհանալ զայ ... « Nunc et vos oportet gratias agere Deo ... »; [13] (f. 127) preces pro animarum requie, ut apud F. C. Conybeare, op. cit., p. 58-60, additis precationibus Աւրհնեալ ես ... « Benedictus es ... » ut in codd. B F op. cit., p. 64, et alia Աւրհնեալ ես տր ած ամենակալ արարիչ ամենայն արարածոց որ արարեր զամենայն արարածս քո բարի և լաւ ... « Benedictus es, Domine Deus omnipotens, creator omnium creaturarum, qui fecisti omnes creaturas tuas bonas et honestas ... »; [14] (f. 133) benedictio salis; [15] (f. 142) benedictio novae portae ecclesiae; [16] (f. 143ᵛ) benedictio crepitaculi; [17] (f. 146) benedictio vestis ecclesiasticae; [18] (f. 147) benedictio calicis et patenae; [19] (f. 148) benedictio aquae in die Epiphaniae D. N. I. C., IV Reg. 2, 19-22, Is. 12, 3-6, ⟨Ezech.⟩ 47, 1-12 perperam Isaiae adscripto, Ex. 15, 22-27, Ios. 3, 14-4, 1 + 4, 16-18, I Cor. 10, 1-4, Matth. 3, 1-17 etc. op. cit., p. 165-178; [20] (f. 169) ordo admissionis ad paenitentiam, auctore **Iohanne Mandakuni,** catholico Armenorum, ut apud F. C. Conybeare, op. cit., p. 192-199, mutatis primis duabus precationibus, quae sunt Աւրհնեալ ես տր ած որ ընտրեցեր զխոստովանողս և զապաշխարողս յորդւոց 'ի մարդկանէ ... « Benedictus es, Domine Deus, qui inter homines ut filios elegisti paenitentes et contritos ... » et post pacem Ած մշտընջենաւոր և ողորմած ... « Deus, aeterne et misericors ... »; [21] (f. 182) ordo absolutionis paenitentium in magna feria quinta, op. cit., p. 204-213, mutata ultima precatione sacerdotis quae inc. Աւրհնեալ ողորմութիւն քի աւրհնեալ քս որդին այ որ այսաւր խոնարհեցաւ և յանձն էառ զչարչարանս ... « Benedicta (sit) misericordia Christi, benedictus Christus filius Dei, qui hodie humiliavit se cruciatusque excepit ... »; [22] (f. 200) ritus pedum ablutionis, s. **Ephraem** syro adscriptus, quem armenice reddidit **Gregorius Vkayasēr**; [23] (f. 220) homilia in feria V magnae hebdomadae, op. cit., p. 214-219; [24] (f. 226ᵛ) ordo reconciliationis ecclesiae pollutae, op. cit., p. 29-33 additis, post Isaiae pericopen, Rom. 11,

1-5 et Ioh. 2, 12-22; [25] (f. 236) benedictio ecclesiae picturis ornatae inc.: Օրհնեալ ես տր ած մեր որ ետուր մեզ պատուիրանս քո 'ի լուսաւորութիւն անձանց մերոց … « Benedictus es, Domine Deus noster, qui dedit nobis praecepta tua ad inluminationem voltus nostri … »; [26] (f. 237) ritus benedictionis omnium cerealium, Prov. 3, 9. 10, Ioel. 2, 21-27, II Cor. 9, 10-12, Marc. 4, 26-29, Օրհնեալ ես տր ած ամենակալ որ արարեր զերկինս և զերկիր … « Benedictus es, Domine Deus omnipotens, qui fecisti caelum et terram … »; [27] (f. 240) ritus purificationis illius qui se ignorante ciborum manducatione pollutus est, inc.: Տր ած որ 'ի սր ես բնակեալ և հանգուցեալ փառաւորեալդ … « Domine Deus, qui in sancto habitas et requiescis et glorificatus es … »; [28] (f. 240ᵛ) ritus benedictionis ecclesiae picturis ornatae, ut apud F. C. Conybeare op. cit., p. 34 sq.; [29] (f. 243) evangelia μυροφόρων, de aegrotorum sanatione, de mortuis Matth. 28, 1-20; 9, 18-26; 13, 43-52; Marc. 15, 42-16, 8; 5, 21-34; 13, 32-37; Luc. 23, 50-24, 12; 7, 1-10; 12, 32-40; Ioh. 19, 38-20, 14 (in fine mut. folio uno deperdito); 5, 6 (կամիս init. mutil. folio ut supra deperdito) - 18 (զանձն այ); 12, 24-26.

Folium membranaceum custodiae loco praefixum, quod ex antiquo codice iberico excerptum est binis columnis scripto litteris uncialibus, textum Luc. 9, 27-39 continet haud completum, columna interna maiori ex parte resecta.

Codicem eleganter exaratum charactere *bolorgir* distinguunt tituli rubri, litterae maiores minio vel (in capitum indice) viridi pigmento, maximae vero ornamentaque marginalia variis coloribus depicta. F. 242ᵛ imago evangelistae. Tituli sectionum saepius in marginibus imis atramento scripti. Fasciculi duo et viginti in mg. inf. primae et ultimae paginae signati litteris armenis minusculis foliis duodecim effecti sunt, praeter quintum sexdecim foliorum et ultimum, qui sex tantum folia habet, uno folio inter 256 et 257 deperdito. Fasciculi primus et tertius decimus primo folio carent, imaginibus in principio codicis et ante benedictionem aquae in die Epiphaniae, ut vid., excisis. F. 242 currenti calamo scriptum est atramento pallidiore: գրեցաւ այս գիրս 'ի թուին ռմձե և | ունիսի ԺԶ մեղաւմած ձեռօքս | սուտանուն (sic) կարգաւորս որ եմ գեր | վ(ա)րդ(ապե)տ պաղդասար յերկիրն տիգրանա|կերտու և 'ի գիւղն շըլպէու | և այժմ ծառայ սբ ածածնի | կալաշ մարդ դրամ շալակ | սէր անուն յս սիրովդ քոյ. « Hoc scriptum est anno 1285 (A. D. 1835) die 16 iunii manu peccatoris, falso vocati clerici, qui sum primus doctor, Pałdasar, in terra Tigranocertae in vico Šělpē et nunc servus sanctae Dei Genetricis; homini insano … (*kalaš mard dram šalak*) nomen excita, Iesu, amore tuo. F. 259 subscriptio codicis: Փառք համագոյ և միաս|նական սբ երրորդութեն և մի աստուածութեան հաւր և որ|դւոյ և հոգւոյն սրբոյ յաւիտեանս յաւիտենից ամէն։ | Աւարտեցաւ սբ մաշտոցս | որ կոչի մաշտոց ձեռամբ սուտ|անուն յանպիտան անմիտ և | փըծուն գրչի. մինաս. ս(ա)րկ(ա)ւ(ա)գի | 'ի թվականութեն Հայոց ռխը։ | 'ի հայրապետութեն տն սբ էջմի|ածնայ դաւիթ կաթ(ո)ղ(ի)կ(ո)սին որ | նստի յաթոռն սբ լուսաւորչին։ | Արդ գրեցաւ սբ մաշտոցս ի | յերկիրս կառնւոյ որ կոչէ ար|զրում։ և ածապահ գեղս || (f. 259ᵛ) թըւանճ 'ի դուռս գանձ կա(յ) | սբ գէորգայ և այլ սրբոցն որ աստ | կան հաւաք և առաջնորդ|ութեան յերկիրս ահրի և պան|ծալի սահակ եպ(իս)կ(ոպո)սին։ և միա|բանիցն նորա ամէն։ « Gloria consubstantiali et unius essentiae Trinitati unicaeque Deitati Patri et Filio et Spiritui sancto in saecula saeculorum. Amen. Absolutus est sanctus liber, qui vocatur *Maštots* manu falso cognominati, inutilis, stupidi (حمار = asini) et polluti librarii Menae diaconi anno Armenorum 1048 (A. D. 1598-9), patriarcha sanctae Edšmiadzin David catholico qui sedit in cathedra s. Inluminatoris.

Exaratus est hic sanctus *maštots* in terra Karin (oppidi), quod nominatur Arzěroum et in vico a Deo custodito Ṭvanǵ, ad (cuius) portas thesaurus stat s. Georgii et aliorum sanctorum, qui hic sunt congregati, praeposito terrae Ahr, et inlustri Sahak episcopo una cum sociis. Amen ». Alia manu scriptum est: Դարձեալ յիշեցէք բարե|միտ այրն պակին. որ մտ|աւ էած զսէրն այ և երետ | հալալ ընչից իւրոց. և գն|եց սբ մաշտոցս յիշատակ | իւր և որդոց իւրոց։ դարձ|եալ յիշեցէք պակին և կ(ո)ղ(ակի)ցն | իւր թանգ խաթունն և որդ|իքն իւր միթիչն. այլարն. [և կող(ակի)ց պոլայ խաթուն suprascr.] աւետիսն. ղարամն. և դստերքն | սորա ատի խաթունն. էզտի || (f. 260) խաթունն. նռանայ։ դարձ|եալ յիշեցէք պակին և հայրն | ս[որա] անանիկն. և կող(ա)կ(ի)ցն | նենիփարն. և որդիքն սորա | հարապետն. կիրակոսն. | յովանէսն. կիրակոսն. | Դարձեալ յիշեցէք | էզտի խաթունն. և կողակ|իցն սորա մելիտոնն. որ | պատճառ այսեղաւ. թղթ|իս դիննելոյ. ամէն | քս ած ողորմի առաջնոցն | միջնոցն. և վերջնոցն և որ | ասէ ամէն։ հայր մեր որ յե(րկինս). « Iterum memores estote boni viri Pakin, qui consideravit caritatem Dei, eleemosynam dedit ex bonis suis, ac emit sanctum rituale in memoriam sui ipsius et filiorum suorum. Iterum memores estote Pakin et uxoris eius Ṭangḫaṭoun et filiorum eorum, Mitič, Aylar (et uxoris eius Polayḫaṭoun suprascr.) Avetis, Łaramn, et filiarum eorum Atiḫaṭoun, Eztiḫaṭoun, Nran. Iterum memores estote Pakin et patris eius Ananik et uxoris Neniphar et filiorum eorum Harapet, Kirakos, Yovanēs, Kirakos. Iterum memores estote Eztiḫaṭoun et viri (in cod. uxoris) eius Mełiton, qui causa huius scripturae fuit. Amen. Christus Deus misericors (sit) primis et mediis et ultimis et cuicumque dixerit Amen. Pater noster qui es in caelis ». F. 260ᵛ manu recentiori: Թ(ուի)ն ռճկէ և էին արդուրումս | երկիրն շարժ եղաւ. ես տր կա|րապետս ի լիգա գիւղն օր մի և | կէս օր մի ՟բ ՟ճ հողի թաղեցի | ձեռօքս ուլիս ամսոյ… « Anno 1167 (A. D. 1718) in regione Erzrumensi terrae motus fuit, ego dominus Karapet in vico Liga intra diem et dimidium bis centum et triginta mortuos sepelivi manu mea mense iulio … ».

Integumentum antiquum, quod constabat ex corio castaneo, recens refectum. In schedulis paginae internae anterioris operculi adglutinatis *8* et *8* | *Rituale Armenum*, et in alia folio custodiae adhaerenti: *6 - Un rituale scritto a Erzerum nell'anno del Signore | 1600 Pregiato per le sue variazioni da rituali d'oggi | giorno. Il valore e di 100 franchi.*

74 (olim 9). Saec. XVI, chart., mm. 174×125, ff. 210.

Rituale armenum seu ‹մաշտոց›. Insunt [1] (f. 1) ordo baptismi, praemissis monitione de baptismo non differendo, atque ritu nominis inpositionis, qui tamen vix inchoatur, spatio vacuo relicto; [2] (f. 17ᵛ) ritus inpositionis coronae nuptialis, praemissa benedictione vestium; textus, inde a f. 30ᵛ ut in cod. I Frederici Cornwallis Conybeare, *Rituale Armenum*, p. 111, cum ultima precatione Ած յաւիտենական ած սբ և 'ի սրս բնակեալ … « Deus aeterne, Deus sancte, qui inter sanctos habitas … »; [3] (f. 40) coronae nuptialis depositio Տր ած մեր որ յամ ժամ ընդ մեզ ես … « Domine Deus noster, qui omnibus horis nobiscum es … »; [4] (f. 41ᵛ) ordo communionis infirmorum; [5] (f. 45ᵛ) ordo sepulturae communis, cum lectionibus Ioh. 5, 24-30; 12, 24-26; I Cor. 15, 12-25, Matth. 11, 25-30; ante precationem Օ(ր)հ(նեա)լ ես տր ած մեր … « Benedictus es Domine Deus noster … » (op. cit. p. 127) tria inserta sunt cantica pro mortuis (f. 62) ‹**Manuelis** doctoris›, ut in cod. 72, f. 55, (f. 66) anonymon Ով ք(ա)հ(ա)ն(ա)յք և վարդապետք աստուածաբանք և ժողովուրդք … « Presbyteri et doctores, theologi et populi, … » ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 200, f. 85ᵛ, (f. 68) **Mkrtič Nałaš**, episcopi Amidensis, Ընցանէ մեծութի ու փառք

աշխարհիս « Transit magnitudo et gloria mundi ... » ut in hoc eodem codice, f. 83; [6] (f. 73v) ordo precum pro altera die exsequiarum; [7] (f. 86) ritus exsequiarum parvolorum ante octavum annum defunctorum inc. ut in cod. H (op. cit., p. 286) cum lectione Is. 25, 9 + (?) pro Hier., dein *Փառք քեզ Թ(ա)գ(աւո)ր յաւիտենական ած և արարիչ բոլորից գոյութց* ... « Gloria tibi, rex aeterne, Deus et creator omnium quae sunt ... », *Որդի այ* ... « Fili Dei ... » ut in cod. H (op. cit., p. 288), Matth. 18, 1-4, Marc. 10, 13-15, Is. 60, 19-20, s. Gregorii inluminatoris (op. cit., p. 280), Heb. 2, 14-18, Matth. 2, 16-18, *Հոգի երեսաց մերոց* ... « Anima personarum nostrarum ... », *Տր ած ամենակալ բարերար և բազումողորմ* ... « Domine, Deus omnipotens, beneficus et misericordissimus ... », *Որ տէր ես երկնի և երկրի արարիչ ամ արարածոց* ... « Tu, qui Dominus es caeli et terrae, creator omnium creaturarum ... », (f. 98) canticum ⟨**Mkrtič**⟩ **Nałaš** episcopi ⟨Amidensis⟩ propter pueros *Արարիչ արարածոց մեզ բարկացաւ* ... « Creator creaturarum in nos exarsit ... » ut in cod. Borgiano 72, f. 160, praemisso titulo: *Տաղ ի Նղաշ եպ(իսկոպո)սէ վն տղայոց* « canticum ab episcopo Nłaš propter pueros », (f. 99v) canticum alterum cui titulus *Տաղ ի վր երիտասարդաց* « Canticum super iuvenes »: *Յերէկ հողվերովք անձա հոտ առ ի՛ քիմքըս կափուցի* ... « Heri in sepulchro fugax odor conclusus est ab odoratu nostro segregatus ... », *Ած յաւիտենական որ արժանի արար եր զծառայս քո դառնալ 'ի հող ուստի ստեղծեր զսա* ... « Aeterne Deus, qui dignos effecisti servos tuos, qui revertantur ad terram unde creasti eos ... », *Յոյս մեր և ապաւէն քս որդի այ* ... « Spes nostra et refugium, Christe, fili Dei ... » (op. cit., p. 287). [8] (f. 103) preces pro altera die exsequiarum parvolorum, Is. 51, 11 *զի 'ի տէ* - 12 *մխիթարեմ զքեզ*, lectio conflata ex Eph. 2, 19-22 et I Thes. 5, 23 perperam inscripta: *Պօղոսի առաքելոյն* (sic) *Յեբրայեցոց թղթն* « ex epistula Pauli apostoli ad Hebraeos », Luc. 7, 11-17, precatio *Ա(ւր)հնեալ ես բարեխնամող և բարեգութ ած* ... « Benedictus es, providens ac misericors Deus, ... » (op. cit. p. 285), *Արդ և ձեզ պարտ է գոհանալ զայ* ... « Vos quoque decet gratias agere Deo ... » (op. cit., p. 286); [9] (f. 106v) ordo precum septimi diei Sap. (*Յառակաց*) 5, 16-17, Is. 66, 12-14, I Cor. 13, 11-14, 1, Matth. 11, 25-30, precatio *Տր ած Թ(ա)գ(աւո)ր յաւիտենից ընկալ զաղաչանս մեր* ... « Domine Deus, rex saeculorum, accipe subplicationes nostras ... », *Գթած և մարդասէր ած գթայ 'ի հոգի հանգուցելոյ տղայիս այսորիկ* ... « Deus misericors, qui hominem diligis, miserere animae pueri huius defuncti ... »; [10] (f. 109) preces pro animarum requie (op. cit. p. 58-60) addita precatione *Ա(ւր)հնեալ ես* ...

« Benedictus es ... » ut in codd. B F (ibid., p. 64); [11] (f. 113v) benedictio ⟨oblationis⟩ dominicae, i. e. ritus sacrificii animalis (op. cit., p. 54-57); [12] (f. 120) benedictio salis; [13] (f. 120v) benedictio crucis, ut apud F. C. Conybeare, p. 39-44, dein precatio *Տր ած մեր դու պատուիրեցեր մեզ և ասացեր․ մի երկիր պագանիցէք երկնի* ... « Domine Deus noster, tu iussisti et dixisti: Nolite adorare caelum ... », precatio *Որ տարածեցեր զաշխարհաստեղծ և զանարատ բազուկս քո* ... « Tu qui extendisti brachia tua inmaculata, quae mundum formaverunt ... » et lectiones ut ibid. p. 46 sq., dein *Ա(ւր)հնեալ ես տր ած ամենակ(ալ) արարիչ ամ արարածոց* ... « Benedictus es, Domine Deus omnipotens, creator omnium creaturarum (ibid., p. 44), *Աղաչեմք զքեզ* ... « Oramus te ... » (ibid., p. 48), *Գոհանամք* ... « Gratias agimus ... » (ibid., p. 49), *Տր ած* ... « Domine Deus ... » (ibid., p. 50); [14] (f. 138v) benedictio aquae die 6 ianuarii in festo epiphaniae D. N. I. C., ut in codd. B D op. cit., p. 165-178, *Յեսայեայ* pro Iosue et *Յոհաննու* ante Matth. 3, 13-17, in titulo perperam positis; [15] (f. 152) ordo admissionis ad paenitentiam ⟨auctore **Iohanne Mandakuni**⟩ ut op. cit., p. 190-194 (Luc., 15, 1-10), deinde *Տր ած փրկիչ մեր* ... « Domine Deus, Salvator noster, ... », op. cit., p. 200, Iohel, 2, 12-16, Hier. 3, 14-15 perperam Is. inscripta, Is. 55, 6-7, I Pet. 2, 1-10, Luc. 15, 1-6, *Ա(ւր)հնութբ բարեբանեսցուք զամենակալն ած* ... « In benedictione magnificamus omnipotentem Deum ... », op. cit., p. 194, *Արդ պարտ է ապաշխարողին սրտաբեկ լինել* ... « Nunc oportet paenitentem contritum fieri ... »; [16] (f. 159) ordo ⟨absolutionis paenitentium⟩ in magna feria V, op. cit., p. 204-213; [17] (f. 172v) ritus pedum ablutionis, s. **Ephraemo** adscriptus et a patriarcha **Gregorio** ⟨**Vkayaser**⟩ armenice redditus; [18] (f. 187) benedictio seminis, acervi ⟨frumenti⟩ et torcularis, ut in codd. F H op. cit., p. 221-223; [19] (f. 190v) ritus crucis abluendae, op. cit., p. 224-226, III Reg. pro IV Reg. in titulo lectionis posito; [20] (f. 193) ritus purificationis christiani qui cibi manducatione pollutus est inc. *Տր ած մեր որ սբ ես, և ի սբս հանգուցեալ փառաւորեալդ յամի* ... « Domine Deus noster, qui sanctus es et in sanctis habitas ab universis glorificatus ... »; [21] (f. 194) benedictio novi libri; [22] (f. 194v) benedictio calicis et patenae; [23] (f. 195) benedictio vestium sacrarum; [24] (f. 196) ordo reconciliationis ecclesiae pollutae, ut in cod. I, op. cit., p. 34, lectione Matth. 21, 12-16 ante precationem addita; [25] (f. 198) homilia in feria V maioris hebdomadae, op. cit., p. 214-219, quam sequitur precatio *Աւրհնեալ է ամենասուրբ երրորդութիւն 'ի բարձունս հայր և որդի և հոգին սբ մեծ գոհութի երիցանձնաւորութեն* ... « Benedictus est sacrosancta Trinitas in excelsis, Pater et Filius et Spiritus Sanctus; gratiarum actio magna sit tribus personis ... ».

Codex charactere *bolorgir* exaratus fasciculis constat decem et octo, qui sunt seniones, praeter paenultimum quattuordecim foliorum et ultimum nunc trium foliorum, nonnullis paginis, quae librarii subscriptionem, ut vid., continebant, avolsis. Omnes signati sunt litteris minusculis armenis in margine primae et ultimae paginae praeter primum, qui folium primum perdidit et ultimum, ut diximus, in fine mutilum. Tituli et litterae initiales minio scripta. Spatium ad scripturam recipiendam dextra laevaque duplici linea rubra definitur. F. I calami probationes. F. 1 in mg. imo յիշատակ է տր մինասու որդու դի|ռացու « Memoria est domini Menae filii Dirats ». F. 45 librarius notulam inseruit post ritum communionis infirmorum: Տր ած յս քս ողորմեայ ստացողի գրոցս | մելքսեդեկին և ծնօղացն նորին հօրն աղ|շիբէկին և մօրն խանումին եղբարցն | բաշարաթին. յովսեփին. նադարին. և | շահսուարին. վարդանին. եղբօրն մժ|դօին. որդոյն պարսամին. քուերցն գու|արին. ինախին. խաթունին ամէն։ | և ինձ մեղապարտ գրչի կրդ(ա)ց(ո)ղիս և" « Domine Deus, Iesu Christe, miserere possessoris libri huius Melkhesed genitorumque eius patris Ałši-bek et matris Khanoum, fratrum Bašarat, Ioseph, Nadar, et Šahsouar, Vardan, fratris Mždo, filii Parsam, sororum Gouar, Inaẖ, H̱aṭoun. Amen. Et mei peccatoris, scriptoris, praeceptoris, etc. ». F. 46ᵛ in marginibus inf. et sinistro littera *notergir*: Ց(ո)ւսումնասէրն պարոն | յակոբ մաշտոցս այս իւր է « Eruditissimi baronis Iacobi est rituale hoc » et յարգապատիւ պարոն Յակոբ « testimonium famae baronis Iacobi ». Ff. 98, 99 alia manu subpleta. F. 128ᵛ in margine sinistro, littera *notergir:* Շնո<ր>հա|զարդ | տր մինաս | սղէթցի | յաւուր | ծաղկա|զարդի | ի պօլիս | պատարա|գեաց և | երկու|շաբթի | վախճան<ե>ցաւ | և թաղե|ցին զնա | ի պայկողլի | գերեզ|մանոյ | յառաջ քան զմահատարաժամ | ի թ(ո)վա|կան 1864 « Humanissimus dominus Menas Słettsi die dominica Palmarum Constantinopoli missam celebravit; et feria secunda mortuus est, quem sepelierunt in caemeterio Balukli (cod. *Paykolli*) ante pestilentiam, anno 1864 ». F. 159 ante ordinem absolutionis paenitentium librarius aliam memoriam possessoris posuit: Տր ած յոյս և ապաւէն խոստովա|նողաց տր երրորդութեդ. Ողորմեա | ստացողի գրոցս պարոն մելքսեդեկին | և ամ արեան մերձաւորաց նորին ամէն « Domine Deus, spes et refugium confitentium sanctam Trinitatem tuam, miserere possessoris libri huius baronis Melkhesed et omnium proximorum sanguinis eius. Amen ». F. 186ᵛ notula eiusdem modi: քս ած | քս որ առաքելոցն բարեխօսութբ | ողորմեա ստացողի գրոցս մելքսեթ|թին և ծնողաց նորին հօրն աղշիբէ-<կի> (spatio ad recipiendas lineas quattuor vacuo relicto) « Christe, Deus, per intercessionem sanctorum apostolorum tuorum, miserere possessoris libri Melkheseṭ (*sic*) et genitorum eius patris Ałši-bek ... ». F. Iᵛ vacuum.

Codex coopertus corio nigro exhibet in schedulis dorso et paginae internae operculi anterioris adhaerentibus notam anteriorem *9* et *9 Rituale Armenum*. Paginae internae operculi posterioris adglutinata erat, nunc disiuncta, epistula currenti calamo scripta charactere *notergir*, de codice deferendo ad quoddam monasterium. Sigillum atramento inpressum cuiusdam episcopi vel monasterii praesidis cernitur in angulo sup. sinistro epistulae ք(ի) ծ(առայ) | . ասիմ | ռնբ « Christi servus (.) asim, (anno) 1402 (?) ».

75 (olim 10). Saec. XVIII, chart., mm. 195 × 126, ff. 199, linn. 24.

1 (f. 6). **S. Iohannis Climaci** Scala paradisi (M. P. G. 88, 632-1161), ut in codice descripto a H. Garegin Zarphanelean, *Catalogue des anciennes traductions arméniennes,* Մատենադարան հայկական թարգմանութեանց նախնեաց, Venetiis, 1889, pp. 532-537. Translationem alteram praefert cod. Berolinensis Petermann I. 35, apud Nicolaum Karamianz, *Verzeichniss der Armenischen Hss.* in *die Hss. - Verzeichnisse der kgl. Bibliothek zu Berlin,* t. X, Berlin, 1888, p. 18 sq. Inc. post titulum: (f. 6) Բարւոյ և գերագունի բարւոյ, ամենաբարւոյ Աստուծոյ մերոյ և թագաւորի ... « Boni et optimi, omni modo boni Dei

nostri et regis ... »; des. (f. 157): ... որ է ամ բարեաց պ(ատ)ճ(ա)ռ, որ այժմ էր և է, և եղեցի, անս(ա)հմ(ա)ն(ե)լի յ(ա)ւ(ի)տ(եա)նս լոյս։ Ամէն։ « ... qui est causa bonorum omnium, et erat, et est. et erit, lux infinita saeculorum. Amen ». Praemittuntur, [1] (f. 1) prologus (M. P. G. 88, 628), ut apud Zarphanelean, p. 231 sq., praemisso titulo գիրքս այս որ կոչեցեալ Սանդուխ անձային ելիցն։ « hic liber sanctus vocatur scala divini adscensus »; [2] (f. 1ᵛ) capitum syllabus (M. P. G. 88, 629) quae titulo gradus primi omisso titulum gradus vicensimi tertii in duos dividit իբ վասն հպարտութեան։ իգ վասն անմաքուր խորհրդոյ հայհոյութեան։ « XXII. De superbia. XXIII. De inpura blasphemiae cogitatione »; [3] (f. 2ᵛ) praefatiunculae conclusio (M. P. G. 88, 629); [4] (f. 4) pars historiae s. Iohannis Climaci, quamdam relationem habentis cum historia auctore Danihele Raytuensi, quae, ex mutilo exemplari, ut vid., transscripta, inc.: և հոգին յերկնից 'ի լեառն բնակիւր ... « ... et spiritus e caelis in monte habitans ... »; des.: Քանզի արդարև անբիծ է նորին բանապատմութիւն։ « Nam certo absque macula est eius historia »; [5] (f. 4ᵛ) epistula s. Iohannis Climaci ad Iohannem Raytuensem (M. P. G. 88, 625), cuius epistula omittitur ut in cod. descripto a H. Garegin Zarphanelean, p. 532. Sequitur (f. 157) index capitum alter ordine inverso, inde a trigesimo gradu, qui sat diversus est ab indice f. 1ᵛ.

2 (f. 158) Eiusdem s. **Iohannis Climaci** liber ad pastorem (M. P. G. 88, 1165-1208) ut apud Zarphanelean, p. 537, inc.: Յառաջաբանութի Յօհաննու, առ Յօհաննէս։ Յերկրաւոր և 'ի ներքին այս գիր ես ըղբեղ... « Prologus Iohannis (Climaci) ad Iohannem (Raytuensem). In hoc inferiori seu terreno codice ego te ... »; des.: ... և Այծ սէր է։ որում փառք և կարողութիւն այժմ և միշտ և յաւիտեանս ամէն։ « ... Deus autem charitas est, cui gloria et imperium nunc et semper et in saecula. Amen ».

3 (f. 173) Vita s. Iohannis Climaci auctore **Danihele** monacho **Raytuensi** (M. P. G. 88, 596-609), quae etiam continetur in cod. Zarphanelean, ut videre habes pp. 537 et 378. Inc.: կեանք և քաղաքավարութիւն երանելւոյ և սրբոյ հօրն մերոյ Յօհաննու հօր սինեայ որ կոչի կլէմաքս, ՛որ գրեաց Դանիէլ կրօնաւորն միա<նա>կեաց ռութայ լերին։ Ոչ է կարօղ բանք իմ ո՛վ սիրելի եղբարք պատմել ... « Vita et institutio beati ac sancti patris nostri Iohannis abbatis Sinai, qui vocatur Climacus (*Klēmakhs*), auctore Danihele monacho inter eremitas montis Raytu. Non possunt verba mea, o dilecti fratres, narrare ... »; des.: ... և ներքոյ խրատք տեսութեան, 'ի փառս անեղին Աստուծոյ։ Որում փառք այժմ և յաւիտեանս յաւիտ(ե)ն(ի)ց Ամէն։ « ... et interius contemplandi praecepta, ad gloriam increati Dei, cui gloria nunc et in saecula saeculorum. Amen ».

4 (f. 180) Scholia CXXXIV in loca difficiliora scalae paradisi auctore **Danihele Raytuensi**, ut in cod. Zarphanelean, cuius op. cit. vide sis pp. 537 et 378. Inc.: Լուծմունք Դժուարիմաց և նուրբ բանից, որ կան ՚ի Գիրքս այս կոչեցեալ կլիմաքս։ Արարեալ Դանիելի կրօնաւորի Ռայթեցւոյ։ Վս ելեցն յաշխարհէ։ Զինչ ուրացումն և ատելութիւն, այլ զայս ուսուցանէ։ Explanationes in verba difficilia et subtilia quae exstant in hoc libro Scala vocato, auctore Danihele monacho Raytuensi. De adscensu a mundo. Quid sit renunciatio et odium hoc docetur ... »; des.: Դատարկացեալքն ՚ի գործոց չարեաց, և գործօղք չարեաց։ վերջ լուծման գրգոյս։ «... segregati ab operibus malis et ab operantibus mala. Finis explanationis libri ».

Codex nitide exaratus littera *notergir* textum praebet lineis rubris dextra laevaque comprehensum. Litterae maiores, tituli, duae primae lineae unius cuiusque capitis minio scripta; litterae vero maximae seu *šałagir* variis pigmentis et auro distinctae. Paginae signatae sunt in angulo summo externo notis numeralibus occidentalibus duplici serie, scilicet pp. 1-356 = ff. 1-178ᵛ et pp. 1-40 = ff. 180-199. F. 3ᵛ somnium Iacob. F. 13 ornamentum frontale in principio cap. I. Ff. 2ᵛ. 178ᵛ inpressa sunt tria sigilla Iacobi doctoris seu *vardapet*, quorum unum exhibet baculum doctoris cum littera ե et annum 1809, aliud crucem cum littera փ et annum 1810, tertium purum nomen cum titulo. Ff. 3ʳ. 179. 199ᵛ vacua.

Integumentum ex corio obscuro variis ornamentis inpressis conmendatur. In schedula paginae internae operculi anterioris adglutinata *10* | *Scala Divinae* | *Ascensionis;* in altera vero, quae dorso adhaerescit, nota codicis *10* tantum.

76 (olim 11). An. 1668 (Arm. 1117, cf. f. 127), chart., mm. 183 × 122, ff. II. 261.

1 (f. 1ᵛ) Tabula ⟨clavium terminorum⟩ pro annis Arm. 1052-1583 (A. D. 1603-2134) i. e. tabula dierum obcurrentium pro uno quoque anno a quibusdam diebus certis seu sedibus clavium usque ad festa mobilia quae termini dicuntur. Pagina duplex in columellas XII dividitur, ita ut nomina zodiacorum signorum habeas in principio columnarum a Geminis usque ad Taurum, et annos per lineas distributos. Verba et numeri columnarum Cancri, Scorpii et Piscium, quae annis intercalaribus respondent minio scripta sunt. Inc.: Եկ<ր>ու(ո)ր(եակ)։ ուծք։ ւ « Gemini. 1052. 34 ... »; des.: (կոյս)։ ուշծգ։ ծ։ « (Virgo). 1583. 14 ». Locus paschae est vicensima prima dies mensis martii clavesque sunt diversae XXXVI.

2 (f. 5) Kalendarium perpetuum pro cyclo XXXVI annorum, qui tabulae praecedenti respondet inc.: Ա։ Եւթներեակ դ։ Յունվար լա․ աւր է․ Եշ(աբաթ)ի մտանէ։ Յայտնութիւն յունվարի․ զ․ աւրն․ գշ(աբաթ)ի։ միջոց ուտիք զ աւր։ Առաջաւորի բարեկենդան․ յունվարի․ ժ և ա։ « (Clavis) I: littera dominicalis D. Ianuarius dies XXXI habet, incipit feria quinta. Epiphania die sexta ianuarii feria tertia. Intervallum esus carnium dies VI.

Prima bacchanalia die undecima ianuarii »; des.: Բ… փետրվար իթ աւր է կիրակի մտանէ․ Տն ընդյառաջ փետրվարի ժդ աւրն շաբաթ։ բուն բարեկենդան մարտի ը։ Բէն հանապազ նահանջէ Զմտացեալն ՚ի փիւրն հարցիր․ և զանարժանս յիշեա ՚ի տր։ « (Clavis) XXXVI ... Februarius dies habet XXIX, incipit die dominica. Domini ὑπαπαντή die decima quarta februarii sabbatum est. Vera bacchanalia die octava martii. Odium semper vincitur. Caetera require in (clavi) XXXV, et indignos conmemora in Domino ».

3 (f. 50ᵛ) Explicatio cycli annorum DXXXII, de quo vide sis F. K. Ginzel, *Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie*, III, Lipsiae, 1914, pp. 315. 319, sine titulo vel auctoris nomine, auctore tamen ⟨**Anania Širakatsi**⟩, ut ex initio ab initio tabulae motuum lunae (f. 79ᵛ) vix diverso conici posse videtur. Inc.: Զմուտ․ իը․ թղթի․ շ․ եկի հռոմայեցւոց և հայոց սս (ա)ր(ա)յ։ կալ զմեծ թվականն հայոց․ մը․ ՚ի բաց երթ… « Introductionem (tabulae) in XXVIII laterculis (cf. ff. 51ᵛ-79) quingenorum Romanorum et Armenorum sic facies. Sume annum magnae epochae Armenorum, CCXXXVIII detrahe ... »; des. (f. 51): Եւ են ի դմս լսս (արեգակ)անն․ ամք․շլբ․ Եւ լսս (լուսն)ոյ ամք․շհ։ լրմունք․ցշձ։ Ամիսք․ցնհբ․ Շաբաթք բ"․ ւշխ։ Աւուրք․ ժթ"․ և ւնժգ։ ամք․ նկղ", և ջլք։ Մասունք ժա․ ռ․ բիւր․ և․ միէ․ բիւր։ Ինն և ժերեակք․ իը․ Լրմունք նոցին մլե․ <իը>եակք ժթ։ <Լ>րմունք նոցին․ յլզ․ երեք սասանին․ յկզ։ « Et in eo (cyclo) sunt anni solares DXXXII, anni lunares DLXX, plenilunia VI millia et DLXXX, menses VI millia et CCCCLXXII, hebdomades XXVII millia et DXL, dies CXCVII millia et CCCCXVI, horae MMMMDCLX millia et DCCCCXXXII, horae sexagesimae partes XI millia et CCXLVII myriades, cycli XXVIII decemnovennales, quorum unus quisque plenilunia CCXXXV continet, XIX cycli XXVIII annorum, quorum unus quisque (duodecies sumptus) summam ex multiplicatione habet CCCXXXVI, tredecies CCCLXIV ».

4 (f. 51ᵛ) Tabula concordantiae cycli DXXXII annorum, ut supra, cum annis epochae Armenorum 742-1277 (= 1293-1828 A. D.); ubi notandum est annos repperiri in ordine 790-1277 et 742-789, ut annis cycli prioris XXIX-DXXXII et posterioris I-XXVIII respondeant. Duplici pagina in viginti columellis divisa, inc. Թ(ո)վական հ(ռոմա)յ(եցւոց)[1] իթ։ եւթներ(եա)կ։ ա։ վերադիր։ ժա։ յայսնուէ յ(ո)ւնվ(ա)ր։ զ (sic per totam columellam): պատկեր օր։ է։ առաջաւոր։ յ(ո)ւնվ(ար)։ քանիք։ իդ։ լրմունք նց։ ապր(ի)լ։ քանիք։ զ։ պատկեր օր։ դ։ Թ(ո)վական հ(ա)յ(ո)ց։ չդ (in

[1] In ff. 51ᵛ. 52ᵛ. 53ᵛ leges հայոց, sed postea հռոմայեցւոց certe distinguitur.

mg. praem ղ)։ Է․ երեակ։ Բ։ վերադիր։ Գ։ յայտնումն նաւասարդի։ Ծբ։ պատկեր օր։ Է։ առաջ աւուր։ Ն(ա)ւ(ա)ս(ար)դ։ քանիք։ Լ։ Լրմունք նց։ տրէ։ քանիք։ Ժ։ պատկեր օր։ Դ։ « Annus Romanorum (seu cycli) XXIX. Littera dominicalis A. Epactus XI. Epiphania: ianuarii die sexta (et sic semper). Dies hebdomadis septima (i. e. sabbatum). Prima dies (bacchanalium) ianuarii dies vicensima quarta. Plenilunium (Paschatis) aprilis dies quarta, feria quarta. Annus Armenorum DCCXC (in mg. interna praem. littera ղ quae est clavis XVIII). Littera dominicalis B. Epactus VI. Epiphania (mensis) navasard dies duodecima. Dies hebdomadis septima (i. e. sabbatum). Prima dies (bacchanalium) mensis navasard dies trigesima. Plenilunium (Paschatis) mensis trē dies decima, feria quarta ». In margine interno cuiusvis secundae paginae notantur claves terminorum quae minio scribuntur annis intercalaribus, in marginibus vero externis notantur anni intercalares litteris նջ (=նահանջ), initia cyclorum XIX et XXVIII annorum notis numeralibus ԹԺ et ԻԸ, nec non pauca alia. Des.: ԻԸ։ ԶԷ։ Լ։ Զ։ Ե։ փետ։ Դ։ ապր։ ԺԵ։ Է։ Ջ։ ՉՁԹ։ Ա։ ԻԵ։ ԺԱ։ Ե։ Հոռ։ ԺԱ։ տրէ։ ԻԱ։ Է։ « Annus Romanorum XXVIII. Litterae dominicales Zē. Epactus XXX. Epiphania dies sexta ianuarii. Feria quinta. Dies primus bacchanalium februarii dies quarta. Plenilunium Paschatis dies decima quinta aprilis, quae est septima hebdomadis. Clavis XXVII. Annus Armenorum DCCLXXXIX. Littera dominicalis A. Epactus XXV. Epiphania dies undecima mensis navasard. Feria quinta. Primus dies bacchanalium dies undecima mensis hori. Plenilunium Paschatis dies vicensima prima mensis trē, quae est hebdomadis septima ».

5 (f. 80) Tabula motuum lunae pro annis cycli decemnovennalis, auctore **Anania Širakatsi**, ut in tabulae explicatione (f. 79ᵛ) aperte declaratur. Explicatio inc. Զմուա (լուսն)ացուցիս․ Թ և Ժ ամաց շրջանիս սս արա։ կալ դհայ փոքր թուականն․ Թ 'ի բաց առ․ ... Արդ՝ ես անանիայ շիրակացի՝ ստուգիւ քննեցի զամ աւուրս ընթացից և եղականաց [l. եղանակաց] (լուսնին) ... « Initium clavis lunae per cyclum XIX annorum sic facies. Sume parvam epocham Armenorum. XIX detrahe ... Ego vero Ananias Širakatsi adcurate conputavi cunctos dies motuum et articulorum lunae ... »; des.: սա յայնմ աւուր ցուցանէ զմնծայումն (լուս)նին․ նոյնպէս․ և զայլսն․ և զեղկելի և զանարժան գրիչս յիշեա։ « ... hic, eodem die, indicat lunam primam et sic de aliis. Tu vero memento librarii miseri et indigni ». Tabulae XIX pro singulis epactis in decem columellas divisae lunas primas et plenas indicant hoc modo: Ծնունդ (լուսնին)։ յունվ(ար)։ քանիք։ ԺԸ։ տիւ գիշ(երի)։ գիշ(երի)։ ժամք։ Ժ։ մասն։ Ա։ լրումն։ փետ(րվար)։ քանի։ Բ։ տիւ և գիշ(երի)։ գիշ(երի)։ ժամք։ Դ։ մասն։ Ա։ « Nativitas lunae: ianuarii dies decima octava. Dies vel nox: nox. Horae: decima. Horae

fractio: prima. Plenilunium: februarii dies secunda. Dies vel nox: nox. Horae: quarta. Horae fractio: prima »; des.: դեկ(տեմբեր)։ ԺԹ։ ա(իւ)։ ԺԲ։ Գ։ յու(ն)վ(ար)։ Գ։ գ(իշերի)։ Գ։ Բ։ « Nativitas lunae: decembris dies decima nona. Diei hora duodecima, horae fractio, tertia. Plenilunium: ianuarii dies tertia, noctis hora tertia; horae fractio secunda ».

6 (f. 85) Tabula in forma rotae, qua ostenditur differentia temporum lunae et solis dum signa zodiaci percurrunt. Explicatio rotae sine titulo inc.: Այս բոլորակս (լուս)նին է ընդ (արեգակա)նն Ես զե աւուր Ե․ից և ժամուցն Գ ... « Hic est circulus de (relatione) lunae cum sole, quod dies sint V, horae III ... (h. e. media pars temporis, quo solaris annus lunarem superat) »; des.: ... Ես այսորիկ յաւելուն ամի ամի յընթացից (արեգակ)անն աւուրք ԺԱ, և ժամք Գ, և բոլանդակ որոշմունք սոցա կարգեալ է 'ի բոլորիս։ Որ կամի գտանէ։ « ... quam ob rem excedunt in motu (annuo) solis, mense post mensem, dies XI et horae III. Et omnes earum partitiones in circulis disponuntur. Qui vult inveniat ».

7 (f. 85ᵛ) Anonymi auctoris de kalendariorum inventoribus sine titulo inc.: Արիս<տ>իդէս միրի փիլիսոփա(յ) ընկեր կոդրատեա(յ) եպ(ի)սկ(ոպո)ս կորընթոսի ունկնդիր առաքելոցն արար տումար Հռոմայեցւոց։ և սս նմանեցուցեալ թէ առաջին աւրն ապրիլի սկիզբն արարչութե է։ և 'ի չորրորդումն աւուր լուսեղծեալ զլուսինն 'ի լրմանն։ Զայս ասէ լրումն առաջին․ և դնէ զսա գլուխ բոլորին։ « Aristides *Mrri* philosophus, Quadrati socius, episcopus Corinthi, auditor apostolorum, fecit kalendarium Romanorum, hos sequens, quasi primus dies aprilis initium creationis fuisset et in quarto die creata luna esset in plenitudine. Hoc dixit primum plenilunium idque posuit caput cycli ... »; des. (f. 88ᵛ): Իրոն ոմն ի ժամանակին հերձուածող ի բաց ընկէց զինն և ԺԹերեակ ս(ր)բ(ո)յն պամփիլեայ, և զապրիլի ․Զ․ Ե․ փոխե(ա)ց․ և զվերադիրն ․Է․ գրեալ է իրիոն յիւրում տումարին․ անիծե(ա)լ որ առնէ ապրիլի ․Զ․ զատիկ։ ինքն նզովե(ա)ց․ և ի նզովից ոչ զերծեալ։ « Heron quidam de tempore dissentiens periodum decemnovennalem s. Pamphylii abiecit et mutavit in quintum diem sextum aprilis, inde et epactam septimam *irion* inscripta est in suo kalendario. Maledictus qui Pascha facit die sexta aprilis; ipse fuit anathema, et ex anathemate suo minime salvatus est ». Pars eiusdem tractatus, scilicet f. 86, l. 9 - f. 87ᵛ, l. 15, etiam sine auctoris nomine, reperitur in codice Bybliothecae Nationalis Parisiensis 252 (olim 114), ff. 66ᵛ-68ᵛ, unde typis mandata est cum gallica versione ab Eduardo Dulaurier, *Recherches sur la chronologie arménienne*, Lutetiae Parisiorum, 1859, pp. 58-60.

8 (f. 88ᵛ) De categoriis decem aristotelicis, sine auctoris nomine, praemisso vero titulo *Արիստոտէլի . Ժ . ստորոգութի* « Categoriae X Aristotelis ». Inc.: *Առաջին ունիմ ես անձն, որ է գոյացութի ...* Primum, personam ego habeo, quae est substantia ... »; des.: *Ժ. կապիմ կամ արձակիմ, դատիմ կամ հալածիմ այս է կրել:* « X. Vincior vel solvor, iudicor vel abigor, h. e. passio.

9 (f. 89) Kalendarium iuxta usum Romanorum, in quo singulis columellis indicantur signa zodiaci cum gradibus et scrupulis, circuli stellarum, dies mensium et hebdomadarum, dies lunae cum horis et scrupulis. In ultima columna, quae largior est, non nullis diebus notulae adscribuntur sermone volgari, quae tum ad historiam, tum ad liturgiam, tum ad computum pertinent. Exempla sint: prima die ianuarii: *Յունվար ամիսն է տրէ գլ(ու)խ հռ(օ)մ(ա)յ(եցւո)ց և հռոմք սորա եանարիս կու ասեն* « Ianuarius (*younwar*) mensis, qui est trē, caput (anni) Romanorum, quem Romani *ianaris* vocant »; die 4: *Այսօր պատրաստութեն մովսեսի մարգարէի նախս է* « Hodie praeparationis Moysis prophetae vigilia est »; die 6: *յայս օրս ժամ մի կայ որ լեղի ջրերն կու քաղցրանան . չէ պարտ լեղի կերակուր ուտել, և ծովք խառնակ[ին]* « Hodie hora est qua amarae aquae dulces fiunt. Non licet cibum amarum edere, et aquae miscentur ». Ultima notula in fine decembris: *Յայս գիշերս 'ի բաց ամանէ ջուր չի խմեն քանզի դեւքն ի ջուր են . և ով խմէ կու դիւահարի և կու խենթնա, կամ կառնվի* (sic) *պատրաստ և խիստ պատրաստ գիտէա* « Hac nocte, ex aperto vase aquam non bibunt: daemones enim sunt in aqua et quisque bibit daemoniacus fit et delirat; quod paratum est miscetur, esto sedulo paratus ».

10 (f. 95ᵛ) Rota ventorum XII cum graecis nominibus litteris armenis. Explicatio inc.: *Վ̃ս ժբ̃ անհողմոց որ շնչեն ի վերայ երկրի: Շնչեալ հողմունքն զանազան. 'ի չորս կողմանց յաշխարհս գան ...* « De XII ventis, qui flant super terram. Flantes venti varii in quattuor mundi regionibus sunt ... »; des. (f. 96ᵛ): *... այս են հողմունք ժբ̃քն, և այսքան զործ յատուկ սոցին:* « hi sunt venti XII, et tot proprietates eorum ».

11 (f. 96) Clavis lunae quae inscribitur *Լուսնացոյց պարզ ստոյգ և յըստակ անսղալ* « clavis lunae simplex, adcurata, clara, sine errore ». Inc.: *Վերադիրն թ̃. և լուսնագիրն ա̃: Յունվարի ի̃ ծնունդ (լուսն)ի . բ̃ սահաթին, և 'ի ա̃ մասունքին ...* « Epactus IX et lunae signum I. Novilunium die 20 Ianuarii, hora (*sahaṭ* = ساعة) II cum uno scrupulo ... »; des. (f. 107ᵛ): *Դեկտեմբերի իա̃ ծնունդ լուսնի ժե̃ սահաթին, ջբ̃ մասունքին:* « Die XXI decembris novilunium hora XV cum DCCCCII scrupulis ». Subscriptionem,

quae subiungitur (f. 108), cum quaedam de usu clavis contineat, hic referimus *‹Ա›րդ գրեցաւ լուսնացոյցս վերադրաւ և լուսնագրով. ի մայրաքաղաքս կաֆայ ընդ հովանեաւ ս̃. աստուածածնի յընտիր և յստոյգ աւրինակէ: Յորժամ վերադիրն ի̃ը լինի, և լուսնագիրն ժթ̃ . վերջքն դարձեալ 'ի գլուխն սկսիր վերադիրն թ̃, և լուսնագիրն ա̃, և գնա կարգաւ մինչև 'ի կատարած աշխարհ անվրէպ, և քի̃ փառք յաւիտեանս ամէն:* « Haec clavis lunae cum epacto et lunae littera exarata est in metropoli Kafa sub praesidio sanctae Dei genetricis ex electo et adcurato exemplari. Quando epactus XXVIII est, lunaeque signum XIX, a fine ad principium reditur, scilicet ad epactum IX et signum lunae I et progreditur (eodem) ordine usque ad consummationem mundi infallibiliter. Christo vero gloria in saecula. Amen ».

12 (f. 109) Tabula ad determinanda ieiunia, cui praemittitur (f. 108ᵛ) tabula praevia de littera anni cum explicatione (f. 108). Inc.: *Թուին հայոց ռճժբ̃. Գիր տարոյն . սէն է . տանուտէրն եկաւորն է: Իսկ խեց գետինն և կարիճն և ձուկն, նա հանջեն: երբ գիր տարոյն 'ի նոցա կարգն հանդիպի և հասանիս 'ի մարտի ամիսն, թէ քէ է, դու զփիւռն բանեցո, ...* « Anno Armenorum 1112 (= A. D. 1663) littera anni *sēn* est; dominans est signum Geminorum. Cancer vero, Scorpius et Pisces (anni) intercalares sunt; cum littera anni in eorum seriem inciderit, adveniesque ad martium mensem, si *khē* fuerit, tu *phiur* aperias ... ». Initium explicationis tabulae ieiuniorum sic habes (f. 109): *Ջ̃րա(ւր)հնեաց մինչև 'ի ս̃բ սարգիս պահքն այսպէս արա: Կալ զգիր տարւոյն և տես զոր ինչ յիւր դէմն գրած է, այնչափ ուտիք է մինչև 'ի ս̃բ սարգսի պահքն:* « Ab aquae benedictione (h. e. Epiphania) usque ad s. Sergii (festum) sic ieiuna: sume litteram anni et vide quod iuxta eam scriptum est, tot erunt dies esus carnis usque ad ieiunium s. Sergii »; des. (f. 110ᵛ): *... բայց թէ դ̃շ(աբաթ)ի հանդիպի գ̃շ(աբաթ)ի արա. և թէ ուրբաթ դու ե̃շ(աբաթ)ի արայ:* « ... sed si est feria IV tu fac feria III, et si feria VI, tu fac feria V ».

13 (f. 112) Evangeliorum lectiones quae ‹*աւետարանք բժշկութեան* « evangelia sanationis »› dicuntur et in ritualis codicibus editionibusque saepius repperiuntur: [1] Matth. 8, 18-9, 8 praemisso titulo *Աւետարան ըստ Մատթէո(սի)* « Evangelium secundum Mattheum »; [2] (f. 113ᵛ) Matth. 15, 21-28; [3] (f. 114ᵛ) Matth. 17, 14-20; [4] (f. 115) Marc. 5, 21-6, 6 *նոցա* nullo titulo; [5] (f. 117ᵛ) Marc. 7, 31-37; [6] (f. 118) Luc. 4, 14-41, praemisso titulo *Աւետարան ըստ Ղուկասու* « Evangelium secundum Lucam »; [7] (f. 120) Luc. 11, 14-32; [8] (f. 122) Luc. 13, 10-21; [9] (f. 123) Ioh. 5, 1-18, praemisso titulo *Աւետարան ըստ Յոհաննու* « Evangelium secundum Iohannem »; [10] (f. 124) Ioh. 9, 1-38; [11] (f. 127) Ioh. 10, 22-42.

14 (f. 130) ⟨**Dionysii Thracis**⟩ grammaticae versio armena, quam e duobus codicibus bybliothecae Parisiensis, tunc Regiae, una cum textu graeco et gallica translatione edidit Chahanus de Cirbied: *Grammaire de Denys de Thrace, en grec, en arménien et en françois accompagnée de notes et d'éclaircissements* in ephemeride cui titulus *Mémoires et dissertations sur les antiquités nationales et étrangères publiés par la société royale des antiquaires de France,* VI (1824) pp. 1-93. De hac versione praecipue disputavit Adalbertus Merx apud Gustavum Uhlig, *Dionysii Thracis ars grammatica* ... Lipsiae, 1884, pp. LVII-LXXIII. Codex noster editioni respondet usque ad pag. 84 *կոփեցին*; deinde pergit (f. 146ᵛ) *Ստորադասականին կրաւորականն․ Նոյնպէս է ըստ այլոց յեղանակացդ։ Արծարծմունք խոնարհմանց բայի Յաղագս Աղաւթից։ Աղաւթական ներգործական, ներքսական ամանակի․ միաւորական աղաւթեմ…* « Subiunctivus passivus est secundum alios modos. Renovatio coniugationum verbi pro deprecatione. Activus deprecativus, singulare temporis refractivi: precor... », cf. cod. 336 Mechitaristarum Vindobonensium apud Iacobum Dashian, *Catalog* ... part. arm. p. 781. Des. (f. 148) in brevi capitulo de metro lyrico: *Չափք տաղից են որ վեցթեւեանքն․ և են որ հինգթեւեան․ և են որ քառաթեւեան։ և թէ ոտքն են վեց․ որոյ անուանքն են* || (f. 148ᵛ) *այս․ լիաթեն․ մատն․ մեծատեղն․ նրբատեղն․ մեծառաջ․ մեծավերջ։ և վեցթեւեան․ չորեւք․ լիաթեն․ մատն․ մեծատեղն․ մեծառաջն։ Փառք յամենայնիփառաւոր սբ երրորդութեն ամէն։ և յամ(ենայն) ժամ։* « Metri odarum sunt senarii, quinarii vel quaternarii; pedes vero eorum sunt VI, quorum nomina sunt: spondaeus, dactylus, paeonius primus (?), tribrachus, trochaeus, iambus. Et hexameter quattuor (pedibus, qui sunt): spondaeus, dactylus, paeonius primus (?), trochaeus. Gloria gloriosissimae sanctae Trinitati. Amen et in omni hora ».

15 (f. 150) **Isaiae** ⟨**Nečetzi**⟩ commentarius in grammaticam Dionysii Thracis, ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 336, f. 14ᵛ-98, inc.: *՝Քերականութեն վերլուծութի բան առ բան Զեսայեայ հաւաքեալ։ Ի ձեռնտուութենէ հոգւոյն հանդիրձեալ եմք բուռն հարկանել առաջիկայ իրողութեանս։* ... « Grammaticae explanatio de verbo ad verbum ab Isaia confecta. Cum auxilio Spiritus (sancti) fortiter praeparati sumus ad disserendum de sequentibus rebus ... »; des.: ... *զոր մեք ցուցաք յառաջագոյն 'ի մասնէ։ գրելով զզանազան անուանս երկոտասանիցդ՝ որք են չափք գնացից ամենայն բանականութեանս։* « ... quod ostendimus nos in priori parte, scribendo varia nomina XII, qui sunt metri modorum omnis intelligentiae ».

16 (f. 264). Index rerum praecipuarum manu recentiore.

Bifolium membranaceum custodiae loco in fine additum, quod e codice saec. XII, ut vid., binis columnis litteris uncialibus inclinatis descripto excer-

ptum est, continet partem sermonis Iohannis Chrysostomi de obscuritate Veteris Testamenti et de Dei benevolentia, ut in editione Veneta an. 1861: Յոհաննու Ոսկեբերանի կոչոտանորդուլէ եղեռնոդոստպէպէ ճառք p. 435, l. 23 *ոչ* – p. 436, l. 8 *սանձս* et p. 436, l. 9 [*ամբարտաւ*]*անեալ* – l. 34 *զքեզ.*

Codex constat duabus partibus, ff. scilicet 1-128 et 129-265, quae ambae litteris *bolorgir* exaratae sunt, prima tamen crassioribus, altera elegantioribus et aliquanto minoribus. In priori parte litterae maiores minio, maximae et ornamentum f. 5 atramento coloreque purpureo depicta sunt, in posteriori vero litterae maiores atramento vel minio scripta sunt, maximae et lineae initiales pigmentis rubro et caeruleo distinctae, ornamenta in ff. 130 et 150 coloribus rubro caeruleo et roseo delineata. Librarius primam partem conposuit ex undecim fasciculis, quorum septimus et octavus quiniones sunt, alii seniones, sed primus fasciculus post f. II folia resecta duo perdidit, quorum in loco subiecta sunt folia quattuor, 1-4, modo fasciculi plicata et interposita. Fasciculi notantur in margine inf. cuiusque primae et ultimae paginae litteris maiusculis armenis; nota tamen nulla est in principio fasciculi primi et fasciculus undecimus notis caret. Pars altera undecim seniones continet, quorum primus primo folio defraudatur, et in fine quaternionem mutilum novissimis duobus foliis ademptis. Fasciculi notantur signis numeralibus armenis, ultima nota fasciculi quarti erasa, notisque posteriore fasciculi noni anterioreque fasciculi decimi per oscitationem librarii omissis. Numeri paginarum in principio operum tantum scripti sunt ab eo qui indicem ff. 264 sq. texuit. In schedula f. I adglutinata, manu saec. XIX ex.: *N. 6. Codice in armeno | scritto nell'1600. È un calen|dario completo. Vi è pure | la Grammatica antica armena, | insigne per la spiegazione del | Dottore Isaia. Non è data ancora in luce.* F. Iᵛ litteris *notergir:* Գրեցաւ տիգրանակերտ « Scriptus est Tigranocertae ». F. 1 nota possessoris տ(իրացու)կերտցի Չէնէսիղեան տն Մեսրոպայ կաթողիկէ վ(ա)րդ(ա)պ(ետ)ի ի 1875 « domini Mesropis Ćenesiłean Tigranocertensis doctoris catholici an. 1875 » et sigillum տր | Մեսր պ | վ(ա)րդ(ա)պետ « dominus Mesrop doctor », quod conspicitur et in f. 11. F. 118 Չէնէսիղեան տն Մեսրոպայ վ(ա)ր-(դա)պ(ետ)ի է « est domini Mesropis Ćenesiłean doctoris » et f. 265ᵛ nota ut in f. 1. F. 128ᵛ subscriptio librarii primae partis: Գրեալ և աւարտեցաւ եղև բազմա՛հաւաք գրգոյս 'ի քաղաքս կաֆայ | 'ի վայելումն Թորոս արհեպ(ի)սկ(ո)պ(ո)սի, | ի թվականիս մերում․ ռճժէ և էին․ | զոր տր ած բարով վայելումն | տացէ ամէ(ն)։ Եւ զանպի|տան և զանարժան | յովակիմ գրիչս | յիշեսջիք | 'ի տր։ « Exaratum est, fuitque absolutio libri ex multis conlecti in urbe Caffa, ad usum archiepiscopi Theodori (*Ṭoros*), anno nostro 1117 (A. D. 1668), quod Dominus Deus feliciter vertat. Inutilem vero indignumque Ioachim librarium conmemorate in Domino ». Ff. Iʳ. II. 4ᵛ. 48ᵛ. 49. 50ʳ. 95ʳ. 111. 149 vac.

Integumentum in Oriente corio castaneo confectum. In schedula paginae internae operculi anterioris adglutinata: *11* | *Kalendarium Ecclesiae* | *Armenae.* In schedulis dorso adfixis: տոմար և | քերականու|թիւն: ձ [...] « calendarium et grammatica ... » notaque *11.*

77 (olim 12). An. 1648 (Arm. 1097, cf. f. 264ᵛ), chart., mm. 176×129, ff. I. 269.

Procli diadochi Platonici Institutio theologica, cum commentariis ⟨**Iohannis Petritsi** seu **Petritsoneli**⟩, quem interpres armenus perperam Iamblichum, Atheniensium episcopum denunciat, in CCXI sectiones divisa, quam ex iberica lingua in armenam vertit Simeon monachus Płendzahankh monasterii. De duplici translatione armena huius operis, quod graece repperies apud Franciscum Dübner, *Plotini enneades ... primum accedunt Porphyrii et Procli Institutiones ...* Parisiis, 1855, pp. LI-CXVII, docte disseruit Iacobus Dashian in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ, t. VI (1892), pp. 97-101; 128-133 et Մատենագրական ճառք

ուսումնասիրութիւն հերմենէութեան եւ քննադիր, ձեռն տառքին, in Ազգային մատենադարան, XVI, Vindobonae, 1895, pp. 23-48; 147-161, post Garegin Zarphanelean, Մատենադարան հայկական թարգմանութեանց նախնեաց, Venetiis, 1889, pp. 666-669. Fusius vero de textu iberico et de hac versione armena antiqua locutus est Nicolaus Marr, qui auctorem commentarii Iohannem Petritsi seu Petritsoneli Iberum declaravit et praefationem, sectionesque primam et ultimam iberice armeniceque edidit in *Записки восточнаго отдѣленія императорскаго русскаго археологическаго общесшва*, t. XIX, fasc. II-III, S. Peterburgi, 1909, pp. 53-113. Inc. praefatio (f. 1): ոմիլախոսի իմաստասիրի Եւ հռետորի. աթենացոց եպ(ի)սկ(ոպո)սի լուծմունք: Պրոկղի դիադոխոսի անուանեցելոյ, աստուածաբանութե: Զամենայն կարգ եւ զեղանակ պարտապանեմք ճանչ(ե)լ. զորս ՚ի մեծ աստուածաբանութիս տեսութիւնք ... « Iamblichi (cod. *Omilahōs*, al. *Amelahōs*) philosophi et rhetoris, Atheniensium episcopi elucidationes in Procli, diadochi cognomine, institutionem theologicam. Totam seriem et formam oportet nos cognoscere earum, quae in magna theologica institutione sunt speculationum ... ». Inc. textus (f. 8) ut in cod. Edšmiadzinensi 924, apud Iac. Dashan, op. cit., p. 156: Պրոկղի դիադոխոսի Պղատոնականի իմաստասիրի Տարերք աստուածաբան(ա)կ(ա)նք. Հատորս մծա: Տարերք աստուածաբանութե յայն սակս կոչէ զն զի բոլոր գիրք իմ իմաստ(ա)ս(ի)ր(ա)ց ՚ի չորից նիւթոց ըսկսեալ ... « Procli diadochi Platonici philosophi elementa (στοιχειώσεις) theologica. Sectiones CCXI. Elementa theologiae propter ea ita vocantur, quod libri philosophorum omnes a quattuor elementis incipiunt ... ». Duplex videtur esse commentarius per totum librum, unus scilicet in mg. externo litteris մկ (= մեկնութիւն « interpretatio ») notatus, alter vero plerumque intra lineas distinctus verbo լուծմունք vel լծ « elucidationes » usque ad f. 162ᵛ, dein simplici iteratione notae numeralis sectionis, cum textus ipse litteris քն (= քնա-գիր vel քնաբան) veniat conmendatus. Des. (f. 264) in verbis elucidationum Iamblichi ... եթէ ադամ ուր՞ ես. եթէ ուստի ուր անմտութի մոռացոյց զած եւ զհայր իւր: Ա(ւր)հ(ն)եալ ած: « ... sive Adam, ubi es? sive unde stultitia haec inmemor Dei et patris sui? ». Subscriptionem interpretis, quam publici iuris reddiderunt Garegin Zarphanelean, op. cit., p. 667 ac Iacobus Dashian, op. cit., p. 29 et *Catalog der Armenischen Hss. in der Mechitaristen-Bibliothek zu Wien ...*, part. arm., p. 826, cum interpretata non fuerit denuo transscribimus: Թարգմանեցաւ գիրքս որ է շաղկապ եւ գլուխ աստուածաբանութե, Պրոկղի դիադոխոսի (sic), Պղատոնական իմաստասիրի: Ձեռամբ, Սիմէոնի, անպիտան քհ կրօնաւորի: ՚Ի վրաց լեզուէ ՚ի հայ լեզու: յերկիրս հայոց ՚ի վանս վրաց, որ կոչի պղնձահանք յաւ(ի)տ(ե)նից

թուականին, ցշծզ: Աղաչեմ զձեզ ով եղբարք. զի յոյժ աշխատութբ թարգմանեցի: Նախ զի ոչ էի արժանի այսպիսի սպասաւորութե: Սակս շաղախեալ գոլ մեղօք: Երկ(րոր)դ զի յոյժ ծերացեալ էի եւ տկարացեալ, յաչաց եւ ՚ի մտաց եւ ՚ի զօրութէ: զի գ.կ. ամեա էի, այլ զի ոչ էր սա թարքմանեալ (sic) ՚ի մեր լեզու: Եւ սայ է մայր աստուածաբանութե առաջին: Մովսէս զայս ուսեալ զդպրութի, եւ ՚ի սորա բանիցն կարգեաց զիւրն աստուածաբանութի: եւ Դիոնէսիոս արիսպագացին, եւ Յռոթէոս, զիւրեանց գրեանքն բովանդակ ի սմանէ գրեցին: Նոյնպ եւ գրիգոր աստուածաբան: զիւրն աստուածաբանութի ի սմանէ խօսեալ է: Եւ բոլորովիմք նորքս զամ աստուածաբանութիս իւր(եա)նց ի սմին ոլորմանց բանիցս ք<ղ>եցին: Եւ սայ է հիմն եւ արմատ եւ մայր ամի, ի սմանէ առին նոքա բովանդակ: Իսկ այնք փոքր հատորք եւլով: եւ ես յայն սակս թարքմանեցի, զի մի պակաս եղիցի սա յազգէս մերմէ ... « Translatus est hic liber, qui elementum est et caput theologiae, auctore Proclo diadocho Platonico philosopho, a Simeone inutili presbytero monacho, ex Iberorum lingua in armenam linguam, in terra Armenorum apud Iberorum monasterium [1] quod vocatur Płendzahankh, (= aeris fodina), anno mundi 6756 (= A. D. 1248). Obsecro vos, fratres, quia magno labore reddidi, primum quidem quia non eram dignus talis operis cum essem pollutus peccatis, denique quia valde senis et infirmatus sum oculis mente viribus. Sexagenarius enim eram, sed quia hic (liber) minime erat in linguam nostram translatus, et mater est theologiae primaria, (hunc transtuli): Moses hanc didicit scientiam (elementorum) et eius verbis conposuit theologiam suam; Dionysius Areopagita et Hierotheus suos libros integre ex eadem scripserunt; ita et Gregorius theologus theologiam suam ex eadem traxit cunctique recentes totam theologiam suam ex eadem verborum conpage deduxerunt. Haec enim (scientia) est fundamentum et radix et mater cuiusvis (scientiae). Ex hoc (libro) sumpserunt illi totum, hi vero breves sectiones; ego vero eum propter ea transtuli, ut nec linguae nostrae deficiat ... ».

Codicem nitide exaratum littera bolorgir efficiunt fasciculi XXIII, in margine inf. primae et ultimae paginae unius cuiusque fasciculi notis numeralibus armenis signati. Omnes sunt seniones, duobus tantum exceptis, h. e. paenultimo, nunc tredecim foliorum post resectionem ultimi folii, quod finem subscriptionis continebat, et ultimo, cuius supersunt folia quinque folio novissimo exciso. Litterae maiores alterna vice caeruleo rubroque pigmento descriptae. Ornamenta et litterae maximae variis coloribus distincta in principio praefationis et textus ff. 1 et 8. In schedula rec. initio libri addita: *N. 7. Codice armeno. scritto | nell'anno 1600. del signore, È la | Teologia di Proclo Diadoco filosofo | Platonico. tradotta dalla lingua | Iberica (Ghiurgi) da un certo* | (*Signore* cancell.) *monaco Simeone. e la tra|duzione era fatta nell'anno 1200. | Dice che*

[1] I. e. monasterium fidem tenens Chalcedonicam, sicut ecclesia Iberorum (N. Marr, loc. cit., p. 60 sq.).

da questo libro Mosè im|parò, Dionigio (*d'ari* cancell.) *areopagita,* | *e Gregorio il teologo hanno preso da questo libro la loro teologia.* F. I probationes calami. In imis ff. 1. 1v. 264v notae possessionis turpiter deletae et erasae et f. 1v sigilli inpressio eodem modo abolita. F. 264v subscriptio librarii: Եւ ես տարապեալս յոգի Աղամալ երես | ի գետին աղաչեմ զմանկունսն Սիոնի սրբ|բազան ք(ա)հ(ա)ն(ա)յքդ և պատուական ընթերցողքդ որք հանդիպիք սմայ կարդ(ե)լ(ո)վ կամ օրինակ|ելով կամ ինչ իւիք. յիշեցէք ի մաքրափայլ | յաղօթս ձեր զիս զեղկելի և զծնօղսն զիմս | Աղ(ա)մ(ա)լ հանդերձ ծնօղօքն զի կարօտեմ միոյ | տր ողորմեայի։ Գրեցաւ Թ(ո)վ(ա)կ(ա)նիս. ռ. ղէ։ ... Et ego misero animo Ałamal humi prostratus obsecro filios Sion sanctos presbyteros et venerandos lectores, qui hoc (libro) usi fueritis, legendo vel transscribendo vel aliter, mementote mei miseri et inutilis librarii Ałamal in vestris puris precibus, nec non parentum meorum, quia unius 'Domine, miserere' indigeo. Scriptum est anno 1097 (= A. D. 1647-8) ... ». F. 265: Վաճառեցի Տ. Մեսրոպ | Վարդապետ Չենէսիլեանն | 1881 Հոկտ(եմբերի) 28 | Տ(իգրանակ)երտ « Vendidit dominus Mesrop doctor Čenēsiłean die 28 octobris 1881. Tigranocertae ». Altera nota eiusdem manus, cancellata.

Tegumentum orientale corii fulvi inpressionibus decoratum. Schedula paginae internae operculi anterioris adhaerescens praebet inscriptionem: *12* | *Teologia di Procle* | *Diadoco filosofo* | *Platonico.* In dorso legitur nota *12.*

78 (olim 13). An. 1537 (Arm. 986, cf. f. 267v), chart., mm. 177 × 128, ff. 268, ll. 16.

Psalterium pro usu liturgico i. e. cum canticis utriusque Testamenti in fine unius cuiusque libri dispositis, ut v. g. in editione Hierosolymitana an. 1869 Գիրք սաղմոսաց Դաւթի. Codici in principio mutilo insunt [1] pss. 9, 28 Ընծայք և զարմանութիւն - 17, 51, [2] (f. 13) canticum Moysis Ex. 15, 1-19, [3] (f. 15v) precatio Քրիստոս է իմ ած ... « Christus Deus meus est ... », ed. cit., p. 36, [4] (f. 17v) pss. 18-35, [5] (f. 48) cantici Moysis alterius pars prior Deut. 32, 1-21, [6] (f. 51) precatio Տուք փառս այ ... « Date gloriam Deo ... », ed. cit., p. 80, [7] (f. 52v) pss. 36-54, [8] (f. 86v) cantici Moysis alterius pars posterior, Deut. 32, 22-43; [9] (f. 90) precatio Դու ես տր մեր ... « Tu es Dominus noster ... », ed. cit., p. 128, [10] (f. 92) pss. 55-71, [11] (f. 120v) canticum Annae matris Samuhelis, I Sam., 2, 1-10, [12] (f. 122) precatio Բարձրացաւ եղջիւր իմ... « Exaltatum est cornu meum ... », ed. cit., p. 169, [13] (f. 123v) pss. 72-88, [14] (f. 156) canticum Isaiae, Is. 26, 9-20, [15] (f. 157v) precatio Խաղաղութեան տուող քս ... « Pacis dator, Christe ... », ed. cit., p. 218, [16] (f. 158) pss. 89-105, [17] (f. 186) oratio Ezechiae regis, Is. 38, 9-20, [18] (f. 187v) precatio Յոյս կենդանութե ... « Spes vitae ... », ed. cit., p. 258, [19] (f. 188) pss. 106-118, [20] (f. 218v) canticum Isaiae alterum, Is. 42, 10-13; 45, 8, [21] (f. 219v) oratio Ionae, Ion. 2, 3-10, [22] (f. 220v) precatio Հասցեն աղօթք մեր ... « Adeant preces nostrae ... », ed. cit., p. 301, [23] (f. 221) pss. 119-147, [24] (f. 249) oratio Habacuc, 3, 1-19, [25] (f. 252) precatio Լուր մեզ տր ... « Audi nos, Domine ... », ed. cit., p. 346, quam sequuntur initia pss. 148-150 et numerus versuum et sectionum libri psalmorum, [26] (f. 252v) ps. 151 apocryphus, ut in bibliis Zohrabianis an. 1805, p. 432, [27] (f. 253) carmen auctore 〈**Gregorio Ḫlaṭetsi Dzerents**〉 de psalterio eiusque canonibus, ut in cod. Mechitaristarum Vin-

67 (f. 218) In festo s. Georgii militis [1] carmen auctore **Ḫačatour**, cuius nomen exprimunt primae stropharum litterae, inc.: Գէորգեա զօրավարին: Խնդահրաւէր՝ մանկունք սիոնի. ձեզ աւետիս՝ ձայնիւ բերկրալի... « Georgii militis. Invitatio ad gaudium, pueri Sion, vobis datur voce laeta... », ut in codd. Mus. Brit. Orr. 2608, f. 235ᵛ; 2609, f. 218 et Mechitt. Vindobb. 132, f. 182ᵛ; 139, f. 146ᵛ; [2] (f. 220ᵛ) melos auctore ⟨**Constantino Sirik**⟩, inc.: Մեղեդի գէորգեայ զօրավա(րին): Ի Հանդիսական տօնիս. երգելով զերգըս Հեշտալիս... « Melos Georgii militis. In solemni festo cantantes carmina dulcia... », ut in cod. Mus. Brit. Or. 2608, f. 237ᵛ; [3] (f. 221) canticum auctore ⟨**Gregorio**⟩, inc.: Բառնեալ ըզկիրըս տանջ[անաց զեր]կուսն Հանուր ընդ քո վըշտացս... « Passiones duas suppliciorum aufers, una cum doloribus tuis... », ut in cod. Mus. Brit. Or. 2608, f. 237ᵛ.

68 (f. 222ᵛ) In festo s. crucis apud Varag [1] carmen auctore **Gregorio**, ut demonstrat *ἀκροστιχὶς* Գրիգորի է սա « Gregorii est hoc », inc.: Գանձ վարագայ սբ նշանի: Գլուխն եկեղեցւոյ. վէմըն Հաւատոյ՝ և նեցուկն յուսոյ... « Carmen s. signi Varagensis. Caput ecclesiae, petra fidei et fundamentum spei... », ut in cod. Mus. Brit. Or. 2609, f. 220ᵛ; [2] (f. 224) canticum, cui titulus Տաղ Վարագայ սբ Խ(ա)չին: Այսօր մեծ զարմանք Հրաշից. յայտնեալ ի յերկրի մարդկան... « Canticum s. crucis Varagensis. Hodie magnum admirabileque prodigium in humana terra revelatum est... », ut in codd. Mus. Brit. Orr. 2608, f. 243; 2609, f. 223ᵛ.

69 (f. 225) In festis ss. discipulorum LXX [1] carmen auctore **Gregorio**, cuius *ἀκροστιχὶς* est Գրիգորի է « Gregorii est », inc.: Գանձ Եօթան(ա)սուն(ի)ցն: Գերազոյն գոյ է. գերիմաստ վեհ է. գոյից պատճառ է... « Carmen Septuaginta (discipulorum). Praecellens essentia est, sapientissimus, sublimis, creaturarum causa est... », ut in codd. Mus. Brit. Or. 2609, f. 226 et Mechitt. Vindobb. 132, f. 189; [2] (f. 228) canticum, cui titulus est Տաղ եօթանասնիցն ասա « Canticum LXX dic », inc.: Աղաչանօք մաքուր դասին [առ]աքելոց փոքու Հօտին... « Precibus puri ordinis apostolorum, pusilli gregis... »; [3] exhortatio, cui praemittitur յորդորական է « exhortatio est », inc.: Նիկոդիմոս մեծերանեալ. գամաղիէլ Հըմտավարժեալ... « Nicodemus beatissimus, Gamalihel doctissimus... ».

70 (f. 229) In festo inventionis s. crucis [1] carmen auctore **Ḫačatour**, cuius nomen exprimunt primae stropharum litterae, inc.: Գանձ խաչգիւտին: Խաչի քո քս երկիր պագա[նեմք]. զտնօրէնութիւնդ փառ[աւո]րեմք... « Carmen inventionis crucis. Crucem tuam, Christe, adoramus, oeconomiam tuam glorificamus... », ut in codd. Mus. Brit. Orr. 2608, f. 241ᵛ; 2609, f. 223 et Mechitt. Vindobb. 132, f. 192ᵛ; 133, f. 246ᵛ; 139, f. 152; [2] (f. 231ᵛ) canticum *ἀνώνυμον* inc.: Տաղ խաչին: Այսօր խաչափայտն սբ յայտնեցաւ ձեռամբ յուդայի... « Canticum crucis. Hodie Crucis arbor sancta adparuit manu Iudae... »; [3] exhortatio seu յորդ(ո)ր(ա)կն, inc.: Աւրհնեալ ես փայտ շնորհօք լցեալ... « Benedicta es, arbor gratiis plena... ».

71 (f. 232) In festis ss. virginum carmen, cuius *ἀκροστιχὶς* est ի փառըս « ad gloriam », auctore **Mḫiṭar**, inc.: Գանձ սըրբոց կուսանաց: Ի սկըզբանէիդ իսկական բանիդ ի լուսոյ լուսիդ... « Carmen sanctarum virginum. Quod es in principio, verum Verbum in luce lucis... » ut in codd. Mus. Brit. Orr. 2608, f. 244ᵛ; 2609, f. 228ᵛ.

72 (f. 235) In festis ss. martyrum [1] carmen, cuius *ἀκροστιχὶς* est տեա[ռ]ն « Domini », auctore **Mḫiṭar**, inc.: Գանձ մար[տիրոսաց]: Տի նայ առաւել տար[մըք] բարձրացեալ... « Carmen martyrum. Iam vero potius, agmina excelsa... »; [2] canticum auctore **Nersete**, ut in ed. Veneta an. 1879, p. 443-445 l. 8 Հրամանին; inter strophas quintam et sextam monitio inscribitur փոխէ ձայնն և ասա « muta tonum et dic ».

73 (f. 238) In honorem ss. archangelorum [1] carmen auctore **Mkrtič**, cuius *ἀκροστιχὶς* est Մկրտիչ, inc.: Գանձ Հրեշտակապետա(ց): Մեծապայծառ խորՀուրդ Հրաշապան... « Carmen archangelorum. Splendens mirabileque mysterium... », ut in codd. Mus. Brit. Orr. 2608, f. 253; 2609, f. 240ᵛ et Mechitt. Vindobb. 132, f. 202; [2] (f. 240ᵛ) melos **Gregorii Narekatsi**, ut in titulo notatur Մեղեդի Հր(ե)շտ(ակապետաց) ի գր(ի)գ(ո)ր(ի) Նարեկց(ի) (*sic*) « Melos archangelorum a Gregorio Narekatsi », inc.: Գովեստ բերկրական. քաղցրաձայնեալ երգեմք..., Laudem laetam suavi voce canimus... », ut in cod. Mus. Brit. Or. 2608, f. 255, sed in nostro codice duae tantum strophae transscriptae sunt, i. e. quae duabus primis litteris nominis գր⟨իգոր⟩ « Gregorii » initium habent; [3] exhortatio, praemisso titulo Յորդորէական ազնիւ « exhortatio pretiosa », inc.: Զօրք երկնային զուարթնոցն. դասք Հրեշտակաց անմարմնոց... « Agmina caelestium vigilum, ordines angelorum incorporeorum... ».

74 (f. 241) In festis ss. apostolorum XII [1] carmen auctore **Ḫačatour**, cuius nomen efformant primae stropharum litterae, inc.: Գանձ երկոտասան առաք(ե)լ(ո)ց: Խորհրդագգած քո մարդեղութեդ... « Carmen XII aposto-

lorum. Mysterio initiati tuae humanitatis... », ut in codd. Mus. Brit. Orr. 2608, f. 238; 2609, f. 245v et Mechitt. Vindobb. 133, f. 252v; [2] (f. 244v) canticum κατ᾿ἀλφάβητον auctore ⟨**Nersete**⟩, ut in ed. cit., p. 423-4, ult. lin. իմաստութեան.

75 (f. 245) In festis ss. ascetarum carmen, cuius ἀκροστιχὶς est Ճգնաւորք « ascetae », inc.: Գանձ ճգնաւորաց: Ճգնաւորք ընտրեալ. ճշմարտագործեալ... « Carmen ascetarum. Ascetae electi, vere agentes... »; non videtur idem esse atque in cod. Mechitt. Vindobb. 132, f. 198.

76 (f. 248v) In ordinatione presbyteri carmen auctore **Gregorio**, cuius nomen indicat ἀκροστιχίς, inc.: Գանձ [ձեռնա], բուռն ք(ա)հ(անայ)ի: Գթա ի մեզ տր ամենակալ և լուր բանից մեր... « Miserere nostri, Domine omnipotens, et exaudi verba nostra... », ut in cod. Mus. Brit. Or. 2608, f. 261v; carmen mut. des. in strophe sexta (f. 249v): տր լոյս և կեանք մեր յայսմ աշխարհի. տր... « Domine, lux et vita nostra in hoc mundo, Domine [...] ».

Initio et fine codicis adiecta sunt ab antiquo bybliopega bina folia chartacea codicis saec. XII, mm. 260×175 olim superantis, litteris uncialibus inclinatis, quas medias Mesropianas vocant, binis columnis lineisque plusquam viginti tribus exarati. Haec folia lectiones Quadragesimae IX. X. XI partim continent, easdem ac lectionarium Hierosolymitanum, de quo vide sis Frederici Cornwallis Conybeare *Rituale Armenum*, p. 518, scilicet (f. 251) Iob, 38, 31 [ք]ո բացեալ - 14 ընդ հող[ով]; (ff. 2. 1 + 3) Iob, 39, 15 [Տառա]ցաւ - 35; I Cor. 8, 5 - 9, 11 ի ձեզ զ[հոգեւորսն] et (ff. 250 + 252) I Cor. 9, 11 [...] սերմանեցաք - 23, Heb. 1, 1-2 արար.

Codex nitide exaratus est charactere *bolorgir*, atramento flavescente usque ad paginam rectam f. 169, inde vero a pagina versa eiusdem folii pigmento nigro, ita ut verbum տարա || ծեալ habeas colore divisum, una tamen manu. Fasciculi, qui omnes erant seniones, XXI remanent ex XXIII, ut videtur, primo et ultimo deperditis. Nunc folia decem tantum habent primus, quartus, octavus, bifolio ex uno quoque avolso. Notae, quas atramenti diversitas prima manu una cum textu descriptas esse demonstrat, constanter inveniuntur in prima et ultima pagina ima unius cuiusque fasciculi, inde a f. 59v, ubi դ scripta est littera in fine fasciculi. Dispiciuntur etiam ա in f. 25v et բ in f. 37v; unde patet duos primos fasciculos in integro statu codicis notis caruisse, qua de causa nescimus. Tituli, litterae maiores, prima linea unius cuiusque carminis minio scripta, litterae vero maximae secundaeque lineae carminum purpureo pigmento. Carmina seu melius festa numerantur դ - ձգ (4-83) in margine externo alia manu. F. 76v invocatio librarii: արժան արասցէ ած զ(ամենայն) հաւատացեալս և զմեզ « Dignos faciat Deus omnes fideles et nos ». F. 189v, nota a librario scripto: Ով լուսաւորանից (lege լուսաւորանից) դասք որք հանդիպիք | գանձարանիս՝ կարդալով կամ՝ օրինա|կելով՝ յիշեսջիք ի մաքրափայլ յաղօթս | ձեզ (l. ձեր) զստացող սորին, զմելքիսեդ ք(ա)հանայն. | և զծնօղսն իւր զփիլիպոսն՝ և զջոհարն | և զքւերսն, զմելքխան. զուղիտայն. և | զաննայն։ Եւ զմայր պետն զմրուխտն։ | և ած զձեզ յիշէ յարքայութեն։ « O ordines baptizatorum, quicumque invenietis hunc thesaurum (*gandsaran*), legendo vel transscribendo, conmemorate in vestris puris precibus eius possessorem presbyterum Mełkhesēd nec non genitores eius Philippum et Džoharn, sororesque Mĕłkhan, Iulittam et Annam, atque matrem superiorem (aviam) Mrouht. Deus autem memor erit vestri in regno (caelorum) ». F. 213v: Գանձիս ստացողին. տր մելքիսեդին. և իւր ծնօ|ղին.

և քուերց նորին. և խեր մայր(ա)գրին մելքխոնչ յիշեսցին։ « Possessorem hymnarii conmemorent (legentes), dominum Mełkhesēd eiusque genitores et sorores, nec non eius matrem adoptivam Mełkhan ».

Integumentum ex membrana telaque confectum in dorso exhibet tesseras gentilicias Pii X et Alfonsi Capecelatro, card. bybliothecarii. In schedulis paginae internae operculi anterioris adglutinatis: *N. 4. Codice manuscritto in | armeno. forse scritto nell'anno | del Signore 1500. È una colle|zione di melodie antiche pregiata per questo genere.* et: *14 | Thesaurus melodiarum | Ecclesiae Armenae.*

80 (olim 15). An. 1631-2 (Arm. 1080-1, cf. ff. 344 et 450), chart., mm. 148×98, ff. 454, linn. 25.

1 (f. 2) Hymnarium seu շարական, cuius hymnorum seriem videre est in adpendice I. Carmen **Cyriaci Erzĕnkatsi** in honorem B. M. V. inter ferias II et III post adsumptionem (f. 215v) inseritur, cf. cod. 8, f. 62.

2 (f. 348) Kalendarium seu Տօնացոյց. Praemittitur (f. 345) ordo festorum B. M. V. Titulus est in f. 347v: Տաւնացոյց և աւետարանացոյց եւ կարգաւորութի և հրահանգ տրունական Տանից Զոր եդեալ և սահմանեալ Սրբոյն Սահակայ հ(այրա)պ(ետ)ի: Զոր առեալ ՚ի նմանէ նախնիքն մեր հաւուցին առ մեզ. « Kalendarium indexque evangeliorum, nec non ordo et directorium festorum Domini, quae disposuit et praecepit s. Sahak patriarcha, quae secuti sunt maiores nostri nobisque transmiserunt ». Inc.: Ընծայ յայտնութե ճրագալուցի առաջի աւուրն առաջին կանոնն զլխին փառք: հաւատամք: Եւ զգենուն փիլոնփայքն « Theophania, primo die luminum, canonis primi terminatio. Gloria. Credo. Et induuntur presbyteri ... »; des. (f. 409v) in monitis de evangeliis μυροφόρων et de aegrotorum sanatione: Յոհան(նու) . լթ . ճդ . ձայնն . աձ . գձ . Ճանապարհորդեալ էր « Iohannis . 39 . 104. Toni primus et tertius: Iter faciebat ».

3 Indices variorum cantuum quorum prima tantum verba citantur: [1] (f. 410) antiphonarum ad vespertinam horam seu մեսեդիք (cf. Brev. Venet. p. 213-217) pro diebus nativitatis D. N. I. C. et festis B. M. V., pro festis resurrectionis Christi eiusque adventus in Hierusalem, pro festis ecclesiae, pro sabbatis, pro festis martyrum, pro feriis abstinentiae, pro magna feria quinta et magna Parasceve, pro festis s. crucis, pro hebdomadis ieiunii; [2] (f. 411v) cantuum qui ad officium matutinum dicuntur post ' Gloria in excelsis ' in feriis quadragesimae et maioris hebdomadae,[1] ibid., p. 139-142; [3] (f. 412) versuum alleluiaticorum officii nocturni, secundum festa distributorum pro festis nativitatis, resurrectionis et adscensionis D. N. I. C., pro festo adventus Spiritus sancti, proque festis ecclesiae et Crucis, ibid., p. 82-104.

4 (f. 414) Preces in principio missae seu Ժամամուտք, apud I. Catergian et I. Dashian, *Sacrae Armenae ecclesiae liturgia*, Սրբազան պատարա-

[1] Cantus pro sabbato Lazari errore ponitur in fine maioris hebdomadae.

բաժամատոյց շարայ…, Vindobonae, 1897, p. 638-649. Insunt preces pro feriis temporis ieiunii, pro festis martyrum et ascetarum, proque diebus dominicis, in honorem s. Stephani preces duae, in honorem nativitatis D. N. I. C. tres, quarum prima inscribitur Ծն(ն)դ(եա)ն, ու(ե)տ(եա)ց, փ(ոխ)մա(ն) « Nativitatis, Adnunciationis, Adsumptionis », in honorem senis (Simeonis), in festo Ὑπαπαντῆς, in honorem ss. regum, in honorem ss. militum, in honorem ss. Vartanianorum, in honorem ss. XL, in honorem s. Lazari preces duae, in festo ingressus Domini Hierusalem, pro sancto Paschate, pro tempore paschali duae, in festo Adscensionis tres, in die adventus Spiritus sancti, in honorem ss. Rhipsimitarum, in honorem ss. Gaianitarum, in festis ss. virginum, in honorem s. Iohannis (Baptistae), in honorem ss. prophetarum, apostolorum, filiorum tonitrus, patriarcharum, in festis s. ecclesiae, s. crucis, in festo Transfigurationis, in honorem ss. archangelorum, s. Gregorii inluminatoris, denuo ss. archangelorum.

5 (f. 420ᵛ) Hymni duo **Nersetis Klayetsi** qui ad nocturnum officium cantantur, in brev. Ven. p. 11.

6 (f. 423) Proclamationes pro nocturno officio inc.: Ածածին մայր քր. տր ողոր(մեա) . իմ յոյսն դու յաւուր մեծի . տր ողոր(մեա)… Dei genetrix, mater Christi: Domine miserere. Mea spes es tu in die magna: Domine miserere … ».

7 (f. 424ᵛ) Hymnus **Nersetis Klayetsi** Յիշեսցուք ի գիշերի « Memores simus noctu … », ibid., p. 7-8, l. 22.

8 (f. 425ᵛ) Canonum terminationes ordine tonorum dispositae, ibid., p. 15-23.

9 (f. 430ᵛ) Cantus qui Թագաւորք dicuntur, quia semper incipiunt verbis Թագաւոր յաւիտենան « Rex aeterne », pro diebus abstinentiae, pro festis martyrum, pro s. Stephano, ibid., p. 105-117.

10 (f. 436) Versus alleluiatici, ut supra, ff. 412-414, sed ordine tonorum dispositi.

11 (f. 438ᵛ) Monita de cantu hymnorum auctore **Luca Keletsi**, de quo vide sis apud Suchiam Somal, *Quadro della storia letteraria di Armenia*, Venetiis, 1829, p. 146. Titulus est: Խրատք և կարգ շարականն քաղէլու ի Լուկաս վ(ա)րդ(ա)պ(ե)տէ կեղեցւոյ. Inc.: գն. Երգեցէք որդիք։ Եակից Հօր։ « Tonus) III obliquus. Cantate filii consubstantialis Patris … ».

Schedulae membranaceae litteris uncialibus exaratae, saec. XI ut vid., quae paginis internis tegumenti nuper adhaerebant continent Luc. 21, 14 […]պատաս[խանն]ի – 27 ա[նցեն] et 22, 46 կացէք – 57.

Codex littera *bolorgir* satis minuta perscriptus et signis rhythmicis ornatus XXXVIII fasciculis constat 12 foliorum, in margine imo primae et ultimae paginae signatis, praeter primum qui ff. 10 tantum conplectitur notaque anteriore caret. Tituli et litterae initiales minio picta. Litterae vero grandiores et ornamenta marginalia purpureo et roseo colore distincta. Duae primae lineae unius cuiusque hymni purpureo pigmento et minio alterne scriptae sunt, in festis vero praecipuis una praecedit litteris uncialibus deauratis vel una litteris grandioribus et altera uncialibus. Imagines variis coloribus et auro depictae repraesentant (f. 128ᵛ) resurrectionem D. N. I. C., (f. 173ᵛ) adventum Spiritus Sancti, (f. 222ᵛ) Iesum cruci adfixum et angelos tuba canentes. F. 1ᵛ: ի վա(յ)ելումն տր մինա | և որդի նորա յակոբ | քս յս ի տր ամէն | ի թվականս Հայոց 182 (*sic*) « ad usum domini Menae et filii eius Iacobi. Christus Iesus Dominus. Amen. Anno Armenorum … ». Subscriptio hymnarii in f. 344: Եւ արդ գրեցաւ եղանակաւոր տա|ռս. և ածաբան կտակս. և խնկալի տու|փս. և ծաղկաւէտ բուրաստանս. և պտղ|ալի դրախտս. և քաղցրաճաշակ Հո|գեղէն կերակուրս, որ կոչի շարակնոց. | ի լաւ և յընտիր աւրինակէ. որ է Հլ‎իկ | կոչեցեալ. ձեռամբ բազմամեղ և անհմաստ գրչի. յոհան Հիզանցոյ. գրեցաւ | ի սբ քաղաքս Եմ. ի դուռն սբ յակոբա(յ) | գլխաւորս. ի թվ. ռ. Ձ. ի յաւագնորդու|թե սբ աթոռոյս Տէր գրիգոր Հայր(ա)պ(ե)տին || (f. 344ᵛ) Արդ՝ ցանկացաւ եղեալ սմա | մաՀդասի կիրակոս երէցն՝ որ ստա|ցաւ զցանկալի բուրաստանս յիշա|տակ Հոգւոյ իւրոյ՝ ծնաւղացն՝ | միքայելին. և ալթընին. և եղբարցն | և ամ արեան առու մերձաւորացն | կենդանեացն և ննջեցելոցն. Գ(ա)րձ(եա)լ | յիշեա՛ջիք զուսուցանողն իմ զմինաս | սրբասնունդ կրաւնաւորն որ բ(ա)զ(ու)մ | աշխատանք ունի ի վս իմ ՚ի յուսու|ցանելն զիս՝ որոց թողցէ քս զյանցանս իւր, ամէն։ Ով որ իշխան|ութի չունի ծախելու կամ գրաւելոյ | թէ յիմոցն և թէ յօտարաց՝ զկնի | փոխելոյ իմոյ մարմնաւոր կենացն | վայելեսցէ զսա՛ եղբայր իմ Հարազատ | խաչատուր կրաւնաւորն՝ և այլ ոք | մի յիշխեսցէ ձեռնամուխ լինելոյ | սմա. եթէ ոք յանդգնի՝ նզովեալ ե|ղիցի։ Ա(մէն). « Itaque descriptus est rhythmicus liber, testamentum divinum, turibulum subfumigans, hortus florens, pomarium fructiferum dulcisque cibus spiritualis, qui vocatur *Šarakan*, ex bono et probato exemplari, quod *Hlik* vocatum est, manu peccatoris et indocti scribae Iohannis Hizants. Exaratus est in urbe sancta Hierusalem ad portam domus maioris s. Iacobi anno Armen. 1080 (A. D. 1630-1) praesidente in s. throno domino Gregorio patriarcha. Cum vero cupiisset eum (librum) *mahdasi* [1] Kirakos presbyter qui possidebat hortum desiderabilem, in memoriam animae suae (describi iussit nec non) genitorum Michahelis et Ałtĕn, et fratrum, et omnium cognatorum masculorum vivorum et mortuorum. Denuo recordamini eius qui me docuit Menae sancti monachi, qui multum laborem habuit ut doceret me; remittat Christus peccata eius. Amen. Nemo potestatem habet (libri) vendendi vel obpignerandi, sive meis, sive alienis, post transitum meum e vita corporali. (Librum) possideat frater meus germanus Ḫačatour monachus nec quis conetur eum subripere. Si quis ausus fuerit, anathema sit. Amen ». F. 450 subscriptio partis alterius: Զմեղապարտ ներսէս գրիչ յիշ(եսջիք)։ « Scribae peccatoris Nersetis memores estote ». Deinde manu altera, ut vid.: Այլ և յիշեսջիք ի մաքրափայլ յա|ղաւթս գկերոյ գրեալ յիշատակեալքս | ի սմա զկիրակոս երէցն որ բազում | փափագմամբ ետ գրել զընտիր աւրի|նակ տօնացուցն ի մէջ շարակնոցիս | որք Հանդիպիք սմա ուսմամբ կամ | գաղափարաւ. յիշեսջիք ի տր մեր | քս գյիշատակեալս ի սմա. և զձեզ | յիշեալ լիցի ի քէ այ մերոյ. ամէն։ | Հայր մեր որ յ(երկին)ս։ | Թվ(ին)՝ ռ.ձա։ « Item et recordamini in puris precibus supra nominati Kirakos presbyteri, qui maximo studio scribi iussit probatum exemplar kalendarii inter hymnos. Vos, qui hunc (librum) repperietis ad eum examinandum vel transscribendum, conmemorate apud Dominum nostrum Christum eos qui in eo recordati sunt, et vos conmemorabimi a Christo Deo nostro. Amen. Pater noster, qui es in caelis. Anno Arm. 1081 (A. D. 1631-2) ». F. 450ᵛ: Հանգաւ մայր իմ ղարիպին | Հոկտեմբեր (*sic*) ամսոյ ի ԺԹ ի թվակ(անին) | Հայոց ռ. ճ. խ. բ ի փառս քսի այ « Mortua est mater mea Łaripi mense octobri, die 19, anno Armenorum 1142 (A. D. 1692) »; eadem, ut videtur, manus: Հանգաւ տր մահտեսին | յապրիլի ԻԸ օրն ուրբաթ | յերեկոյն մոմն թվին | ռ. ճ. խ. դ. « Mortuus est dominus *Mahtesi* die 28 aprilis, die parasceves, vespere, anno Arm. 1144 (A. D. 1695) »; Հանգաւ մահտեսի տր | աբրահամ օգոստոս|ի Ե ի թվին ռ. ճ. ծ. ա « Mortuus est *mahtesi* Tēr Abraham die 5 augusti, anno Arm. 1151 (A. D. 1702) »; sequitur nomen possessoris: Ես ղարիպ որ տր բարսեղ կոչ|եցայ. ի թվին ռ. ճ. ծ. բ։ ի փիլիպոս իս « Ego Łarip, qui Tēr Barseł vocatus sum, anno Arm. 1152 (A. D.

[1] *Mahdasi* vel *mahtesi* h. e. *maqdasī* مقدسی, qui Hierosolymas peregrinatus est.

1703) die 28 februarii ». F. 451: Յիշատակ է այս շարակնոցս Ղարիպին որդի Սարգսին որ բազում փափագ|անաւք շինեց զկարմու|նջն որ Հէհնայ (leg. Եղինայ?) գեղին | միջինն և էառ ի տէր Մին|ասէն ընթերականոցս | գայս ի վայելումն որդ|ոյն Ղարիպին ի Թվին ՌՃԽԸ ի փառս քրի այ մերոյ « Memoriale est hoc hymnarium Łarip, filii Sergii, qui multo labore aedificavit... (*karmundš*?) loci medii s. Helenae (?) et accepit a domino Mena (cf. notulas ff. 1^{v} et 451^{v}) hymnarium hoc ad usum filii Łarip, anno Arm. 1148 (A. D. 1698-9) ». F. 451^{v} eadem manu qua notula f. 1^{v}: ի վա(յ)ելումն տր Մինաս | և ծընող իւր տր Մինայ « ad usum domini Menae et patris eius domini Menae ». F. 452 notulam pigmento fulvo exaratam et partim deletam sic legimus et intellegimus: յիշատակ է այս . նան ... | ր ... ցըս ... հանգուցեալ | լուսայ հոգի օհաննի որդի | ած ...., ուն տիր|ու ⟨ս⟩տեփաննոսին նախնայց | կենդանայց և ննջեցելայց (sic) հոգ|ուն հօր նազարին հոգուն | իմ (?) ծերացող մար. (?) յիշ|էք ըղյիշալ ամէն։ « Hoc est memoriale... defuncti fulgidae recordationis Iohannis filii ... domini Stephani. Mementote animarum avorum viventium et mortuorum, animae patris Nazari et matris (?) meae senescentis. Amen ». Ff. 452^{v}-453^{v} conscribillationes et nota depositionis cuiusdam Ǵalal, de quo fusius agitur f. 454: Հեղայ հոգին Ճէլէլ ողլի | լուսայ հոյգին նազարին | որդին ոհաննէս պապան որ | հանգուցեալ (լ vid. postea addit.) է առ քս և | ի հայ կալյզմու|մ|թի Թըվականի | մերում ՌՄԻ ձմըռմըռւն | ի օրըն գրվեցաւ գիրըս որդի նորայ Աստուածատուր Ճըլէլըն | գրիգորըն սարգիսը | նազարին որ և հան|գիպիք գտի մեղայի|մեղ յիշեցէք և | դուք յիշեալ լինիք (sic) | ի քսէ փառ|յաւիտանս (sic) | Ամէն։ « Spiritum reddidit Ǵalal oğlou Nazarin, fulgidae recordationis, filius Iohannis Baban, qui in Christo requievit anno epochae nostrae Armenae 1220 (A. D. 1770) secunda die hiemis (?). Hoc scriptum scripsit filius eius Astuadsatour Ǵalal Gregorius Sergius Nazarin. Vos qui repperietis, possessoris peccatoris mementote, et vos conmemorabimini. Christo gloria in saecula. Amen ». Ff. 1^{r}. 128^{r}. 454^{v} vacua.

Integumentum ex corio nigro, cuius in pagina anteriore interna exstat schedula praeferens notam saec. XIX: *15. Hymnarium Armenum.*

81 (olim 16). Anno 1592-3 (Arm. 1042, cf. f. 351^{v}), chart., mm. 146×101, ff. I. 351, linn. 23.

1 (f. 1) Hymnarium seu Շարական cuius hymnorum series in adpendice I conspicitur. Pauca tantum notanda sunt: [1] (f. 43^{v}) hymnus sine titulo inc.: Հայր երկնաւոր անկանիմ առաջի անոխակալ քո... « Pater caelestis, procumbo ante te, clementem... »; [2] (f. 77^{v}) post hymnum sabbati V quadragesimae ad nocturnum officium, ut in ed. Veneta, t. II, p. 271, verbis զի մաքրեսցէ ըզմեզ ի մեղաց մերոց desinentem, inseritur hymnus alter **Ioannis Ployts Erzěnkatsi** in honorem montis Sepuh, ubi vixit s. Maria: Նորին յոհաննէս վ(ա)րդ(ա)պետին Պլույցց երզնկացոյ (sic) ի սեպուհ։ Լերինք ամ այսաւր ցընծայ ընդ մեծապայծառ փառաւքն սեպուհ գերապանց լերին... « Eiusdem Iohannis doctoris Ployts Erzěnkatsi de Sepuh: Montes omnes hodie exsultant propter splendidam gloriam Sepuh eximium montem... »; [3] (f. 117^{v}) hymnus feriae quartae post dominicam novam et [4] (f. 120) hymnus festi omnium ecclesiarum titulo carent nullo spatio vacuo relicto; [5] (f. 173) titulus hymni s. Sanduchtae neglegentia miniatoris omissus est, linea ad eum recipiendum vacua relicta; [6] (f. 230) hymnus s. Theodori militis inc. Որ ի հանդէս մեծ ճըգնութեան արիաբար պատերազմեալ... « Qui in certamine eximio viriliter pugnavisti... »; [7] (f. 231^{v}) canon s. Gregorii Narekatsi inc.: Արեգական լոյս անքննին յու քո... « Solis lumen inscrutabile, Iesu Christe... »; [8] (f. 233) canon s. Thaddei (Թադէոս) apostoli inc.: Այսաւ(ր) ցընծա խորաննամանայէս եկեղեցիք Հայաստանեաց... « Hodie laetamini cum gaudio, ecclesiae Armenorum... »; [9] (f. 242^{v}) hymnus ss. Tarachi et Probi, Շարակ(ա)ն տարակոսի և Պրոպոսի, inc. Տենչալի տաւնիւ սրբոց զուարճացան... « Desiderabili festo sanctorum laetantur... »; [10] (f. 293) carmen **Cyriaci ⟨Erzěnkatsi⟩** de B. M. V. (ut in codd. 8, f. 62 et 80, f. 215^{v}).

2 (f. 315^{v}) Kalendarium divini officii seu Տօնացոյց inc.: Յայտնութիւն յունվարի Զ։ Աստուածայայտնութեան ճրագալուցի գիշերն առաջի կանոնագլուխն... « Epiphania. Ianuarii die 6. Theophaniae lucernarii nocte: prima canonis conclusio... ».

3 (f. 350) Tabulae variorum cantuum quorum prima verba tantum exscribuntur [1] Երգ ապաշխարու(թ)ե(ան) seu cantuum ad officium matutinum, ut in cod. 80, f. 411^{v}; [2] antiphonarum ad horam vespertinam (cf. cod. 80, f. 410), in festo nativitatis D. N. I. C. etc.

Frustulum membranaceum initio libri adiunctum continet Matth. 9, 27 [աղաղէ]ին - 29 ասեն et 31 գնա ըստ - 32 այր մի litteris uncialibus saec. X, ut videtur.

Codex littera *bolorgir* currenti calamo exaratus signis rhythmicis instruitur. Exstant XXX fasciculi in imo margine primae et ultimae paginae Ա, Բ, ... Լ signati, quorum singuli 12 ff. habent praeter decimum quintum 14 foliorum et ultimum qui duo tantum folia eademque admodum lacera conplectitur. Tituli ac litterae initiales minio picta. Litterae grandiores, quae avium formas referunt, et ornamenta marginalia variis coloribus distinguuntur. Duae primae lineae unius cuiusque hymni purpureo et rubro colore alternis vicibus scribuntur. F. I probationes calami et quaedam, ut vid., de tonis cantus ecclesiastici manu rudi scripta. F. I^{v} conscribillationes et notula: Հայոց հազար Թուիին և ՁԵ | տէր վարդան և տէր սիմէոն | ասեն մարտ իԹ ձեռն գեր|եցին ... « Anno Armenorum 1085 (A. D. 1636) dominus Vardan et dominus Simon dicunt (die) vicensima nona martii ... ». Subscriptionis mutilae et lacunosae, quae incipit in f. 351^{v}, sequentia verba tantum legimus: Փառք ամե(ն)ասրբ երրորդ|ութեն հաւր և որդոյ և հոգոյն սրբոյն | ամէն. Արդ գրեցաւ շարակնոց... | ատան յախլաւ. ի գիւղն որ կոչի .. պն, է ընդ հո[վա]նե[աւ սբ] ածածնին և սար|գսին և [...]սին նոցա.. սբ | բարեխօ[սի ...]նեայ անարժանիս | և զմեղա[...]ւոր սրապոնիս | որ գրեցաւ [... ի Թ]վն հայոց | ՌԽԲ . իմ . յու[...] և անարժ|ան սրապոն [...]ն քհնյի ...իմ | և զգործս ոչ[...] շարակնոցս սղալանացս. և խոշորութե բանիս. անմ|եղադիր լերուք զի կարն մեր այս է։ | Եւ անարժան նկարողս (vid. նկատողս) յիշեցէք ի մ|աքրափայլ յաղաւթս ձեր և ած ողոր|(մի ասցէք al. man. add.)... « Gloria sanctissimae Trinitati Patri et Filio et Spiritui Sancto. Amen. Hoc descriptum est hymnarium ... in pago qui vocatur ... pnē sub praesidio s. Dei genetricis et s. Sergii ... sancti intercessoris ... (manu) indigni et peccatoris ... Serapionis, qui descripsit ... anno Armenorum 1042 (A. D. 1592-3) ... et indigni Serapionis presbyteri... et operibus non ..., hymnorum erroribus, linguae rusticitati indulgete, quia hoc est quod potuimus. Indigni vero pictoris mementote in vestris puris precibus et 'Domine, miserere' dicite ... ».

Codex conpactus est in Oriente tabellis ligneis corio rubro contectis. Paginae internae operculi anterioris adglutinata est schedula in qua legitur: *16 | Hymnarii Armeni.*

82 (olim 17). An. 1575 (Armen. 1024, cf. ff. 139ᵛ et 364ᵛ), chart., mm. 128×90, f. 367, linn. 21.

Hymnarium cuius seriem hymnorum in adpendice I repperies. Hic pauca tantum notanda sunt: [1] (f. 223) carmen ⟨**Cyriaci Erzĕnkatsi**⟩ in honorem B. M. V. de quo vide sis codd. 8, 80, 81; [2] (f. 227) in titulo feriae III post adsumptionem B. M. V. legitur *երկիրորդ* pro *երրորդ*; [3] lineae quinque ultimae f. 264 et sex primae eiusdem folii aversi turpiter atramento cancellatae sunt; [4] (f. 365ᵛ) pauca ex officio nocturno, praemisso titulo *երգ գիշեր պաշ(տ)աման* « hymnus officii nocturni », inc.: *Ես ասացի ի վերանալ յինէն աւուրց իմոց...* « Ego dixi de recedentibus a me diebus meis... ». Foliis conpluribus avolsis, haec desiderantur: [1] (post f. 12) canonis diei I Theophaniae conclusio et initium canonis sequentis ut in hymnario Constantinopolitano an. 1710, *Շարականոց...*, p. 30, l. 9, *տաւ-նեաց[ուք]* - p. 32, l. 3 [*խոհը*]*րդով*; [2] (post f. 45) ibid., p. 98, l. 1 *Հընչե-ց[ին]* - 101, l. 7 *Որք առէք*; [3] (post f. 101) ibid., p. 199, l. 21 *լուսո[որեցեր]* – 201, l. 18 [*ամոքս*]*ածընին*; [4] (post f. 139) initium canonis s. Paschatis usque ad p. 276, l. 11 *Այսաւր Հրեշտակք*; [5] (post f. 179) 18 foliis forficibus excisis, desunt hymni qui canuntur ab adscensione Domini usque ad feriam IV post Pentecosten, ibid., p. 344, l. 5 [*ի Հօրէ*] - 373, l. 23 [*Տեսան*]*ողն*; [6] (post f. 340) pars canonis defunctorum, qui cum editis non nisi inperfecte consentit, a verbo *սգոր*[*ոյ*] (ibid., p. 650, lin. ult. etc.) usque ad verba [...]*իոս անուն արթուն նըման խաչին մահուամբ որդոյն չարչարանաւք իւր սբ մարմնոյն.*

Folia bina principio et fine codicis modo custodiae adsuta continent evangeliorum frustula saec. XI, ut vid., exarata, pauca scilicet verba Matth. 27, 23. 24. 27; Ioh. 1, 28. 29. 38. 40.

Codex, charactere *bolorgir* satis nitide exaratus et signis rhythmicis ornatus, constat XXV fasciculis, ut plurimum 16 foliorum, in imo margine primae et ultimae paginae signatis. Foliis aliquot deperditis fasciculi primi, qui notis caret, et ultimi 12 ff. tantum supersunt, fasciculorum vero quarti, septimi, decimi, vicensimi tertii et vicensimi quarti, quindecim, decem duodecimi, decimi tertii quattuor. Fasciculus decimus octavus integer 12 ff. conplectitur, vicensimus 18. Tituli et litterae initiales minio, ornamenta marginalia et litterae grandiores variis coloribus distincta. Imagines rudi arte pictae in margine ff. 192ᵛ. 200. 248ᵛ hymnos ss. Gregorii Inluminatoris, Rhipsimes et prophetarum indicant. F. 139ᵛ ante dominicam Resurrectionis subscriptio librarii: *Զանարժան մեղաւոր սուտանուն հողս | Զանտոն գծողս մելտենցի գողս. յիշեցէք | ի յարժանաւոր աղաւթս ձեր և մեղացըս թողութիւն խնդրեցէք. ած զձեզ ազատէ|ի ձեր մեղացն. գրեցաւ սուրս ի թվին. ի | ռԻԴ. մայիս ամսոյ ԺԴ. զի այս ամիսն խի|ստ սաստիկ անձրեւ եկաւ և շատացաւ. | արար ի խարբերդ. և այլն ի բարին կատարի.* « Indigni peccatoris, qui falsum nomen gerit et pulvis est, Antonii, qui lineas duxit, latronis Meltentsi mementote in dignis precibus vestris et peccatorum eius remissionem exposcite. Deus vos liberet a peccatis vestris. Exaratus est liber anno 1024 (A. D. 1575) maii (die) 14. Hoc enim mense vehemens valde pluvia veniebat et abundabat. Fecit in Ḩarberd et vero ad bonum finem ». F. 364ᵛ: *Փառք անսահման անուն և անզ|ուգական անձնաւորութե Հայր և | որդի և սբ հոգի յայժմ և միշտ և յաւի|տեանս յաւիտենից. ամէն։ Ար(դ) գր|եցաւ եղանակաւոր տաղս որ կոչի | շարակնոց. Ձեռամբ սուտանուն ան|տոն եպ(իս)կ(ոպո)սիս ի յերկիրն խարբերդու ի վա|նքն որ կոչի անձղունեկ ի դուռն սբ գէո|րգայ ի յառաջնորդութե վանից տր յ|ո|հաննէս եպ(իս)կ(ոպոս)ին և համշիրակ եղբաւրն |*

և այլ միաբան ուխտիս որ աստ կան հա|աքեալ. գրեցաւ ի թվին ռԻԴ և կատ|արեցաւ անմեղադիր լերուք խոշորու|թ(ե) և տգիտութեանց գրիս. Ձեզ աղաչեմ | որք հանդիպիք. կամ թէ աւրինակ հնէ | բան ուկ-տիս (sic) *ընդ քո ծառայս իսկ զի | ջանիս. յիշել ի սբ ընթերցուածս ի գի|րս. նայ ·ը տառան էի բարիս. ասացէ* ‖ (f. 365) *քեզ վարձ որ գտն ակտիս. ինձ եղկելի | անձնցաւորիս* (ց post ն infrascript.). *ձեր աղաւթիւքն հաշտի | ընդ իս. զի գործ բարի չունիմ ի յիս. որ ինձ | աւգնէ ահեղ աւուրն. ի ձեզ անձին ուն|իմ զհոգիս. դուք ողորմած լերուք առ իս. | ով հանդիպիք յայսմ տառիս. մեղայ | սբ կըտակիս. զիս որ մեղաւքս <յ>ոլով գեր|իս. յիշման արժանիս. անուն երկու անկեալ. կըրկին գերիս. և պա|ղատիմ ձեր առաջինոս. խոշորութե և տգիտութեանց յայս գրիս. մի մեղադրել ինձ | գրողիս. զի այսչափ ունի իմ կարիս և չ|ի հըմուտ յայսմ արուեստիս. փառք ար|արչին մերոյ կենա<րա>րին. և անզրաւ յոխ-տենին ամէն։* « Gloria infinito nomini et inconparabili personae Patris et Filii et Spiritus Sancti, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. Hic scriptus est rhythmicus liber, qui vocatur *šaraknots*, manu falsum nomen gerentis Antonii episcopi in terra Ḩarberd in monasterio quod vocatur Antsłounek ad portam s. Georgii, dum praesides monasterii dominus Iohannes episcopus et Hamširak frater erant unanimisque congregatio ibi adunata. Scriptus est (liber) anno 1024 (A. D. 1575) et perfectus est. Indulgete inperitiae et mendis scripturae. Te deprecor, qui obcurris, etiam si parum profeceris cum servo tuo laborans, memento coram Domino praeceptorum scripturae; qui bonis abundat tibi dabit mercedem, qua fruaris. Mihi misero bene volens esto in precibus tuis, quia opus bonum non habeo in me, quod me sustineat in die tremenda. Ad vos animam habeo, vos estote misericordes in me, qui hoc scriptum inveneretis, sanctum testamentum divinum; mei, qui multis peccatis obnoxius sum, memoriam facite indigni Antonii in facie prostrati, bis captivi, rogo (vos per) vestros maiores. Inperitiam et menda huius scripti nolite mihi librario inferre, quia sic potest studium meum, cum non sim huius artis peritus. Gloria Creatori nostro vivificanti, sine fine et in saeculo. Amen ».

Integumenti sola durant opercula lignea corio fusco contecta. Paginae internae tabellae anterioris adhaerescit schedula notam praebens manu saec. XIX: *17. Hymnarium Armenum.*

83. Saec. XVI, ut vid., chart., mm. 302×204, ff. 254, coll. 2, linn. 23.

1 (f. 1) Psalterium ad usum liturgicum in canones octo divisum, adiectis, post unum quemque canonem, canticis ex V. T., nec non praeconiis cum orationibus ut in breviario Veneto an. 1898, p. 77-82; cf. cod. Borg. 5. Codex in principio mutilus inc. [1] in canone tertio, ps. 38, 3 [*խուլ եղէ և խոնար*]*հեցայ.* Folio uno inter ff. 10 et 11 avolso, desideratur ps. 50, 14 *և հոգով* [*պետուամբ քով*] - 52, 14 *Ով ոք է որ առնէ զբարի.* [2] (f. 15) canon IV = ps. 55, [3] (f. 30ᵛ) canon V = ps. 72, [4] (f. 48ᵛ) canon VI = ps. 89, [5] (f. 63ᵛ) canon VII = ps. 106, [6] (f. 80ᵛ) canon VIII = ps. 119. Cantica sunt: [1] (f. 12ᵛ) Moysis, Deut. 32, 22-43, [2] (f. 28ᵛ) Annae, I Sam. 2, 1-10, [3] (f. 47) Isaiae, 26, 9-20, [4] (f. 62ᵛ) Ezechiae, Is. 38, 10-20, [5] (f. 79ᵛ) Isaiae, 42, 10-13; 45, 8, [6] (f. 80) Ionae, 2, 3-10, [7] (f. 93ᵛ) Habacuc, 3, 1-19.

2 (f. 98ᵛ) Horologion seu ⟨*Ժամագիրք*⟩. Praeeunt [1] (f. 95) ⟨oratio⟩ *Հրաժարիմք ի սատանայէ և յամ(ենայն) խաբէութենէ նորա* « Renunciamus Satanae et omnibus dolis eius... », [2] (f. 95ᵛ) ⟨professio fidei Dathevensis⟩ et [3] (f. 96ᵛ) ⟨confessio⟩ *Մեղա(յ) ամենայսբ երրորդութե(ան)* « Peccavi adversus sanctissimam Trinitatem... », quas in principio horologii Armenorum monophysitarum repperies inpressas, v. g. in ed. Hierosolymitana an. 1895, p. 5-10.

[1] (f. 98v) Ad nocturnum: inc. ut in brev. Ven., p. 4-11, omissa tamen alternatione ultima hymni Nersetis Զարթուցեալքս « Evigilantibus nobis... » և ըզմեծ զողորմութիւն « ...ac magnam misericordiam »; hymni duo p. 11-14 ordine habentur inverso Աշխարհ համ(ենայն) « Orbis universe... » et Առաւաւտ լուսոյ « Mane ad lucem... »; sequitur hymnus Ա(ստուա)ծածին մայր քի « Dei genetrix, mater Christi... » ut in cod. Borg. arm. 2, cuius finis deperdita est post verba Ուր ամ(ենայն) բանք բարբառին և գործք « ubi verba omnia transeunt operaque... » folio avolso; resumitur in oratione Նայեա տէր « Respice, Domine... », p. 15, verbis [երկնից] արքայութե(ան)դ քո « ... regnum tuum caeleste ». Canonum conclusionibus, quae in psalterio continentur, omissis, hymnus sequitur Nersetis catholici, quem in die Sabbati Sancti ac festis s. crucis dicendum exhibet horologion Hierosolymitanum p. 63-77, breviarium vero Venetum in parte altera, p. 164-170, Այսաւր անճառ լոյս(ոյ)ն ծագումն « Hodie ineffabilis lucis splendor... » cum evangeliis de passione Domini, Matth. 27, 1-56 et Marc. 15, 1-18 և սահել ողջել (sic pro ողջեր) [արքայդ հրէից]. Deinde, tribus avolsis foliis, cantus alleluiatici quos legere est in ed. Ven. p. 82 sq. [2] (f. 117) Ad matutinam horam: inc. ut in ed. Ven. p. 119-126, paucis mutatis ordine scilicet orationum յօղեա in diebus abstinentiae et յօղեա martyrum, p. 122-123, nec non orationis հզօր pro diebus dominicis p. 122 quae post orationem ընկալ p. 124 est translata. Evangeliis μυροφορῶν omissis, sequitur ut in p. 132-137 inde a verbis ի գիշերի համբարձէք ըզձեռս ձեր՝ « In noctibus expandite manus vestras... », sed omittuntur cantus pro festis s. crucis et Ὑπαπαντῆς p. 133 mutaturque ordo orationum Ողորմութեամբ « Misericordia... » et Բարեխօսութեամբ « Intercessione... » p. 136; psalmis 148-150 iungitur apocryphus 151; responsoria post « Gloria in excelsis » habentur pro diebus quadragesimae et hebdomadis magnae, ed. Ven. p. 139-142, pro mortuis, ed. Hierosol. p. 263, pro ecclesia, pro festo arcae foederis, pro festo Transfigurationis, ed. Ven. p. 145, pro Nativitate Domini, pro s. cruce, pro festis angelorum, p. 146, pro festis martyrum, p. 147, pro Epiphania, p. 146. Sequuntur praeconia et ps. 112, p. 148-155, deinde, evangeliis de aegrotorum salute omissis, praeconium et oratio Սուրբ ես Տէր « Sanctus es, Domine... », p. 161, psalmi, praeconium et orationes in diebus festis, p. 162 sq. et 173-175, oratione Պսակիչ սրբոց « Coronator sanctorum... » post orationem Բարերար « Propitius... » translata; praeconium absolutorium pro diebus dominicis, p. 158; ps. 5 sq. pro diebus abstinentiae, p. 165-167, cum oratione et praeconio, p. 175; oratio Manasses regis cum praeconio et oratione p. 163-165. [3] (f. 139v) Ad solis ortum, praemisso titulo, ut in ed. Venet. p. 176-185. [4] (f. 146) Ad horam tertiam, praemisso titulo, p. 186-191. [5] (f. 150) Ad horam sextam, praemisso titulo, p. 191-195. [6] (f. 153v) Ad horam nonam,

praemisso titulo, p. 196-204, hymnis omissis p. 200-203. [7] (f. 137v) Preces seu Ժամամուտք in principio missae a presbytero dicendae, apud Ioseph Catergian, *Sacrae Armenae ecclesiae liturgia,* p. 638-649, omissis priore in die Ascensionis et in honorem trium puerorum precibus, translata vero prece Vartanianorum ante illam angelorum; sequuntur praeconium universale p. 654-656, alleluia in s. liturgia, cf. horolog. Hierosol., p. 450-466, symbolum fidei, Catergian, op. laud. p. 658-661, preces de pace p. 661-664. [8] (f. 167) Ad horam vespertinam, praemisso titulo, ut in brev. Ven. p. 209-225: habentur responsoria seu մեսեդիք Nativitatis, Resurrectionis, martyrum, paenitentiae, magnae quadragesimae; hymnus sabbati Լոյս զուարթ « Lumen exhilarans... » p. 212 cum proprio praeconio ponitur (f. 171v) ante precationem Լուր ձայնից մերոց « Exaudi preces nostras... » p. 218; omittuntur praeconium et oratio de pace p. 224 sq. [9] (f. 176v) Ad horam pacificam, titulo praemisso, p. 226-249: hymnum Սրբուհի Մարիամ սափոր ոսկի և տապանակ « Sancta Maria vas aureum et arca » post haec verba rumpens librarius posuit hymnos pro feria secunda Երկնաւոր հաւու « Caeleste agmen... » p. 247, pro feria tertia Լերին ամենայն այսաւր ցընծան « Montes omnes hodie exsultabunt... », pro feria quarta Աստուածածին գերագոյն « Dei genetrix excelsa... », pro feria quinta Առաքեալք աստուծոյ « Apostoli Dei... » p. 246 sq., pro feria sexta Պարուճակեալ պա̃հէին « Adcinti custodiebant... ». [10] (f. 193) Ad horam quietis, p. 250-263: post ps. 4 evangelia inseruntur Matth. 11, 25-30, Marc. 13, 32-37, Luc. 21, 34-38, Ioh. 12, 24-25 յինքն [միայն], folio post f. 198 avolso; sequitur inde a verbis [Մաքրես]ցես ի հաղըց « Immunem fac a periculis... » orationis Ընկալ p. 257, post orationem ⟨**Nersetis**⟩, precatio, praeconium et oratio de B. M. V. et precatio finalis, p. 262 sq., dein praeconium et oratio de Cruce, p. 257. [11] (f. 203v) ⟨Officium pro defunctis⟩, quod officio horae quietis nulla distinctione, nullo titulo iunctum est, continet precationem Հոգոցն հանգուցելոց « Defunctorum animabus... », praeconium cum oratione Քս որդի այ անոխակալ « Christe, Fili Dei, benigne... », cantus pro variis diebus hebdomadae inde a die dominica Հայր անըսկզբն և գթածական « Pater aeterne et misericors... ». [12] (f. 205v) Monita de evangeliis legendis pro myrophoris, pro aegrotorum salute, pro defunctis, titulo praemisso Խրատք իւղաբերից բժշկութե(ան) հան(գ)ստեան աւետարանաց. [13] (f. 206) Preces ante liturgiam a diacono dicendae inc. Եւ յորժամ զընծայն ի խորհրդանոցէն առնու յ(ա)ռ(ա)ջք այլ է ս(ա)րկ(աւա)գն և բ(ա)րձր ձայնիւ գոչէ։ Յարեւու եհար զխորան իւր « Cum oblationem in ecclesia accipit, dicit diaconus voce mediocri: In sole posuit tabernaculum suum... »; des. Ք(ա)հ(անայ)։ Ա(ւր)հ(ն)եալ եկե(ա)լ անուամբ տն.

Պպ(եր)։ Ալէլուիա « Presbyter: Benedictus qui venit in nomine Domini. Lector: Alleluia ».

3 (f. 206ᵛ) Kalendarium seu Տօնացոյց, titulo praeeunte ut in cod. 80, f. 348. Inc.: Ածայայտնութեն առաջի աւուրն գիշ(ե)րն առաջին կանոնա-գլխին փառ(ք) (ի) բ(ար)ձ(ունս)․ Հաւատամ(ք)․ Եւ զգենուն փ(ի)լ(ո)ն(ո)փայքն « Primo die theophaniae, nocte, primi canonis conclusio. Gloria. (Tonus) secundus. Credo. Et induuntur sacerdotes... »; des. in monitis de evangeliis *μυροφόρων*: գձ․ աձ․ աւ(ետարան) յոհան(նու) կարդայ « tonis tertio vel primo: evangelium Ioannis legit ». Foliis duobus inter 208 et 209 sublatis, textus deest inde a verbis episcopi in die Epiphaniae aquam benedicentis Ա(ւր)հ(ն)եսցի և սրբեսցի ջուրս այս նշանաւ սբ խ(ա)չ(ի)ւս « Benedicetur et sanctificetur aqua ista signo sanctae crucis... » usque ad festum s. Sylvestri papae Հ(այ)ր(ա)պ(ետ)ին․ և յիշ(ա)տ(ա)կ կոստանդիանոսի թ(ա)գ(աւո)րին « ... patriarchae, et conmemoratio Constantini regis... ». Inter f. 218 et 219, folio exciso, desideratur e descriptione officii magnae Parasceves ps. 117, 19 բացէք ինձ դրու(նս) « Aperite mihi portas... » usque ad ps. 37, 23 ած փրկո(ւթեան) « ... Deus salutis ⟨meae⟩... ».

4 (f. 246ᵛ) **Nersetis ⟨Šnorhali⟩** constitutiones ecclesiae et administratio templorum, seu monita de divino officio ad monachos conventus Makhenikh. Inc. ut in cod. Mechitt. Vindobonn. 270, f. 3ᵛ: կարգաւորութի(ւն)ք եկ(ե)ղ(ե)ց(ւ)ո(յ) եւ արարողութի(ւն) ժամատեղաց տն Ներսեսի Հայոց կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)սի զի եա բարեկ (l. բերել) ի սբ և ի Հռչ(ակա)կ(ա)ւ(ո)ր ածաբնակ և ի Հր(ե)շտակակրօն սբ Հարցն մեծ ուխտից մաքենեացն ... Զի յառաջ քան զամենեսեան պարտ է յառնել փականաւորին և զամ ջահք և զկանթեղք լուցանել « Constitutiones ecclesiae et administratio templorum domini Nersetis catholici, quas pro sancta et celebri Dei domo et angelicis sanctis patribus magni monasterii Makhenikh praeparavit... Ante omnes surgere oportet ostiarium et omnes lampades et candelas adcendere ... »; opus des. mutilum (f. 254ᵛ) in cap. Իսկ այլ արարողութի(ւն) երեկոյն ժամուն ըստ սբ Հարցն թեղենեացն « Sed altera exstat horae serotinae distributio apud patres Ṭeḷenianos » verbis Իսկ յորժամ տն ընդ առ(ա)ջ(ի)ն յաղուհացն մտանէ ճ(ա)շ(ո)ւ զողորմեան․

Codex charactere *bolorgir* nitide exaratus signisque rhythmicis instructus maiores litteras exhibet minio vel purpura depictas, maximas variis coloribus tinctas. Tribus fasciculis in principio, uno vel duobus, ut vid., in fine deperditis, fasciculi 12 foliorum exstant duo et viginti in imo margine primae et ultimae paginae litteris armenis signati. Fasciculi quartus, vicensimus primus et vicensimus secundus primum et ultimum folium perdiderunt, decimus vero tertius, qui nunc

artificio glutinatoris quaternionis speciem praebet, primum et ultima tria. Fasciculus undecimus in f. 94ᵛ numero arabico signatus est, duodecimus vero in f. 95, primo scilicet, nota caret. Ornamenta marginalia variis coloribus depicta sunt, pariterque (f. 93ᵛ) imago D. N. I. C. librum tenentis. Numeri psalmorum atramento scripti sunt in margine 41 (f. 3), 50 (f. 10), 62 (f. 19ᵛ), 65 (f. 21), 66 (f. 22), 90 (f. 49), 91 (f. 50), 103 (f. 57ᵛ), 110 (f. 68), 111 (f. 68ᵛ), 112 (f. 69), 126. 127 (f. 81ᵛ), 128 (f. 82) litteris armenis, 106 (f. 63ᵛ), 109 (f. 67ᵛ), 113 (f. 69) notis quas arabicas vel melius indicas diceres nisi numerum centum exprimeret signum quoddam litterae ṗ simile. Ornamenta pleraque in marginibus psalterii ad numeros recipiendos adposita vacua relicta sunt. Pars marginis f. 47 ornamentum praebens scissa videtur consulto. F. 150, post officium horae sextae nulla distinctione facta: Հոգի սբ ողորմեա գծողի և ստացողի | սբ և ընթերցողի զգործս ձեռաց մե|րոց աջողեա « Spiritus sancte, miserere scriptoris iussorisque eius et lectoris, opera faveas manuum mearum ». F. 193 post titulum horae quietis: զանարժան գրիչս պարսաւեցէք | միով ողորմեայիւ ամէն․ « Indignum librarium arguite uno '(Domine) miserere'. Amen ». F. 205: փառք փրկչին և յիշատակ գրչին « Gloria Salvatori conmemoratioque librario ». Aliae notae recentiori manu in marginibus scriptae ad liturgicam materiam pertinent. F. 205 in parte vacua col. 2 probationes calami.

Ligneae tabellae corio fusco coopertae integumentum efficiunt, cuius in operculis cruces rudi arte inpressae exstant, in dorso autem admodum lacero saec. XIX adglutinata est schedula chartacea, in qua legitur: ժամագիրք | սաղմոս | խորհրդատետր | Տօնացոյց | (պակասաւոր, անթուական) « Horologion, psalterium, missale (*sic*), kalendarium (mutilum, sine anno) ».

84. An. 1325 (Arm. 774, cf. f. 379), mm. 245×163, ff. 413, linn. 30.

Nersetis Lambronatsi opera et vita.

1 (f. 3) Oratio synodalis in synodo Tarsensi, quam una cum italica versione publicavit Paschalis Aucher, *Orazione sinodale di S. Nierses Lampronense*..., Venetiis, 1812. Titulus inponitur: Սր և տիեզերական ժողովոյն որ եղև ՚ի շրջան ընթացից ժամանակի․ ոիզ․ թուականէ․ Հրամանաւ Գրիգորիսի․ Յաջորդի առաքելական Աթոռոյ սրբոյ Գրիգորի։ Համաձայնութի Ներսէսի Նուաստ նոցին Պաշտաւնակցի։ « De sancta et oecumenica synodo quae fuit in cursu temporis anni 626 (= A. D. 1177) iussu Gregorii (VI) successoris in throno apostolico s. Gregorii (inluminatoris). Conpositio Nersetis, ministerii eorum humilis socii ».

2 (f. 32) Propositiones Graecorum IX et Armenorum responsa in eadem Tarsensi synodo, a Clemente Galano editae et latine redditae in libro, qui inscribitur *Conciliationis Ecclesiae Armenae cum Romana*... pars prima, Romae, 1690, p. 331-344.

3 (f. 37) Propositiones Armenorum VIII, ibid., p. 344 sq.

4 (f. 37ᵛ) Dissertatio de fide orthodoxa Ecclesiae in sanctam Trinitatem et oeconomiam (Incarnationis) Christi, quam ediderunt Mechitaristae in Սրբոյն Ներսէսի Լամբրոնացւոյ Տարսոնի եպիսկոպոսի խորհրդածութիւնք... Venetiis, 1847, p. 1-21. Subscriptionem auctoris ex parte in rasura scriptam, quam editores omiserunt, placet referre (f. 49ᵛ): Զկանխաւ լռութե պտուղն ՚ի թուին ոիէ․ ստս վերստին շարագրեալ թողի զկնի եկելոցդ նուաստս ներսէս

'ի Թուականիս ոխ և բ յորում ամի տարերի եկեղեցի քի 'ի պաղեստին շուրջ զածակոխ քաղաքաւն Էմի. և տակաւին եւս վրիպեալ են 'ի զնոյն ժառանգելոյ: Որոց զունկն ածայն իմաստից ընդունակ անպատրուակ յաջողմամբ պատրաստեալ իցեն. Թեթևացեալք յայն ցկրից որք խնուն զնոյն. նոքա ամենայն իրաւք անստուերաբար ունին յառել առանց ամենայն ինչ ընդ միջաւղ կարծեաց առ կերակրաւղս ըստ այ զենքեանս: յորոց մաղթեմք զհամանուն արբեցելոյն և արբուցանողին (in mg. add.: կերողին և կերակրողին). մի' վարկպարազի ընդունայնութի առանց յիշատակի թողուլ որով և դուք կեցջիք: « Fructum anterioris otii anni 627 (= A. D. 1178-9) hic denuo redactum relinquo eis qui postea venturi sunt, ego humilis Nerses, anno 642 (= A. D. 1193-4), quo anno passa est ecclesia Christi in Palaestina prope civitatem a Deo calcatam Hierusalem, et gradatim defraudantur (christiani) sua haereditate; qui habeant aurem intentam ad divina consilia in virtute accepta manifestaque, et sic adlevabuntur a passionibus quae (aurem) obserant. In omnibus negotiis lucidi, habent intueri ad eum qui opinionis (eorum) est particeps, apud eos qui Deo aluntur. Quos inter, vos obsecramus, qui eodem nomine vocamini, bibentem et qui potum inpertitur, manducantem et qui cibum praestat, nolite vivere et vos in ignava vanitate, nullum relinquentes memoriale ».

5 (f. 50) Examen de ordinibus Ecclesiae et iudicium de novitatibus, quae extrinsecus in eam penetrant, ibid., p. 21-40.

6 (f. 62) Altera distinctio novitatum, quae in ecclesiam penetrant atque examen liturgiae et graduum cleri, nec non responsiones ad obiecta, ibid., p. 41-53.

7 (f. 70) Confirmatio e codicum inspectione traditionis Patrum qui omnibus Christianorum regionibus praeceperunt ut episcopi sedeant in civitatibus nec in monasteriis; responsa ad eos qui causam sacrificii obiciunt, ibid., p. 54-79.

8 (f. 85ᵛ) Distinctio novem ordinum graduum Ecclesiae et proprietates actionum eorum et vestium; refutatio illorum qui haec sacramenta deminuunt, ibid., p. 80-92, cum adpendicula de vestibus sacerdotalibus, p. 92.

9 (f. 94) Explicatio philosophica mysterii sacrificii divini, ibid., p. 93-109.

10 (f. 98) De virtute precum disquisitio philosophica: confirmatur quod oporteat festinare in operatione mentis, ibid., p. 109-120.

11 (f. 111) Quid significet ecclesiam vocare domum Dei, ibid., p. 120 sq.

12 (f. 112) Quid significet vocare ecclesiam nomine feminino eamque nominare novam nuptam, Christum vero sponsum, sicut ab apostolo discimus mysteria, ibid., p. 121-123.

13 (f. 113) Quo modo et quam ob rem vocatur nostra ecclesia filia Sion caelestis et Hierusalem, ibid., p. 123-125.

14 (f. 114) Quod oporteat fidere ecclesiae Dei, quae est caelum in terra, ibid., p. 125 sq.

15 (f. 115) Cum intramus in templo sancto, oportet protinus se credere Deo, sicut faciunt angeli, ibid., p. 126 sq.

16 (f. 115ᵛ) Quid significet dispositio sancti templi ecclesiae, ut altare separetur a communi spatio, ibid., p. 128.

17 (f. 116) Quid significet sancta mensa, ibid., p. 128 sq.

18 (f. 116ᵛ) Quid significet serica vestis quam explicamus supra sanctam mensam, ibid., p. 130.

19 (f. 117) Quid significent gradus sedilium circa sanctam mensam ab invicem distinctorum deque trono archipresbyteri, ibid., p. 130 sq.

20 (f. 117ᵛ) Quid manifestent lumina lychnorum et lampadarum nec non odor incensi in ecclesia, ibid., p. 131-133.

21 (f. 118ᵛ) De hierarchia ecclesiastica simili dignitatibus saecularibus, ibid., p. 133-135.

22 (f. 119ᵛ) Quid indicent nomina episcopi et presbyteri quibus seniores vocati sunt inspectores populi, ibid., p. 135.

23 (f. 120) Qua re sacerdotes vocentur presbyteri, ibid., p. 135 sq.

24 (f. 120ᵛ) Quam potestatem demonstret nomen episcopi, ibid., p. 136 sq.

25 (f. 121) Quae sit vere potestas sacerdotalis, ibid., p. 137-139.

26 (f. 122ᵛ) Qua aetate deceat ordines accipere, ibid., p. 139 sq.

27 (f. 123) Quo modo varii ordines distinguantur in ecclesia, ibid., p. 140 sq.

28 (f. 123ᵛ) Quid significet nudo capite clerum in domo Dei stare hora precum, ibid., p. 141-145.

29 (f. 126) Quae sint vestes quibus ornantur clerici in divina liturgia, ibid., p. 145-153.

30 (f. 131) Quid significet nomen mysterium quo vocatur sacrificium, ibid., p. 153 sq.

31 (f. 132) Quid indicet nomen sacrificium quo vocatur hoc mysterium, ibid., p. 155 sq.

32 (f. 133) Quid demonstret nomen Eucharistia quo vocatur sacrificium, ibid., p. 156 sq.

33 (f. 133ᵛ) Qua re Eucharistia vocetur communio, ibid., p. 157 sq.

34 (f. 134) Quo modo oporteat nos credere Christum vere esse id quod sumimus in communione et corpus Christi non exemplar corporis Christi, ibid., p. 158-162.

35 (f. 136) Quo modo possimus credere in omnibus tot gentium ecclesiis unum Christum esse et unum corpus Christi in sacrificio, ibid., p. 162-165.

36 (f. 138ᵛ) Utrum oporteat credere sacrificium perfici ab indigno presbytero tam quam a sancto, ibid., p. 165 sq.

37 (f. 139) Quanta gratia sit in visione sacrificii a longinquo sine communione, ibid., p. 167.

38 (f. 139ᵛ) Unde venit ritus conmemorationis mortuorum in missa, et quaenam sit eius causa, ibid., p. 168-170.

39 (f. 141ᵛ) Consideratio de eodem ritu, ibid., p. 171-180.

40 (f. 147ᵛ) Conlatio constitutionum ecclesiarum Christianorum, Graecorum, Francorum (in cod. suprascr. լատինացւոյց « Latinorum ») Armenorum, ibid., p. 180-192.

41 (f. 155) Ordo missae ut in ed., p. 193-226, melius vero apud Iosephum Catergian et Iacobum Dashian, *Sacra Armenae Ecclesiae liturgia,* Vindobonae, 1897, p. 519-556.

42-126 (f. 179) Monitum et praeceptum de suprascripto opere i. e. de liturgia recta ordinata, seu ⟨explicatio missae⟩ ut in ed. Veneta, p. 227-516.

127 (f. 349ᵛ) Disquisitio de praeceptis Christi: confirmatur quod oporteat in ordine ecclesiastico cognationem corporalem relinquere, p. 517-532.

128 (f. 359) Confirmatio capituli praecedentis ex historia patrum nostrorum: quod dignitas praesidis non transeat ad haeredes naturales, ibid., p. 532-543.

129 (f. 365ᵛ) Denuo de eodem mysterio et quod nostrum populum possimus iudicare, minime vero alios, ibid., p. 544-555. Sequitur (f. 373) auctoris subscriptio, quae desideratur in editione: Նորին սրբոյ։ Գրեցաւ ՚ի թուականիս ոի և զ. յանապատս որ զէորգ(այ), ՚ի մէջ լերինս տաւրոսի. ՚ի կաց կիւլիկիոյ. և ՚ի սկզբն պամփիւլեայ. ՚ի կաթողիկոսութեան գրիգորի. և իշխանութե հեթմոյ սեւաստոսի։ « Eiusdem sancti. Scriptum est anno 626 (= A. D. 1177-8) in eremo s. Georgii in monte Tauro, in praepuptis Ciliciae et ingressu Pamphyliae, catholico domino Gregorio principeque Heṭoum sebasto ».

130 (f. 373) Subscriptio generalis auctoris, anni 626 (= A. D. 1177-8), ibid., p. 556 sq.

131 (f. 374) Expositio de conlectione operum s. Nersetis Lambronatsi seu subscriptio codicis exarati anno 1205 iussu Nersetis, illius presbyteri ut vid., sancto episcopo homonymi et proximi, qui a Gregorio Skevratsi petiit sermonem panegyricum de quo infra. Partem quae ad historiam conlectionis pertinet referimus, omissis ceteris de librariis eorumque proximis: Յիշատակարան մատենիս գրութեան։ Յամի վեցհարիւրորդի յիսներորդի չորրորդի թուականութեան հայոց. Ես նուաստ և անարժան ծառայ այ ներսէս. փափաքեալ ածային տառիս. նորագոյն մեզ պարգեւեցելոյ ՚ի

հոգւոյն սրբոյ։ ՚ի յետին և յանբարի ժամանակիս. յորում ըստ նախագուշակ բանին տն. կարապետ նեռինն այսինքն յանաւրինաց բազմանալոյ. սիրոյն ցամաքութե երեւեալ։ և ետու գծագրել զսա առ ՚ի մխիթարութի վշտագնեալ և թշուառական ոգւոյ իմոյ։ ոչ ՚ի զբաւսանս կատարման գործոյ սորայս խրատու. այլ առ ՚ի գիտել ճշմարտութե... (f. 378) Արդ ի սկզբանն ՚ի վերոյն մեզ պարգեւողէ սրբոյն. գրեցաւ սա յերիտասարդական հասակի. ՚ի քսան և չորս ամացն լինել։ որպէս զի քեզ հաստատեսցի բան իմաստնոյն որ ալիս զիմաստութին. և հասակ ծերութե զանարատ կեանս կոչէ։ Եւ եղև այս... մինչերն ՚ի լռութե, և ՚ի միայնութե կրաւնս։ ՚ի հայոց թուականութեն ոի և զ. իսկ առ ՚ի մէնջ ՚ի նախ գրեալք. Յամի եւթներորդի փոխման սրբոյս... « Memoria conpositionis libri. Anno 654 (= A. D. 1205-6) epochae Armenorum, ego infirmus et indignus Dei servus Nerses, voluminis divini cupidus recenter nobis a Spiritu sancto dono dati, his novissimis et infaustis temporibus, cum iam secundum propheticum sermonem Domini, praecursor Antichristi ipse, iniquorum numero aucto caritateque arescente, manifestatus est, describi illud feci ad consolationem adflictae infelicisque animae meae, non ad fruendum huius propositi effectu, sed ad veritatem cognoscendam... Primum igitur liber scriptus est ab illo sancto viro, qui nobis eum largitus est, tempore adulescentiae, cum annorum XXIV esset; qua re tibi confirmatur verbum sapientis qui canitiem sapientiam et senectutem vitam inmaculatam vocat. Et hoc fuit... dum erat in silentio vitaque solitaria anno Armenorum 626 (= A. D. 1177-8). A nobis vero prima vice opus exaratum est septimo post obitum sancti viri anno ... ».

132 (f. 381) Laudatio Nersetis Lambronatsi, auctore ⟨**Gregorio Skevratsi**⟩ ut in *Bibliotheca hagiographica orientali,* n. 793, edd. Mechitaristae Veneti in collectione Հայկական Սոփերք, vol. XV, Venetiis, 1854, p. 5-90. Subscriptio eiusdem panegyrici sermonis, quae in ed. desideratur inc. (f. 408): Բանք յիշատակի մատենիս։ Շնորհին մարդասիրութե նախախնամութի... (f. 409ᵛ) ... Եղև վերափոխումն սորա ՚ի ոխէ թուաբերութե տումարի հայոց. ՚ի վերոյ գրեալ ամսեանն։ իսկ գրութի ճառիս ի ոծգ։ Ապաստ լերուք և մեզ աղաչեմք աղաւթիւք ով ժողովուրդ այ... « Verba recordationis libri. Divinae providentiae beneficio... Fuit transitus eius (Nersetis Lambronatsi) anno Armenorum kalendarii 647 (= A. D. 1198) mense supra scripto. Scriptio autem sermonis anno 653 (= A. D. 1204-5) ... »; des. (f. 410ᵛ): ...այլ եղեցի արժանի լինել հաստատել զանձին որպէս զսա ՚ի վերայ ամրագոյն վիմի. անվրդով յամենայն յարուամանց ծփալով, ՚ի փառս այ. ամէն։ « ... sed dignus fuit fundari sicut supra firmam petram, inconcussus manens omnibus exundationibus, in gloria Dei. Amen ».

Folia membranacea (nunc 1. 2. 412. 413) mm. 315 × 240, binis columnis exarata, quae in principio et fine codicis bybliopegus per transversum disposuit, litteras exhibent *erkaṭagir* saec. ut vid. XI, continent autem (ff. 1. 2), prima linea partim excisa, Matth. 7, 2 [չա]փեսցիս – 15 ոչ[խարաց] nec non (ff. 412. 413) Matth. 5, 3 հոգւով – 17 լնուլ. Sectiones Ammonianae, ut mos est, notantur in mg. interno, concordantiae Eusebianae in mg. imo.

Codex adcurate descriptus littera *bolorgir* fasciculis XXXV conficitur, qui fere omnes seniones sunt, in prima et ultima pagina signati notis numericis Armenorum solitis. Fasciculi primus, decimus tertius et post excisionem duorum foliorum, quae vacua relicta erant, trigesimus secundus folia decem habent. Fasciculus trigesimus quintus, qui folia octo conprehendebat, primo et ultimo deperditis nunc tamen folia amplectitur septem, primo enim folio chartam puram substituit ille, ut vid., doctor Iohannes, cuius memoria exstat f. 411, quique notam fasciculi (f. 405) et (f. 404v) թուխթ է անկե[աւ] « folium concisum est » exaravit. Nota posterior fasciculi vicensimi primi excisa. Tituli litteraeque maiores minio scripta. Litterae maximae seu *šaṭagir* nec non ornamenta, quae ff. 3. 155. 179. 381 frontes operum distinguunt, et quae in mg. externo initium dissertationum sectionumve demonstrant, purpureo flavoque pigmentis singulari artificio perfecta sunt. Variis coloribus et auro depicta sunt (f. 3) clypeata imago Nersetis Lambronatsi nec non (f. 349v) littera initialis et ornamentum praefixum. Quaedam marginalia insignia ea figurant quae argumentum sectionis efficiunt: templum ff. 112. 113. 114. 115. 203, altare f. 116, thuribulum lychnusque pendens f. 117v, clericus f. 123v, presbyter ad liturgiam conficiendam paratus f. 155, diaconus efferens acerram et thuribulum f. 189, thuribulum f. 200, pontifex librum gerens f. 233v. Praeter ea vides angelum f. 231, Spiritum Sanctum in columbae specie f. 321v, caput D. N. I. C. f. 329, s. Nersetem librum gerentem f. 373, capita Nersetis Lambronatsi Danihelque Skevratsi f. 381. Librarius subscriptiones multiplicavit: f. 70: Որք արբենայք զոմացուցիչ արբմամբ զօր 'ի սմա | զածասէր պ(ա)ր(ո)նն զպ(ա)ր(ո)ն կոստանդին ստացօղ գրոցս և | զբարեպաշտ հայրն իւր զպ(ա)ր(ո)ն հեթում ճամբըռլայ հայոց | և զամենայն ազգատոհմ իւր զկենդանիս և զհանգու|ցեալսն յիշեցէք աղաւթիւք 'ի տր. նաև զիս զմեղաւոր | գրիչս գրիգոր յիշման արժանի աղաչեմ առնել. և ած | ձեզ և մեզ ողորմեսցի. և նմա փառք յաւիտեանս. ամէն։ « Vos qui refocillanti potu in hoc (libro contento) inebriamini, principem Dei amatorem, baronem Constantinum possessorem libri, et pium patrem eius baronem Heṭoum cubicularium Armenorum et cunctam eius stirpem, vivos et mortuos, precibus vestris conmemorate in Domino. Et me quoque peccatorem librarium Gregorium, ut conmemorare dignemini obsecro. Et Deus vestri et nostri miserebitur, cui gloria in saecula. Amen ». F. 98: Զստացօղ կենդանարար մատենիս զածասէր իշխանն | զպ(ա)ր(ո)ն կոստանդին և զբարեպաշտ հայրն իւր զպ(ա)ր(ո)ն հե|թում հանդերձ ամենայն զարմիւք յիշեցէք 'ի քս | ընդ սոցին և զանարժան գրիչս գր(իգոր) յիշեցէք աղաչեմ։ « Possessorem vivificantis libri, principem Dei amatorem, baronem Constantinum et pium eius patrem baronem Heṭoum cum tota stirpe conmemorate in Christo. Et cum illis indignum librarium Gregorium ut conmemoretis obsecro ». F. 111v: Զածասէր և զբարեպաշտ իշխանն զպ(ա)ր(ո)ն կոստանդին ըզ|ստացօղ գրոցս և զքսասէր հայրն իւր պ(ա)ր(ո)ն հեթում ճամբըր|ալայ հայոց յիշեսջիք 'ի քս հանդերձ ամենայն զարմիւք։ | Եւ զախմար գրիչս գրիգոր անարժան երէց յիշման արժանի առ|նել աղաչեմ։ և ած ձեզ և մեզ ողորմեսցի։ ամէն։ « Dei amatorem et pium principem baronem Constantinum possessorem libri nec non patrem eius Christum diligentem baronem Heṭoum cubicularium Armenorum conmemorate in Christo cum tota familia. Et stolidum librarium Gregorium, indignum presbyterum, ut conmemorare dignemini obsecro. Deus autem vestri et nostri miserebitur. Amen ». F. 147: Որք արբենայք զոմացուցիչ արբմամբ զօր 'ի սմա | յիշեցէք 'ի քս զբարեպաշտ պ(ա)ր(ո)նն զպ(ա)ր(ո)ն կոստանդին | ստացօղ սորին և զամենայն ազգատոհմ իւր։ | Նաև զիս զմեղաւոր գրիչս գրիգոր յիշման արժանի ա|րարէք աղաչեմ. և ած զձեզ յիշէ։ « Vos qui reficienti potu hic (contento) inebriamini, conmemorate in Christo pium principem, baronem Constantinum, possessorem huius (libri) et totam eius stirpem. Et me quoque peccatorem librarium Gregorium

ut conmemorare dignemini obsecro. Et Deus vestri meminerit ». F. 154v: Զմահացեալս 'ի մահուանէ որ ոչն ունի զկենդա|նութի. մահուամբ. որոյ պտուղ կենացն ժառանգու|թիւն. մահու սրբոյ. զի զոր դուռն լինել կարծէի | մտօք յորինքն նախ կիփութացաւ. ախեաց ամրու|թեամբ զիմակ մեզ մեղացն ախտ բազմադիմի։ | Որոյ ներումն խնդրել մաղթեմ. և սմա բացող լինի. զի | և մեզ յիշաւղաւքդ լիցի բացեալ։ | Նաև ստացողի գրոցս քսասէր իշխանին պ(ա)ր(ո)ն կոս|տանդեայ և ծնողաց նորին բացցի դուռն ողորմու|թեան քի այ մերոյ աւրհնելոյն ընդ հաւր և սբ հոգւոյն։ « Vos qui mortui estis morti quae resurrectionem non habet, morte cuius fructus vitae haereditas est, i. e. morte sancta, quam quidem in cogitationibus (mei) portam ad quam festinandum erat aestimabam, sed quae ante nos fortiter clausa est multiplicibus peccatis, oro ut veniam (mihi) obtineatis; et (haec porta) aperta erit et aperienti et nobis, ab illis qui memoriam facient. Sed et possessori libri, Christum diligenti principi, baroni Constantino et genitoribus eius aperta erit porta misericordiae Christi Dei nostri benedicti cum Patre et Spiritu Sancto ». F. 178v: Որք մաքուր սրտիւ հանդիսանայք 'ի կատարումն սբ պատարագիս | յիշեսջիք առաջի զենլոյն քի զստացօղ սորա զբարեպաշտ իշխան պ(ա)ր(ո)ն կոս|տանդին և զհայր իւր պ(ա)ր(ո)ն հեթումն և զմեղաւոր գրիչս գր(իգոր). և զծնողան իմ։ « Vos qui corde puro eminetis, in sancto sacrificio perficiendo memores estote ante Christi inmolationem possessoris huius (libri) pii principis baronis Constantini et patris eius baronis Heṭoum nec non peccatoris librarii Gregorii et genitorum eius ». F. 349: Զբարեպաշտ իշխանն զպ(ա)ր(ո)ն կոստանդին և | զածասէր հայրն իւր պ(ա)ր(ո)ն հեթում տէր նղրին յիշ|եցէք 'ի քս և զամենայն ազգատոհմ իւր զկենդանիս և զհանգուցեալսն։ Նաև բազմամեղ | գրիչս գրիգոր յիշման արժանի առնել աղաչեմ։ « Pium principem baronem Constantinum et patrem eius Dei amatorem baronem Heṭoum, dominum Nłrin conmemorate in Christo cum tota stirpe eorum, vivis et mortuis. Sed et multum peccantem librarium Gregorium ut conmemorare dignemini obsecro ». F. 379: Փառք երից անբաւից և անհասից անձանց և | միաբան անքակ տրութե և անբաժանելի ածու|թեանն հաւր անծնին և որդւոյ նորին անճառ 'ի | նմանէ ծնելոյն և 'ի նոցունց էութեց բղխեցե|լոյ հոգւոյն. այժմ և միշտ և յաւիտեանս յաւի|տենից. ամէն։ | Գրեցաւ ընծահաւատչեա ածապարգև մատեանս | որ մեկնութի է բանի աղաւթից պատարագին քի | արարեալ ան ներսէսի լամբրոնեցւոյ սրբազան | եպիսկոպոսին տարսոնի. ի թուականութեանս | հայոց չհդ. ի ժամանակս թագաւորութե | հայոց լևոնի որդւոյ աւշինի թագաւորի. Եւ | 'ի հայրապետութե տն կոստանդեայ լամբրոնե|ցւոյ. ի մայրաքաղաքս սիս. ընդ հովանեաւ | սրբոյն գրիգորի հայոց լուսաւորչի. Ձեռամբ | յոքնամեղ (*sic*) և անարժան երիցու գրիգորի. Հրա|մանաւ և ծախիւք քսասէր և վեհիմաստ իշխա|նին պ(ա)ր(ո)ն կոստանդեայ. ի վայելումն ընթերցասէր || (f. 379v) և իմաստասիրաց անձին նորա. և որձան | անջինջ յիշատակի իւր և ծնողաց իւրոց և ամե|նայն զարմից։ Արդ աղաչեմ զամենեսեան | որք լուսաւորիք 'ի սմանէ ընթերցմամբ կամ գա|ղափարաւ յիշեսջիք 'ի սրբամատոյց աղաւթս ձեր | զստացօղ գրիս զուսումնասէր և սրբասէր մեծ | ազգի իշխանին զպ(ա)ր(ո)ն կոստանդին. և զբարեպաշտ | հայրն իւր պիշխանաց իշխանն և ճամբըռլայ | հայոց պ(ա)ր(ո)ն հեթում. և զքսասէր եղբայրն իւր | զպ(ա)ր(ո)ն պաղտին մարաջախտ հայոց. և զպ(ա)ր(ո)ն վասակ | տէր ճանճոյն. զի անփորձ կենաւք վայելել 'ի գրոցս և առաքինութը կեցցեն 'ի կեանս և 'ի | հանդերձեալն արքայութեն քի արժանի լիցին ամենայն զարմիւքն իւրեանց։ ընդ նոսին և ձեզ | յիշողացդ լիցի պարգևել 'ի քէ զոր խնդրէք։ | Յիշեսջիք և զանպիտան գրիչս գրիգոր և զուսու|ցիչսն իմ և զծնաւղսն իմ 'ի քս աղաչեմ. և դուք | յիշեալ լիջիք յառատ ողորմութենն քի այ մերոյ | որ է աւրհնեալ ընդ հաւր և սբ հոգւոյն. այժմ | և միշտ և յաւիտեանս յաւիտենից։ ամէն։ « Gloria tribus infinitis inconprehensibilibusque personis, concordi indissolubilique potestati, indivisibili divinitati, Patri ingenito, Filioque eius ineffabili ab eo genito nec non Spiritui ab eis procedenti, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. Descriptus est hic liber a Deo donatus, gratiam praestans, qui commentarius est textus precum sacrificii Christi, compositus a domino Nersete Lambronatsi reverendo episcopo Tarsensi, anno Armenorum 774 (= A. D. 1324), rege Armenorum Leone, filio Aušin regis, patriarcha vero Constantino Lambronatsi in metropoli Sis, sub praesidio sancti Gregorii Armenorum inluminatoris, manu multum peccantis indignique presbyteri Gregorii, iussu et expensis diligentis Christum ac doctissimi principis Constantini baronis, ad ipsius utilitatem, qui lectionem amat sapientiamque adpetit, et in monumentum indelebile conmemorationis eiusdem, genitorum eius et totae stirpis. Obsecro

ergo vos omnes, qui inluminabimini lectione vel transscriptione huius (libri), memores estote in vestris sanctis precibus possidentis librum studiosi pii nobilisque principis baronis Constantini, piique patris eius principum principis et cubicularii Armenorum baronis Hetoum nec non Christum diligentium fratrum baronis Paltin marescalli Armenorum et baronis Vasak domini Ǵanǵi castelli, ut libro fruentes per integritatem vitae virtute instent in hac vita, et in futura digni inveniantur regno Christi cum tota stirpe eorum. Cum istis et vobis conmemorantibus hoc detur a Christo, quem rogatis. Mementote etiam (mei), inutilis librarii Gregorii, magistrorum meorum et genitorum meorum, vos obsecro in Christo. Et vestri memor erit superabundans misericordia Christi Dei nostri qui benedictus est cum Patre et Spiritu sancto nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen ». F. 410^v: Անմարմնոցն ի մարմնի նմանողին 'ի յերկրի ա|րեգականափայլ առաքինութբ և Համբաւատակ նո|րին ամենայն սրբոց բարեխաւսութբ քս անձառ բա|րեացն իւրոց Հաղորդս արասցէ նոցին զբարե|պաշտ և զաստուածասէր իշխանն պա(ր)ո(ն) կոստանդին զստա|ցաւղ գրոյս և զջանասէր Հայրն իւր պ(ա)ր(ոն) Հեթում զամ|բողջայ Հայոց և զամենայն ազգատոհմ իւր զկենդանիս | և զՀանգուցեալս մահակից արասցէ իւրոց բարեացն | նոյն ինքն քս անձն մեր և զբազմամեղ գրիչս գրիգոր | և զծնաւղսն իմ և զուսուցիչսն իմ. և ինքն աւրհնեալ եղիցի | յաւիտեանս։ « Per virtutem, quae solis instar in terra fulget, eius qui in corpore incorporeis similis est, perque intercessionem omnium sanctorum (Deo) similium, Christus abundanter bonorum suorum participes faciat pium Deique amatorem principem baronem Constantinum possessorem libri atque patrem eius diligentem Christum baronem Hetoum cubicularium Armenorum, nec non omnes eorum proximos, vivos et mortuos. Participes quoque faciat bonorum suorum ipse Christus Deus noster (me) multum peccantem librarium Gregorium et parentes meos et magistros meos. Ipse (Christus) benedictus sit in saeculum ». Notae breves, possessionis ut similius vero est, nunc ex toto erasae, exstabant ff. 62. 70. 94. 111. 111^v. 178^v. 349. 379. 410^v. Nota octo linearum littera *notergir* exarata forsitan eadem manu, turpiter abluta est f. 379^v. Codex refectus est a quodam Iohanne, qui tunc diaconus ff. 349 et 410^v nomen suum subscriptioni librarii atramento pallidiore addidit: և զկազմող սորայ զյովաննէս սարկաւագս « et refectorem eius (libri) Iohannem diaconum », refectionis vero tempus modumque exposuit f. 411: Ընդ առաջին և ընդ միջին գրաւղացն և | ստացաւղացն անեղէն տառքս և | որ կատակիւս։ Եւ վերջին և զնուա|ղեալ ծնունդս եկեղեցւոյ։ Զյովհաննէս | վարդ(ապ)ետս անթացի սնեալ և վարժեալ | կիւլիկեցի որ և շնորհաւք ամենակալին սբ Հոգւ|ոյն կարգեալ վերատեսուչս կաթողիկոս այսմ | նա Հանդերձ ամենայն մայրաքաղաքիս որս|ոյ տեսեալ զսբ մատեանս զայս առ մեզ Հն|ացեալ ի յառաջին Հարցն մեր ի սրբոյն ներսէսէ | լամբրոննացւոյ և ընդ նոյն ժամանակս եղե(ա)լ | ամենապայծառ թ(ա)գ(ա)ւ(ո)ր(ա)ցն մեր բագրատունեաց | և խաչիւ զաւրացեալ. իշխանացն մեր մինչ | և ցառ մեզ Հասեալ և մեք տեսեալ զսա ող|բաստորուր անձկութբ. եւրև զՀայր և զեղ|}զ{բայր ի տարաշխարՀի եղեալ աշխարՀացն առ | մեզ Հասեալ և մեք նուաստացեալքս ի յոգ|ունցս եկեղեցւոյ եսու զաղաքարաւ (բ ex փ ut vid.) աւրին|ակել երկու գրչաւ Հոգևոր որդիացելովքս | մերւ Տր խաչատուր եպ(իս)կ(ոպոս)իւ գեթուղցոյ և | որ ղազար քա(Հ)ն(ա)յիւ և ես աւրինակեցայն | տեսաք զսայ որ թուխան ծերացեալ և թո|ւլացեալ էր վասն որոյ ես նուաստ յովհաննէսս | տեսի ձեռամբս և մատամբս առաջնանէ մի|նչև ցվերջն նոր նշայելով (sic) և կոկելով կազմե|ով և կազմելով նորոգեցի զսբ մատեանս Հանդ|երձ աշ(ա)կ(ե)րտ(եա)լ մանկամբքս ի փառս վերնոյն սի|ոնի և ի պարծանս սբ եկեղեցւոյ մն որոյ սոր||(f. 411^v)սատուաթոր աչաւք աղաչեմք զգաղբդ սբ սրբե|տիկնացդ սբ եկեղեցւոյ և զսբ երամբրդ աշ(ա)կ|երտեալ մանկանցն որ ի ընթեռնուլն կամի | վայելէն ի յայսմ ամապարդե սբ ներամ|այս յիշեսջիք և մեղաց թողութի խնդրելով | ողորմի ասասջէք ինձ Հող և մոխիր եղեալ յով|աննիսիս և ին<ձ> ձեռնտու եղեալ աշակերտեալ | մանկանցն այլ և թախանձանաւք պատճառ | եղեալ որդւոցս մեր լի սրտիւ ամ ողորմի աստ|ով յիշեսջիք ի մաքրափայլ աղաւթս ձեր և որ | ամ մեզ ձեզ յիշողացդ և ողորմի տողացդ | ողորմեսցի իւր միածնովն զալստեանն ամ|էն. Հայր մեր որ յերկ(ինս)։ Եղև նորոգումն սբ կտա|կիսի։ ՌՃ։ կէ։ թ(ո)վ(ա)կ(ա)նիս մեր ի մայրաքաղաքն | ի Հալապ ձեռամբ և Հրամանաւ նուաստիս | Յովհաննէս կ(ա)թ(ողի)կ(ո)սի յիշողքդ և ողորմի տողքդ | յիշեալ լինիք և ողորմութի գտջիք ի քէ սյ մեր|ո<յ> որ է ա(ւր)Հնեալ անդրաւ յաւիտենիս ամէն։ « In principio et in medio, librariorum et possessorum scripta sunt divina, sanctaque testamenta. Ultimus et debilis filius ecclesiae, Iohannes doctor Aintabensis (*Antpłsi*), educatione et institutione Ciliciensis, qui gratia omnipotentis Spiri-

spiritus effugiunt certiores fiant praesidii. Post duos et viginti annos, bis scripsit magnus Lucas e verbis Vasis Domini, Tarsensis apostoli. Fusa oratione nobis narravit, lente sicut bos ambulans, a Iosepho incipiens genusque dicens usque Adamum. Tandem, quinquaginta annis post Redemptoris nostri adscensionem sanctam, quartus (evangelium) suum scripsit Iohannes, theologus qui vocatur, in nobili Epheso, ubi et sepulcrum habet, graeca lingua mirabilique exordio. Sublimis abit ut aquila, a Verbo increatae naturae incipiens, filius tonitrus vocatur, et obediens et iustus. Symbola multa hic demonstrant evangelium Domini Iesu, animalia scilicet quattuor diligenter consideranda, nam apud thronum Dei sunt et τετράμορφοι dicuntur et, sicut ille requies Verbi est, isti praedicatores eius. Flumen paradisi e terra scaturiens progreditur, incrementum dat corpori, a fame animae reviviscunt. Signum Dei triumphans (h. e. crux) quadruplex inprimitur, eo salvabuntur animae nostrae, eius dotibus roborabuntur. Figuratur quoque (evangelium) curru, quem vidit Ezechihel per quattuor vias procedentem, in quadruplicem partem ambulantem. Nunc et quattuor terrae regionibus exprimitur scriptura Christi, oriente scilicet occidenteque, septentrione et meridie. Scripturam quoque Christi referunt flumina edenica, Phison et Gihon cum Tigri et perenni Euphrate. Sed et tria nomina Trinitatis singula quattuor litteris scribuntur uno et eodem modo *hayr, orti, hogi,* mysterium divinitatis declarantia. Per vias illas praedicationis processit evangelium, doctores locuti sunt, assidue praedicant verbum Dei. Uni ex istis, sancto praeconi veritatis (domino Iohanni in ras. script.), propugnatori potenti doctorique et theologo, occasio fuit possidendi praesentis libri, quippe qui provocavit in bonitate virum spiritualem nomine (Theodorum in ras. script.), e cuius stirpe eram secundum carnem. Ipse vero (Theodorus), videns valde optabile evangelium hoc laudabile, magno amore desideravit adquisivitque thesaurum hunc perspicuum, propter animam suam omniumque cognatorum quos ex ordine memorabimus. Primum parentes secundum carnem: patrem Pali, matrem Oski (et Tagouhi avam [= matrem magnam] Napat et Mariam et Sakhar Melikh et Nana Sakhar Melikh in mg. script. ut vid. pr. man.); et filium Avetikh studiosum diaconum; et coniugem alteram Łarip Soultan (quae nunc est) in medio domus et defunctam coniugem alteram Gohar Rhipsimen, quae ad Dominum caeli abiit; et nurum Mariam uxorem Avetikh, h. e. nurum Theodori; et avum (= magnum patrem) Theodorum (*Toros*) hoǵa Yovasaf, qui ex hac vita migravit: hoǵa Mahsout fratrem iuniorem; hoǵa Iohannem filium eius adhuc viventem; et filiam (eiusdem) Theodori, Oski uxorem Ldzag; et patris sororem Pałtat, quae mater est doctoris (h. e. Iohannis, ut vid.); nec non fratrem Paulum; item sorores per ordinem: Movat et Saphar Melikh; et patris fratres Gaspar et Melkhon, et defunctum Eliam; et matris sorores Maran, Łiymat et Gohar, et omnes adfines eiusdem (Theodori) sive vivos sive mortuos. Dominus Iesus misereatur (eorum). Gloria Deo Patri substantiali, Filio increato aequali, Spiritui Sancto consubstantiali, nunc et semper et in aeternum. Videns ergo ineffabile eius (evangelii) salutiferum opus, nec non perennem thesaurum, et spirituales divitias, homo diligens Deum lectorque perspicax, baro Theodorus hoc evangelium sublimia praedicans, (quod) lampas est quadruplex fonsque in quattuor rivos divisus, transscribi iussit imaginibusque aureis decorari intra et extra. Occasio fuit haec: evenit ut ego, Menas, vituperabilis inutilisque librarius, oppidum petierim a Deo custoditum et a Domino adservatum Šenkhouš, quod vero nomine Šenkhošay dicitur, apud amatum et misericordem benefactorem meum dominum Iohannem, venerabilem pontificem, theologum et doctorem; qui filium sororis suae hortatus est, i. e. Theodorum, ut a me describerentur evangelia. Ego igitur gratiae misericordiaeque Dei confidens imperavi discipulis meis librariis iucundis Eliae et Eleazaro ut evangelia describerent. Ego vero idipsum floribus ornavi multasque addidi deauratas imagines ad (incarnationis) oeconomiam pertinentes nec non arcanum consensum decem tabularum, quas varia conmendant animalia, versicolores aves et frutices, (colorque) caerulei lapidis. Item (evangeliorum) quattuor initia porticibus insignivi evangelistarumque imaginibus, figuris scilicet vivis, auro multis venis diffuso variisque coloribus, in gloriam et laudem D. N. I. C., cuius gratia et misericordia perfectae sunt sanctae haec christianae litterae in tempore amaro et aspero. Cum enim initium fecerimus sancti

huius evangelii anno 1084 (= A. D. 1634-5) rex Soulṭan Mourat Constantinopoli profectus Persas adgressus est cum multis equitibus in provincia Ayrarat apud oppidum Erivan, quod declinando obsedit atque cepit intra dies IX. Inde Tabriz petiit, ibi vero minime mansit, sed cito conversus ivit in urbem Amidam (*Hamiṭ*) ubi dies XV versatus est. Denique reversus est Constantinopolim, legato relicto. Et sic in Persidem denuo ingressi sunt ut tribus ab annis non cessent proficiscentes nec discedentes, e quibus servet (Deus) fideles nomini suo atque det pacem regibus. Hoc ipso anno, ex (oppido) Šenkhouš advenit dominus Iohannes theologus et doctor in urbem Amidam, sedensque in ecclesia s. Sergii scholam habuit multosque inluminavit divina sua doctrina. Is vero coegit me ut ad se adcederem ibique considentes ornaremus sancta haec evangelia gratia et virtute Dei omnipotentis. Finis transscriptionis evenit in provincia Mesopotamia in metropoli Tigranocerta quae nunc Amida vocatur, sub praesidio ss. Cyriaci et Sergii, elapsis ab Adamo e paradiso expulso annis 6636, ab incarnatione Iesu Christi Dei nostri 1638 (corrigendum in 1637), in kalendario Armeniae magnae 1086, patriarcha in sancto Edšmiadzin domino Philippo, qui in sanctitate optimisque moribus edoctus, cilicio vestitus, plenus gratia theologus, patriarcha est magnus et universalis catholicus, praeside vero huius provinciae domino Basilio pontifice senescente et theologiae doctore, imperatore Turcarum supradicto Soulṭan Mourat rege victore et potenti. Nunc memores estote coram Christo illius qui memoriae dignus est, possidentis sanctum et vivificans testamentum Deumque diligentis, baronis Theodori, nec non parentum eius patris Pali Młtsi et matris Oski, uxoris quoque Łarip Soulṭan et filii Avetikh diaconi, et omnium aliorum proximorum, quos supra memoravimus, vivorum et mortuorum; semper vero et sine intermissione legatur sanctum hoc evangelium in hora tremendi sancti sacrificii, ad aures vivorum et in memoriam dormientium. Sed et precor ordinem lectorum et (vos) qui utemini sancto hoc evangelio, cum transscripseritis, memores estote in puris vestris precibus peccatoris inutilis Menae librarii et filii mei Younan tironis, qui auro ornavit sanctum hoc evangelium et exercuit se mecum in depingendis floribus. Dominus Deus noster vestris sanctis dignisque precibus tribuat gratiam suam! Item parentum meorum senescentium, Stephani presbyteri et Činar; discipulorumque meorum qui sanctum hoc exaraverunt evangelium, nec non omnium aliorum benefactorum meorum vivorum et mortuorum. Maneat igitur sanctum hoc evangelium ut monumentum aeternum in oppido Šenkhouš apud portam s. Praecursoris, ut semper et sine intermissione legatur in hora tremendi sancti sacrificii in remissionem peccatorum et deinde in salutem corporalem a doloribus, temptationibus et casibus domini benevoli Theodori et verecundae uxoris eius Łarip Soulṭan et filii Avetikh diaconi. Nec audeat quis (hoc) abstrahere a porta s. Praecursoris, sed qui bene custodient vel curabunt vel in manibus habebunt vel defatigabuntur (ad transscribendum), bonam retributionem accipient a Christo Domino nostro, pro uno centum et mille recipient nunc et in aeternum. Amen. Nunc vero, vos qui utemini sancto hoc evangelio, (memores estote) inprimis theologi Iohannis doctoris et reverendi patriarchae, qui causa fuit exsecutionis sancti evangelii, nec non ordinis presbyterorum domini Mesropis, domini Theodori, et monasterii coenobitarum, domini Ḫačatour maioris, domini Ḫačatour minoris, domini Kirakos, domini Iohannis, domini Marci, domini Sergii, et aliorum diaconorum, qui fient monachi et presbyteri. Iterum reverendum precor lectorum ordinem, ego pulverem amplexus, ut bona sollicitudine caveant ne sanctum hoc evangelium in ignem vel in aquam incidat, nec tradant in manus ignorantium, qui in marginibus sancti huius evangelii inquinent flores et imagines, sed ipsi id linteo adprehendant magnisque curis custodiant ut retributionem bonam accipiant possessores, opifices et boni custodes, centum vel mille pro uno, a Christo Deo nostro, qui benedictus est in saecula. Amen, millies amen ». F. 213 eadem forsitan manu, sed pallidiore atramento: Հայր անեղէն և ան|քնին տուր զբարիս քո | զերկնային տէր յովհաննէս | վ(ա)րդ(ա)պ(ետ)ին. և Թորոսի ստա|ցողին. և կենակցի իւր Հա|մասունին. զարիպ սուլԹան | տան շինուԹե. զի խորհե|ցան ի միասին. ըստ ա|ցեալն մարգարէին. Թէ | երանի է այն մարդին. որ || ունիցի զաւակ բարին | 'ի սիոն որ է յեկեղեցին. փո|խան առցեն զայն բա|րին. զայն որ աչաց տար|ածնացին. զոր չէ տեսեալ | մարդ հողածին. կամ մի|ալ ճառեալ բանականին: | յաջակողմեան դասն դա|սին. հոգւով ցնծան դրախ|տի միջին.

և վայելեն զան|ճառ բարին. անսպառ | յաւիտենին: ամէն ամէն | և եղիցի: « Pater aeterne et inscrutabilis, da bona tua caelestia domino Iohanni doctori et Theodoro possessori et uxori eius verecundae Łarip Soulṭan, quae domum aedificat, ut consentiant in unum sicut dictum est a propheta: Beatus vir qui uxorem bonam habet in Sion, hoc est in ecclesia. Pro retributione hoc bonum recipient, quod homo non vidit natus e terra, sicut dicit Tarsensis (s. Paulus), nec spiritus intellegens narravit. A dextris, in paradiso, catervatim spiritu exsultabunt perpetuo et fruentur bono ineffabili in aeternitate perenni. Amen, amen et fiat ». Item f. 213: Դարձեալ յիշեցէք զծաղ|կող սբ ու(ե)ս(ա)ր(ա)նիս զանէր | մինաս գրիչն; զի յաւար|տել ու(ե)ս(ա)ր(ա)նիս. բ օր ի | մէջ անց(եա)լ եղեւ զրաւ | կենաց սորա զի ի կոչո|ղէն հրամանն եղեալ ցաւ | մահու պատեալ զան|ձամբն, ճանապարհոր|դեալ եկն եհաս ի ջերմուկ | վ(ա)ս(ն) առողջուԹե մարմնոյն || (f. 213v) այլ նայ ի սպանդ վա|րեր ոչ գիտելով զպա|տգայն. և փուԹայր իջան(եա)լ | ի ջուրն; և ընդդացն յորդ | արիւն հոսէր և ոչ ժու|ժեալ շունով ելանէր ի ջրոյն. և ոչ կարաց ամե|նեւին խօսակցել և ոչ | բան մի. և ոմանց եղ|բարց բարձեալ տա|րան զնա ի շէնն որ կոչ | իւր ջերմուկ. և ուրբա|Թի Թերորդ ժամ(ո)ւն վճա|րեաց զհ(ա)ս(ա)ր(ա)կ(ա)ց զպարտ|ան. փոխեցաւ յաստի | կենացս և եդաւ ի սբ | աբդլմսեհ եկ(ե)ղ(ե)ցին ի | Թվին ռձլզ. օգ(ո)ստ(ո)ս. իե | որք հանդիպիք սծ ողոր|մի տայցէք ամէն | Եւ ես յովհաննէս վ(ա)րդ(ա)պ(ետ) | ինձէն եղեալ ականատ(ե)ս | շարադրեցի զկտակ ստ|րին; և իմ ծնօղացն սծ | ողորմի տայցէք և ձեր || ննջեցելոցն ողոր|մեսցի միւսանգ|ամ գալստեան | իւրոյ ամէն: « Iterum memores estote illius, qui floribus vestivit sanctum hoc evangelium, domini Menae librarii, qui die altera post absolutum evangelium vitam reliquit. Iusserat enim qui vocat (homines ad mortem): malum mortale corripuit eum, in balineum se contulit ad sanandum corpus, sed ad mortem ibat, futurum ignorans; et properavit in aquam descendere, sed, copioso sanguine ex naribus eiecto, nec valuit ex aqua adscendere nec potuit omnino loqui verbum ne unum quidem. Aliquot e fratribus levaverunt eum et tulerunt in aedificium quod hypocauston vocatur. Et sic debitum commune reddidit die parasceves hora nona; e vita praesenti decessit et depositus est in ecclesia s. Abd al-Masiḥ (*Abdlmseh*) anno 1086 (= A. D. 1637) die 25 augusti. Vos qui legitis, dicite ' Deus, miserere '. Amen. Et ego ipse doctor Iohannes oculatus testis fui atque testamentum eius scripsi. Pro parentibus meis etiam dicite ' Deus, miserere '; et (Deus) proximorum vestrorum miserebitur in altero eius adventu. Amen ». F. 213v: Դ(ա)րձ(եա)լ յայտնի | լիցի | ընԹերցասիրացդ | զի ես շնորհազրկ սար|գիս և այլք ոմանք | ընդ իս, վ(ա)ս(ն) պ(ա)կ(ա)սուԹե | մերոյ եկ(ե)ղ(ե)ցւ(ո)յն: Որ | ի մէջ սովու և հարկա|պահանջուԹե գոլ(ո)վ | բերաք զայս բ աւե|տարանքս ի յամիԹ, | և ի սուլԹան մէզպան | ծախեցաք զսոսա. կե ղ(ու)ռ(ու)շ: Եւ գնողք եղեն | սբ սարգսա եկ(ե)ղ(ե)ցւ(ո)յ | երեսփոխան խ(ո)ճ(ա)յ | սարգիսն և այլ տօլ|վաԹ(ո)ւրք վ(ա)ս(ն) եկ(ե)ղ(ե)ցւ(ո)յն իւր(եան)ց, ի Թուին ռճլը: Իսկ յետ ժա ամաց | անցելոց, ի ռճխԹ | Թուին, Թախանձ(եա)լ || (f. 214) և յաղԹեալ ի խղճէ մտաց | մերոց, առեալ ի ձեռս մեր | զգին աւ(ե)տ(ա)ր(ա)նացս դիմե|ցաք կրկին ի յամիԹ: Եւ բ(ա)զ(ու)մ | միջնորդս և բարեխօսս | ձգելով, նպաստուԹբ և | հրամանաւ մայրաք(ա)ղ(ա)քիս | առ(ա)ջնորդին տն խ(ա)-հ(ա)կայ | Աճապան վ(ա)րդ(ա)պ(ետ)ին: առե(ա)լ | զկե ղ(ու)ռ(ու)շն. վերստին շնոր|հեցին մեզ անԹա՛ տօլա|Թաւորքն զերկուսին աւե|տարանքս: Եւ եղաք պայ|ման և եղաք դաշնագիր մը|կայուԹբ առ(ա)ջն(ո)րդին ամԹա՛: առ(ա)ջի երկուց եկ(ե)ղ(ե)ցեաց ք(ա)հ(անա)յից | և տօլաԹ(ա)ւ(ո)ր(ա)ց, որ այլ մի Եւս | ինխեցէ ոք զսբ աւ(ե)տ(ա)ր(ա)նքս | շորԹել կ(ա)մ գրաւ դնել: կ(ա)մ | վաճառել. և կ(ա)մ իւրացու|ցանել և հանել ի դրանէ | շնորհու սբ կ(ա)ր(ապե)տու եկե|ղեցւոյն. ոչ ի մերայնոց և | ոչ յօտարաց: Այլ մնա|ցէ անշինջ յիշատակ և || անկողոպտելի մինչև 'ի յաւի|տեան ի տ(ա)ճ(ա)ր սրբոյ կ(ա)ր(ա)պ(ետ)ին, | որ է ի շնորհու: Եւ Թէ ոք | յանդգնի ի կարգաւ(ո)ր(ա)ց կ(ա)մ | ի ժ(ո)ղ(ո)վրդ(ա)կ(ա)նաց, և կ(ա)մ ի մերայ|նոց, հանել և գրաւել | կ(ա)մ վաճառել զսբ աւ(ե)տ(ա)ր(ա)նքս: զպատիժն կայենի, և զբորոտուԹին գեեզի, և զանի|րաւնեծուԹին յուդայի | և զխաչահանուացն ժա|ռանգեսցէ: Եւ լաւ պա|հօղքն. և խնամ տանօղքն, | զվարձն ի քէ ընկալցին, | ամէն. « Iterum notum sit litterarum studiosis quod ego Sergius Šenkhušensis et alii mecum in ecclesiae nostrae inopia propter famem et exactiones duo haec sancta evangelia Amidam tulimus et Soulṭan cuidam diviti venum dedimus sexaginta quinque libris (*ġuruš*). Emptores fuerunt s. Sergii ecclesiae delegatus *Ḫoǵa* Sergius et alii *tōlvaṭour* pro ecclesia sua anno 1138 (A. D. 1688-9). Elapsis vero annis undecim, anno 1149, conscientiis nostris compuncti et victi, evangeliorum pretium in manibus ferentes Amidam reversi sumus et multis intervenien-

tibus intercedentibusque, iuvante et iubente praeside metropolis domino Isaac theologo doctore; accipientes libras sexaginta quinque isti *tölvaṭour* reddiderunt nobis Amidae duo haec evangelia. Condiciones constituimus et pacti sumus coram praeside Amidae, duarum ecclesiarum presbyteris et *tölvaṭour*, ne quis audeat haec sancta evangelia subripere vel obpignerare vel venum dare vel sibi vindicare et tollere de porta Šenkhouš et s. Praecursoris ecclesia, nec inter nos nec apud advenas; sed manebit ut indelebile monumentum et inviolabile usque in aeternum apud templum s. Praecursoris, quod est in oppido Šenkhouš. Si quis, ausus fuerit sive clericus sive laicus, etiam inter nos, subripere et obpignerare, vel venum dare haec sancta evangelia, poenam Caïn, lepram Giezi, proditionem Iudae et crucifigentium hereditatem obtineat. Sed qui bene custodient et curam habebunt mercedem accipient a Christo ». In schedula chartacea initio codicis recens adglutinata: *D. I quattro Evangelisti completi. E scritto in Amida | (diarbekir) da celebri Artisti e Scrittori, come noto | nella Memoria, recando altre notizie accadute al | tempo della scissione come per esempio la venuta | del Sultano Muratte a Diarbekir etc cet* (sic) | *Questo codice è pregiato per le sue lettere nitidissime, | scritto in pergamena, porta analoghe immagini à fatti | del Signore, ed è una vera niniaturo* (sic) *Il valore è di 200 | franchi.* Ff. I. 1ᵛ. 2. 214ᵛ vacua.

Integumentum ex tabellis ligneis pannoque caerulei coloris. Paginae internae operculi anterioris adglutinata est schedula chartacea: *6 | Quattuor Evangelia.*

86. Saec. XVIII vel XIX in., chart., mm. 146 × 100, ff. 122, coll. 2.

Glossarium armeno-italicum in quo tamen verba italica charactere armeno scripta sunt. Inc.: Ած դիօյ « Dio » Աբբայ ապաթէ « abate » Աբեղայ ֆռատէ « frate »; des.: օրինաւոր · լէճիթիմօ « legitimo » օրհնիչ · պէնէ-դիչէնթէ « benedicente ». Ff. 20ᵛ-22ᵛ prima verba continent litteris latinis: *Appa Abatte* (sic) ... *Asdercan Astracan.*

Codex exaratus litteris *notergir* non uno ductu. F. 83ᵛ իօ ուօլլիօ իմփարարէ լա լէնկուա Առ|մէնա ինճիօ « Io voglio imparare la lingua Armena in gio... ». F. 14 et 120ᵛ nota possessoris: *Don Giorgio di Pietro Crmisi Cuiumgiian | Armeno Anciran*o et figura quadrata in quattuor partes divisa cum litteris պ․ գ․ դ․ մ․ F. 122ᵛ *Chi fù colui che nacque inna|nzi il Padre | La terza parte degl'uomeni | unisce | E ritornò di poi nel grembo | della madre.* Ff. 35ᵛ. 36ʳ. 39ᵛ. 45ᵛ probationes calami. Ff. 15. 16. 23. 28-31. 42-44ʳ. 46. 47. 56-59ʳ. 63ᵛ. 71. 74ᵛ-75ᵛ. 98ᵛ-99ᵛ. 121. 122ᵛ vacua.

Integumentum membranaceum exhibet in schedulis ex corio rubro tesseras gentilicias Pii PP. X et Alfonsi Capecelatro card. bybliothecarii. Vetus tegumentum ex charta spissata in principio codicis conservatum exhibet titulum: *Calepino* (ex *Calebino*) | *In* | *Armeno* | *et* (ex *ed*) | *Inttaliano* (sic) et բառգիրք իտալական | և հայկական | բառից « Glossarium italicorum et armenorum verborum ».

87 (olim 4). Saec. XVIII, chart., mm. 137 × 89, ff. I. 67.

Defensio rituum Latinorum adversus Armenos monophysitas.

1 (f. 1) De communione sub una specie, praemisso titulo Պա-տ(ա)սխ(ա)նագրու(թ)ի(ւն).ք բանից ոմանց, թէ մ՟ն էր լաթինացիք զմարմինն ք՟ի առ(ա)նց տեսակի արեան տան ժ(ո)ղովրդեանն « Responsa ad verba quorumdam (dicentium): qua re Latini corpus Christi sine specie sanguinis dant populo? ». Inc.: Որոց պ(ա)տ(ա)սխ(ա)նեմ նախ այսու, թէ նաև

դուք զմարմին ք՟ի առանց տեսակի արեան տայք ժողովրդեան, նաև հիւանդաց ... « Quibus primum respondeo ita: vos etiam corpus Christi sine sanguinis specie populo datis, i. e. infirmis ... »; des. (f. 20ᵛ): ... մեղաց ։ յորոց զերծուսցէ և փրկեսցէ ինքն տ՟ր մեր յ՟ս ք՟ս զամենեսեանն, որք ընթեռնուն և որք օրինակեն առ 'ի յընթեռնուլ զտետրակս զայս ։ ամէն · վերջ ։ վերջ ։ « ... peccata a quibus liberabit et salvabit ipse Dominus noster Iesus Christus omnes, qui legunt vel ad legendum transscribunt hunc fasciculum. Amen. Finis . Finis ».

2 (f. 21) De celebratione nativitatis D. N. I. C. die 25 decembris, praemisso titulo Ջատագովութի ուղիղ աւանդու(թ)ե ս՟բ եկ(ե)ղ(ե)ցւոյն հռոմէականի ։ Յաղագս տօնելոյն նորա զս՟բ տօն ծննդեան տ՟ն մերոյ յ՟ի ք՟ի 'ի դեկտեմբերի 25 ։ Արարեալ յուսումնէ բանասիրէ ը(նդ)դէմ հակառակողի այնմ ։ « Apologia rectae traditionis sanctae Romanae ecclesiae, de celebratione sancti festi nativitatis D. N. I. C. die 25 decembris, a quodam φιλολόγῳ confecta contra adversarium ». Inc.: Քանզի ոմն 'ի վ(ա)րդ(ա)պ(ետա)ց հայոց իմաստուն համարեալ յաչս ոմանց, ջանայ ցուցանել, թէ 'ի վեցն յունվարի եղեալ է ծնունդ տ՟ն մերոյ յ՟ի ք՟ի ... « Quia unus e doctoribus Armenis, qui coram quibusdam ut doctus reputatur, nisus est docere nativitatem D. N. I. C. die 6 ianuarii fuisse ... »; des. (f. 32): ... թէ մարդ նաև ընդ թշնամւոյն պարտ է սիրով և յարգու(թ)ք խօսել, զի այս գործ իմաստնոյ է, և թշնամանելն անմտին · և այսչափս զոր գրեցի բաւ է իմաստնոց վերջ ։ « ...quia homini etiam adversario oportet loqui cum amore et reverentia, et hoc est opus sapientis, dum contumeliam dicere stulti est, ita quod scripsi sapientibus subficit. Finis ».

3 (f. 32) De conputo paschali capitula duo, praemisso titulo Համառօտ բացայ(այ)տու՟ի զատկաց · Աւագ լրմանց, ուղղու(թ)ե(ան)ց և խանգարմանց նոցին ։ « Brevis expositio de paschate, de magnis periodis, de iustificationibus et perturbationibus eorum ». Inc.: Նախքան զամ՟ առ 'ի պարզաբանել զպ(ա)տճառս և զյառաջարկու(թ)ի(ւ)ն զատկի, և աւագ լրման նորին ... « Priusquam omnia explicentur de causa et problemate paschatis et de eius magno cyclo ... »; des. (f. 49); Եւ այսչափս բաւ լիցի · յաղագս վերանորոգման նոր(ո)յ տօմարին հռոմայեցւոց ։ վերջ ։ « ... et sic satis sit de reformatione novi kalendarii Romanorum. Finis ». Sequitur (f. 49ᵛ) index sectionum eiusdem dissertationis de conputo paschali.

Codex currenti calamo exaratus littera *notergir,* octo fasciculos chartarum scriptarum continet quorum tres primi litteris armenis et latinis ա՟-գ՟ a-c, quattuor sequentes a-d signati sunt in mg. imo primae et ultimae paginae. Primus quintus septimus quaterniones sunt, secundus

tertius quartus sextus terniones, ultimus binio nulla nota distinctus. F. I antiqua nota *N°. 4* et *Apologia della Com*(m)*u|nione sotto una spe|cie scritta contro gli | Armeni.* F. 50ᵛ nomen possessoris *D. Giorgio di Pietro Chr|misi Guiumgijan Arme|no Anciriano:* Ff. Iᵛ. 51-67 vac.

Integumentum e corio nigro sine ornamentis.

88 Anno 1476-7 (Arm. 926, cf. f. 105), chart., mm. 69×166, ff. 107, linn. 21.

1 (f. 3) Kalendarium seu *Տօնացոյց* inc.: *Ի՛Ծ յայտնութեան ճրագալուցին գիշերն առաջի կանոնագլխին։ փառ(ք)ն բձ. Հաւատամ(ք). Եւ զգեցուցանեն զփիլոնփայք* ... « Theophaniae nox prima. Canonis conclusio. Gloria toni secundi. Credo. Et induuntur presbyteri... »; des. (f. 48): *Կիր(ակէ)։ Թէ ի պա(հ)ք հանդիպի. դու. հ(արց) դձ ասա. միածին որդի աստուծոյ* « Dominica. Si in ieiunio obcurrerit, dic (canticum) patrum (= Dan. 3, 29-34) quarto tono. Unigenitus filius Dei ».

2 (f. 48ᵛ) Responsoria seu *մեսեդիք,* quae ad vespertinam horam dicuntur nativitatis D. N. I. C., Resurrectionis, martyrum, paenitentiae, feriae quintae in cena Domini, ⟨magnae Parasceves⟩, ecclesiarum, adventus Domini, in brev. Ven. p. 213-217.

3 (f. 50) Lectiones utriusque testamenti divino in officio dicendae. [1] Evangeliorum lectiones *μυροφόρων*, de aegrotorum sanatione, de mortuis Matth. 28, 1-28; 8, 5-17; 11, 25-30; Marc. 15, 42-16, 8; 7, 31-37; 13, 32-37; Luc. 23, 50-24, 12; 5, 12-16; 21, 34-38; Ioh. 19, 38-20, 18; 5, 1-18; 5, 24-30. [2] (f. 54ᵛ) In festis Zachariae prophetae et aliorum prophetarum Zach. 8, 3. 7. 8; I Cor. 12, 28-31 *որ լաւն են*; Matth. 23, 34-39. [3] (f. 66) In festis s. Thaddei apostoli et aliorum apostolorum, Sap. (in cod. Prov.) 1, 1-7 *զտիեզերս*; Luc. 9, 1-6, lectione epistulae omissa. [4] (f. 67ᵛ) In festo Isaaci Parthici patriarchae, Is. 61, 3 *եւ կոչեսցին նոքա* - 7; Heb. 13, 17-21; Ioh. 10, 11-16. [5] (f. 69ᵛ) titulo in f. 69 praemisso, in festis s. Antonii eremitae et aliorum eremitarum, Is. 19, 18-21; Heb. 11, 32-40; Matth. 10, 37-40. [6] (f. 71) In festis Theodosii imperatoris et aliorum regum, Sap. (in cod. Prov.) 6, 2-10; I Tim. 2, 1-7; Luc. 7. 1-10. [7] (f. 74) In festis s. Sergii et filii eius martyrum et omnium martyrum militum, Is. 41, 1-3 *ոտից իւրոց*; Eph. 6, 10-17; Luc. 21, 10-19. [8] (f. 76) In festis s. Cypriani episcopi et Iustinae virginis nec non aliorum episcoporum: Is. 46, 12-13; Gal. 3, 13-14; Luc. 15, 2-7. [9] (f. 77) In festis s. Hadriani et uxoris eius aliorumque martyrum: Lam. 3, 22-26; Rom. 8, 18-21; Ioh. 16, 1-3. [10] (f. 78) In festis sanctarum Rhipsimitarum et aliarum virginum: Prov. 31, 29-31; Is. 61, 10. 11; 62, 3; Rom. 15, 30-33; Matth. 10, 26 *զի ոչ ինչ* - 32. [11] (f. 80) In diebus ieiunii: Rom. 8, 28-34; Matth. 13, 16-23 *և է որ երեսուն.* [12] (f. 81ᵛ) In diebus dominicis: Is. 2, 2. 3; II Thes. 2, 12. 13; Matth. 13, 24-30. [13] (f. 83) In festo ecclesiae: Prov. 9, 1-6 *զհանճար*; Zach. (in cod. Is.) 3, 7-10; Heb. 9, 1-5 *ի վերայ քաւութեան*; Ioh. 10, 22-28. [14] (f. 85) In

festo adscensionis D. N. I. C., mane et in missa: Act. 1, 1-14; Luc. 24, 41-53. [15] (f. 88) In die Pentecostes: Act. 2, 1-21; Ioh. 14, 15-24. [16] (f. 91) In festo Transfigurationis: Eccle. (in cod. Prov.) 11, 9-12, 1 *յաւուր(ս) մանկութե(ան) քո(յ)*; Is. 33, 20-22; II Pet. 1, 14-19 *մարգարէականս*; Luc. 9, 27-35 + ⟨Marc.⟩ 9, 7-12 sine intermissione. [17] (f. 94) In festo dormitionis B. M. V.: Is. 7, 10-15; Gal. 3, 29-4, 7; Luc. 1, 26-38. [18] (f. 97) In festis sanctae crucis: Sap. (in cod. Prov.) 14, 1-7; Gal. (in cod. Heb.) 6, 14-18; Matth. 24, 27-35.

4 (f. 99) Preces in principio missae seu *ժամամուտք,* cf. Ioseph Catergian et I. Dashian, *Sacrae Armenae ecclesiae liturgia,* p. 638-649, titulo praeeunte *կարգ ժամամտերուն.* Adsunt preces in diebus abstinentiae, in festis martyrum, in festis eremitarum, in diebus dominicis, in festo s. Stephani (prior tantum), in die nativitatis Domini (prima falso nativitatis Dei genetricis inscripta), in honorem Simeonis senis, in festis sanctorum regum, in festo s. Theodori militis, in festo XL martyrum, in honorem Lazari resuscitati, pro festo ingressus (Domini Hierusalem), in festo resurrectionis tres, in die adscensionis, in adventu Spiritus Sancti, in festis sanctarum Rhipsimitarum, s. Iohannis baptistae, prophetarum, apostolorum, patriarcharum, ecclesiae, Vartanianorum, transfigurationis D. N. I. C., s. crucis.

Folia I, cuius vix particula exstat, 1. 106 et 107, ad custodiam addita, unius eiusdemque folii e codice membranaceo mm. plus quam 360×280, columnis duabus linearum 22-24, litteris uncialibus, circa saeculum XI vel XII exarato avolsi partem ne dimidiam quidem efficiunt eamque exteriorem, in qua columellae secunda et tertia continebantur. Supersunt (ff. 1ᵛ + 106) Ioh. 4, 38 *[սեր-մանե]ցէք* - 39 *[հ]աւատացին* et (ff. 1 + 106ᵛ) 4, 41 *հաւատացին* - 42 *լուաք ի [դմանէ].*

Codex nitide exaratus charactere *bolorgir* lineis transversis. Notae singulorum fasciculorum armenae summo primo folio et imo folio extremo adpictae plerumque in chartarum suturis abduntur. Facile tantum leguntur *ա* (f. 13ᵛ), *բ* (f. 14 et 24ᵛ), *դ* (f. 25), *է* (f. 84ᵛ). Tituli et initiales litterae minio scripta. F. 1 manu haud lepida: *սբ կոյս ածածինն որ յԵ(րուսաղ)էմ նստէ(ի)ր ի սբ վերնայ(ին)|տուն առաքելովքն | հանդերձ որ էին ի նեղ|ութիւ չար լերկուացն հրէ|ից ե(ր)կին առ (զ)նա յայլ աշակ|երտսն և առեալ սբ կոյսն | նարաւտ գունով և անուն.* « Sancta Virgo Dei Genetrix, quae Hierosolymis in sancto cenaculo una cum apostolis habitabas, qui maligno populo Iudaeorum vexati sunt, in caelis accipe illum cum aliis discipulis cumque iam rapta sancta virgine Narod versicolori vultu et nomine ». F. 1ᵛ eadem manu: *գիր ք(ն)|նոյ. մաքսիմիանոս. մարտինիանոս|ոս. ամղուխանոս. գիոնեսիոս. կոս|տանդիանոս. ոհաննես. եւ ննջեցի | և ի քուն եղէ զարդեայ* (pro *զարթեայ*) *և որ ուզնակ|ան իմ է։ պահապան ամ(ենայն)ի ալ քո հով|անի լիցի ի վ(ե)ր(ա)յ իմ. ի տուէ և գիշեր(ի) նստել| ի տան ի գնալ ի ճանապար(հ) ի ննջել| և ի յառնել զի մի յերբէք սասանեցայց։ | բարեխաւսութ(եամ)բ սբ ածածնին սբ մա|նկանցս եփեսոսի պահոյ։ զծառայս քո ամէն չարաչարն խաւարի...* « Liber somni: Maximianos, Martinianos,[1] Amluianos,[2]

[1] *Μαρτῖνος,* in cod. Vat. graec. 1673: *Μάρτιμος.* Cf. Michahelem Huber, *Beitrag zur Siebenschläferlegende des Mittelalters,* part. II, p. 1.

[2] *Ἰάμβλιχος.*

Dionysos, Constantianos,[1] Iohannes. Ego dormivi et somnum cepi; evigilavi et Dominus mihi adiutor. Custos universi, dexterae tuae umbra sit super me. Die ac nocte, sedens in domo vel ambulans in via, quiescens vel agens, numquam contremiscam; intercessione sanctae Dei Genetricis sanctorumque puerorum Ephesinorum custoditus sum. Servos Dei omnes malignus umbra contegit... » Eodem folio, alia manu littera *notergir:* Գէորգէն գրեցաւ գիրս այս մի | չարքս տեսողք (= suprascr. pr. manu) ասացէք զողո|րմին որ և .քս ի ձեզ ողորմես|ցի. Ամէն. « A Georgio scripta est huius libri linea una. Vos qui legitis ' Miserere ' dicite et Christus miserebitur vestri. Amen ». F. 2 Invocatio ad B. M. V. partim abluta. F. 2v: Ած ողորմի Խտրին հոգ(ւ)ոյն | Ած ողորմի մարգրտին հոգ(ւ)ոյն | Եւ իւրեանց որդ(ւ)ոյն տր կիր(ա)կ(ո)սին | է յիշ(ա)տ(ա)կ ասցայ. Ած ողորմի ասէք | Ամէն. | Տր կիր(ա)կ(ո)սն աւրհնեցօ ըստամպօլ | ի դուռն սբ ածածնին ի Ռ. Լ. | մարտ ե (ե infrascr.) օրն կիրակի « Deus, miserere animae Ḥidr, Deus, miserere animae Margaritae et filii eorum domini Cyriaci. Conmemoratio est eorum, dicite: ' Deus, miserere '. Amen. Dominus Cyriacus Constantinopoli (*Stambūl*) consecratus est ad portam sanctae Dei genetricis anno 1030 (A. D. 1581) die quinta mensis martii dominica ». Prima huius notulae verba bis exarata sunt manu diversa in principio paginae, alia vero manus in inferiore parte paginae haec scripsit de tono cantando uno quoque die: Ձայնագիտութն այս|պէս արայ կալ ի զատկէն | մինչև ուր ես և երթ. խ. խ. զոր մնա երթ. ը. ը. թէ. | ա. մնա. ած է. թէ. բ. մնա. | ակ է. թէ. գ. մնա. բձ է. | և այնպէս գնա. և գիս | յիշեա: « Tonorum cognitio haec est: sume quod est a Paschate usque ad diem praesentem et divide in quadraginta partes, quem superest numerum in octo partes divide, si superfuerit unus, tonus primus est, si duo, primus obliquus, si tres, secundus, et sic deinceps. Memento mei ». F. 105 librarii subscriptio: Զմեղաւոր յոհաննէս գրիչն առ տր յիշ(եցէք) | ի թվին. ՋԻԶ. գրեցաւ: « Peccatoris librarii Iohannis mementote in Domino. Descriptus est (liber) anno 926 (A. D. 1476-7) ». F. 105v sq. invocatio eiusdem manus ac f. 2. F. 106v scriptura partim deleta... (7 linn.) մարիամ ածածին | բարձրելոյն զաւրու|թեբն հովանաւորեալ | և սբ հոգ(ւ)ոյն եկաւ|որութեբն լուսաւոր|եալ որ զամ դայութե | ըզստեղծիչն յղաց|եալ ծըն(ե)այ անճառ|ապէս մարմնացեալն | առ ի քսէ (?) այ բարե|խ(ա)ւ|սեայ փրկել քան ծնն(յ) | մեր: տր թաւթալին | տր դաւթին տր կիր|ակոսին է յիշատակ | ասցայ ած ողորմիա (*sic*) մեզ. « ... Maria Dei genetrix, quae, Altissimi virtute obumbrata et Spiritus sancti adventu inluminata, rerum omnium creatorem concepit et genuit, apud Christum Deum ineffabiliter incarnatum pro salute nostra intercessit ante nativitatem nostram. Conmemoratio est domini Ṭauṭal, domini David, domini Cyriaci (cf. notulam f. 2v). Deus, nostri miserere ». F. 107 probationes calami. Codicem S. Congregationi de Propaganda Fide donavit Ioseph Ferahian episcopus Armenus Amidensis, ut docet epistula an. 1890 de qua vide sis in descriptione cod. Borg. Arm. 84 ad calcem.

Integumentum ex simplici corio fusco. Dorsum libri, qui suspendendus erat, in gibbam prominet.

[1] Ἐξακουστωδιανός.

CODICES VATICANI ARMENI

1 (olim 17). Anno 1625 (= Arm. 1074, cf. f. 580), chart., mm. 254×183, ff. 581, linn. 49.

Sacra byblia, cum praefationibus et capitulis ut in editione Zohrabiana an. 1805, paucis, quae infra notantur, exceptis.

1 (f. 2) Genesis, omissis praefatione et capitulis. 2 (f. 22v) Exodus. 3 (f. 42) Leviticus. 4 (f. 55) Numeri. 5 (f. 72) Deuteronomium. 6 (f. 87v) Iosue. 7 (f. 99v) Iudicum. 8 (f. 111) Ruth. 9 (f. 113) I Regnorum, praemissa (f. 112v) prima praefatione Յառաջաբանք նախակարգեալ թագաւորութեանցս: վասն ի յերկուս գիրս առ ի հեբրայեցւոց... « Prolegomena praeposita (libris) Regnorum. De duobus libris apud Hebraeos, ... », ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 55, f. 132. 10 (f. 128v) II Regnorum. 11 (f. 140v) III Regnorum. 12 (f. 153v) IV Regnorum. 13 (f. 166) I Paralipomenon. 14 (f. 177) II Paralipomenon. 15 (f. 191) I Esdrae. 16 (f. 198) II Esdrae. 17 (f. 202) III Esdrae, ut in ed. Zohrabianae adpendice, p. 13. 18 (f. 212) Nehemias. 19 (f. 218) Esther. 20 (f. 223) Iudith. 21 (f. 229v) Tobias. 22 (f. 234) I Macchabaeorum. 23 (f. 250) II Macchabaeorum. 24 (f. 263) III Macchabaeorum. 25 (f. 268v) Testamenta XII patriarcharum, praevio titulo Գիրք Մնացորդաց խօսք ռուբենի կտակ առաջնոյն: « Liber Paralipomenon. Verba Ruben. Testamentum primum », cf. Անկանոն գիրք հին կտակարանաց, Venetiis, 1896, p. 27-151. 26 (f. 283) Historia Aseneth, ibid., p. 152-186, cum laudibus Aseneth ad Deum (f. 288v), ibid., p. 187-198. 27 (f. 291) Typi et antitypi veteris et novi testamenti, nullo titulo, inc.: Երկինք Եկեղեցի: Արեգակն Քս և աւետարան: « Caeli: Ecclesia. Sol: Christus et evangelium »; des. post typos II Mac., այլ ուստ(էք): Պտողոմէոս գրասէր Միտ գիր ընթերց(ա)մխ(իթարեալ): Իւթանասուն և երկու թարգմանքն. Ճարտան վարդապետք: « Alibi: Ptolemaeus Scripturarum amator: Animus lectione Scripturarum consolatus. Interpretes LXXII: theologi doctores ». 28 (f. 293) ultima verba testamenti Beniamin, ut in f. 283, unde patet librarium primum historiam Aseneth elenchumque typorum omisisse. 29 (f. 293) Iob, addito post praefationem scholio **Iuliani** ⟨**Halicarnassensis**⟩ episcopi, quod a Petro Ferhat editum repperitur e duobus codd. Mechitaristarum Vindobonensium 55 et 71 in commentatione cui titulus *Der Jobprolog des Julianos von Halikarnassos in einer armenischer Bearbeitung*, in ephemeride *Oriens Christianus*,

nova ser., I (1911), p. 26-31. **30** (f. 304^{v}) Psalmi, omissis capitulis in principio libri. **31** (f. 332) Proverbia Salomonis. **32** (f. 343) Ecclesiastes. **33** (f. 347^{v}) Cantica canticorum. **34** (f. 350) Sapientia Salomonis. **35** (f. 357) Ecclesiasticus, praemisso titulo **Գիրք Սիրաքայ որ կոչեցօ Յեսու** « Liber Sirach, qui dicitur Iesu », ut in adpendice ed. Zohrabianae, p. 1-12 (i. e. 1, 1-43, 36). **36** (f. 364^{v}) Isaias. **37** (f. 385^{v}) Prophetae minores, sub unica praefatione, ut in ed. p. 526, sed capitulis uni cuique prophetae praemissis, [1] (f. 386) Osee, [2] (f. 389^{v}) Amos, [3] (f. 392) Micheas, [4] (f. 394) Iohel, [5] (f. 395) Abdias, [6] (f. 395^{v}) Ionas, [7] (f. 396) Nahum, [8] (f. 397) Habacuc, [9] (f. 398) Sophonias, [10] (f. 399) Haggeus, [11] (f. 400) Zacharias, [12] (f. 403^{v}) Malachias. **38** (f. 404^{v}) Hieremias. **39** (f. 429^{v}) Baruch. **40** (f. 430^{v}) Threni. **41** (f. 432^{v}) Danihel. **42** (f. 440^{v}) Ezechihel. **43** (f. 465) Evangelium secundum Mattheum sine praefatione et capitulis, quae desunt et in aliis evangeliis. **44** (f. 480) Evangelium sec. Marcum. **45** (f. 489) Evangelium sec. Lucam. **46** (f. 503) Evangelium sec. Iohannem. **47** (f. 516) Actus Apostolorum, cum praefatione breviore tantum et capitulis ed. p. 724, nec non tabula lectionum XVI quae in ed. Zohrabiana desideratur. **48** (f. 532^{v}) Epistulae catholicae, quarum seriem antecedit praefatio generalis, dum uni cuique sola capitula praemittuntur, praefatiunculis propriis ex toto omissis, [1] Iacobi, [2] (f. 534) I Petri, [3] (f. 535^{v}) II Petri, [4] (f. 537) I Iohannis, [5] (f. 538^{v}) II Iohannis, [6] III Iohannis, [7] (f. 539) Iudae. **49** (f. 539^{v}) Oratio Euthalii, ut in adpendice ed. Zohrabianae, p. 29. **50** (f. 539^{v}) Apocalypsis Iohannis, sine praefatione, capitulis, titulo, vv. 1-3 cap. 1 solummodo minio scriptis; subiungitur (f. 546) testimonium **Eusebii Caesareensis** de visione Iohannis quod Hist. eccl. III, 18 non respondit inc.: *Իսկ զինչ պատմեսցուք մի յովհաննու այնոր անկաւ զլանջաւքն յի...* « Dicamus igitur aliquid de Iohanne, qui supra pectus Iesu recubuit... ». **51** (f. 547) Epistulae s. Pauli sine praefationibus, capitulis tantum uni cuique, excepta epistula ad Romanos, praemissis, [1] ad Romanos, [2] (f. 552^{v}) ad Corinthios I, [3] (f. 558) ad Corinthios II, [4] (f. 561^{v}) ad Galatas, [5] (f. 563^{v}) ad Ephesios, [6] (f. 565^{v}) ad Philippenses, [7] (f. 567) ad Colossenses, [8] (f. 568) ad Thessalonicenses I, [9] (f. 569^{v}) ad Thessalonicenses II, [10] (f. 570) ad Hebraeos, [11] (f. 572^{v}) ad Timotheum I, [12] (f. 574^{v}) ad Timotheum II, in qua perperam (ff. 574^{v}, col. 2, l. 5-576^{v}, col. 2, l. 28) inter verba cap. 1, v. 9 *շնորհաց* et *որ տուաւ* Heb. 8, 13, - 12, 23 loco suo omissa inclusit librarius, propter foliorum seu fasciculorum in exemplari perturbationem, [13] (f. 577^{v}) ad Titum, [14] (f. 578^{v}) ad Philemonem, quam sequitur notula de transscriptione ex codice Pamphili, ut in catalogo codd. Mechitt. Vindobb., part. arm., p. 258 sq.: **Գրեցի և կարգեցի ... ազնիւ աւրինակ քո փոխանակ առից**: « Scripsi et constitui ... excellens exemplar tuum conmutando accipiam ». 52 (f. 579) Navigatio Pauli, apud Kherowb Črakhean, **Անկանոն գիրք առաքելական**, in **Թանգարան հայկական հին եւ նոր դպրութեանց**, t. III, Venetiis, 1904, p. 123. **53** ⟨Dormitio Iohannis⟩ ut in ed. Zohrabianae adpendice, p. 27-29 vel melius

apud Iosephum Catergian, *Ecclesiae Ephesinae de obitu Ioannis apostoli narratio ex versione armeniaca saeculi V nunc primum latine prodita*... **Հանգիստ երանելւոյն Յովհաննու...** Vindobonae (in ed. Viennae), 1877, pp. 33-51, ubi lectiones nostri codicis distinguuntur litteris **Վ Տ**. Des. ... *ի ձեռն տն* « ... in manibus Domini ».

Codicem descripsit Iohannes Miskhǵean in ephemeride **Հանդէս ամսօրեայ**, t. 6 (1892), p. 212-214.

Codex eleganter exaratus binis columnis littera *bolorgir* sat minuta fasciculis constat novem et quadraginta, qui sunt fere omnes seniones. Fasciculus primus nunc 9 ff. habet, tribus primis deperditis, quae pura erant vel praefationem et capitula geneseos continebant; tertius 11 ff. est, decimo absciso sine textus damno; vicensimus quartus 22 ff. continet, foliis decem inter paenultimum et ultimum a librario insertis ad historiam Aseneth elenchumque typorum V. T. recipienda; vicensimus septimus 14 ff. habet, quadragesimus 4, ultimus 6. Notae, atramento a librario scriptae in margine imo primae et ultimae paginae unius cuiusque fasciculi, servatae sunt usque ad f. 306 (իզ), prima tantum primi fasciculi deperdita. Deinde repperiuntur aliae fasciculorum notae, quas, etiam a librario adpositas, magna ex parte culter glutinatoris recidit, scilicet, minio scriptae, ff. 344. 355^{v} բ, f. 403 զ, ff. 428. 439^{v} թ, f. 440 ժ, atramento autem f. 476^{v} ա et f. 477 բ; unde patet ss. byblia in tres tomos primitus divisa fuisse, quorum primus viginti septem fasciculos continuerat usque ad finem psalmorum, secundus undecim pro reliquis V. T. libris, tertius item undecim pro N. T. Manus altera, ante recentiorem conpaginationem, primam notarum seriem produxit littera *notergir* minutiore; vestigia aut notae dignoscuntur ff. 428. 439^{v} լզ, f. 440 լէ, f. 464 լթ, f. 511^{v} խբ, ff. 512. 515^{v} խգ, ff. 540. 551^{v} խզ, ff. 552. 563^{v} խէ, ff. 564. 575^{v} խը, ff. 576. խթ. Tituli, litterae maiores, primae librorum vel sectionum lineae minio scripta sunt, nec non litterae maximae et ornamenta, quae in marginibus externis vel intra columnas initia librorum vel sectionum demonstrant. Quandoque vero variis pigmentis et auro conmendantur litterae maximae, vel solae (ff. 366. 539^{v}), vel cum ornamentis (ff. 89. 115. 518. 547), praesertim cum illis quae in forma portarum plus quam mediam paginam inplent in principio Geneseos (f. 2), Psalmorum (f. 307), evangelii sec. Mattheum (f. 465). Imagines non nullas habes, item auro et variis coloribus distinctas, in margine externo ff. 366 Isaiae, 465^{v} B. M. V., 466 s. Ioannis Baptistae, 514 Ioseph ab Arimathaea, 539 s. Iohannis evangelistae, et, non plene depictas, ff. 502 Ioseph ab Arimathaea, 509 Lazari resurrectionis. Aliae imagines totam paginam inplent ff. 1^{v} creationis et historiae Adam cum Heva, 89^{v} Iosue, 114^{v} Heli cum matre Samuhelis, 306^{v} David regis, 464^{v} evangelistarum quattuor, 517^{v} s. Lucae Actus Apostolorum scribentis, 546^{v} s. Pauli. Nomen pictoris legitur in formula precationis quam ipse descripsit ff. 1^{v}. 306^{v}. 464^{v} litteris *notergir* minutissimis *գծող սորին յ(ո)վ(հաննէ)ս վ(ար)դ(ապետ)ին յիշեցէք ի տր* « Ioannis doctoris, qui hoc scripsit, mementote apud Dominum ». F. 1 notae codicis *17* cancell. et *N° 1*. F. 463^{v} subscriptio librarii erasa: *Աւարտեցաւ հին կտակարան 'ի ձեռն | թերավարժ և յոգնամեղ[...* (7-9 litt. non leguntur) *գր]չի* | [... 6-7 litt. cancell. et eras.]. *աղաչեմ զ[քեզ] մի[ով տր ողոր]մեա | ես մի յիշել. ևած ...յիշ[եսցէ] ի[ք]եզ ամէն:* « Absolutum est vetus testamentum manu inperiti et valde peccatoris ... librarii ... Rogo vos ut uno ' Domine miserere ' mei recordemini et Deus vestri memor erit. Amen ». F. 580 librarii subscriptio: *փառք քեզ քս որ ազատեցիր զիս 'ի բազում | գրոցս: Ահա՛ ազատեցար շլացած աչքո|ւնք, կոտրած ծնկեկունք. կկացած մ... | կրճացած ոտկունք:* « Gloria tibi, Christe, qui me liberasti a multis libris. Ecce nunc liberatus es, (o homo) oculis caecis, ... (?) fractis, maxilla muta, pedibus torpentibus ». Deinde: *փառք անսկզբան. սկզբնաւորաց սկզբան: | փառք անվախճանին, վախճանաւորաց վ(ա)խճ(ա)նի: | փառք անմահին, մահկանացուաց անմահ(ո)ւ(թ)ե: Այժմ և միշտ և յ(ա)ւ(ի)տ(եա)նս յ(ա)ւ(ի)տ(են)ից ամէն: | Ամ գոյիցս. որք միանգամ 'ի գերագոյ են. | և սկզբնապատճառ...* (pro ի, ք add. in marg.) *պատճառէն բազմաց | անհասանելի. և կարմնաւորի արարչական|տու(թեամ)բ*

պանծալի երեւեցաւ մարդկայինս | սէռ, չքեղացեալ բանական շնորհիւ. և | պատկերաւ զարդարեալ սկի-զբնատպին. | զի առնել երկնաւոր է։ ո(ր)պ(էս) և կերպարանքն | ըստ եղծուածովն, խորհրդայս ամենն, զի | առ ըստ եղծիչն նայիցի։ այսպէս և շունչ մար|դոյ՝ և արարն մեծարգոյ պատուական է։ | Իսկ 'ի կամակոր լինելն ադամայ՝ և 'ի պտղոյն | ճաշակել լուծաւ պատիւ փառաց նր և կո|րոյս բ(աս) անմահութ և զբանին շնորհ։ ն(այն)պ(է)ս և | զայլ գ(որ)ծարանաց կատարեալ զօրութ։ | Եւ արդ, զի թէպէտ կորոյս նա. բայց բա|նականութ և իմաստութ կայծակն շնոր|հի ոչ բարձաւ, և մնաց և կամակցութ | ընդունակ գոլ ճանաչել զբարի և զչար։ | Այլ զի թէպէտ անկեալ եղաք 'ի փառաց | սակայն ոչ է թող անձային իրագ(որ)ծութ։ | Այլ ամ(ենայն)ի խնամ արկեալ աստուածպէս | լինել զա(մենայն) պէտս։ Ոմանց ողորմութ շնոր|հելով առ արքայսն։ | Զքաղցեալսն կե|րակրելով. Զմերկսն զգեցուցանելով։ | Իսկ ոմանց զեկեղեցի այ զարդարելով | զգեստիւք, և անձային կտակարանաւք | զի այսմ իրի։ և ես նուաստ յ(ո)վ(հա)ն(նէ)ս վ(ար)դ(ա)պ(է)տս | կոստանդինուպօլսեցիս. վաղհեռէ փա|փաքէի այս կտակարանացս, զեռ ես մա|ժամանս կայի որպիսութ եւ իրաց։ նա՝ | յանկարծ ուրէն բարեմիտ յանկոյց կրօ|նաւորի մահն առաքեցին թէ (աշխարհ)էս հրա || (col. 2) ժարեցաւ. և մեք յետ պատշաճաւոր | թաղման և օդոյն. բերին այս անձաշունչ | կտակարանս. թէ այս է զոր արարն. և իմ | տեսեալ թէ գեռևս պակաս՝ տեղ շատու|ներ. Է 'ի ծաղկանց։ և է 'ի բանից։ և եւտ | ը(ստ) իմում մարմնաւոր գանձուցս. ժգռ. դր(ա)մ | ։ որ այժմ որ առ և տուքք են։ և առ ի բ(ա)կ(ու)մ աշ|խատանս արարի (ex արի, ար add. in mg.). մինչի յայս կերպս բերի և | կատարեցի։ զի եղիցի առ մեզ անձագոյթ | մերում որբութ։ Լուսաւորրրք աստեղք | խաւարեալ սրտից մերոց, բժշկ զօրեղ | պէսպէս հիւանդու(թ)ե(ան)ց մերոց։ Ծածկո|յթ պարսաւոր ամօթալից յերեսաց մե|րոց։ Աղբիւր 'ի տանէն այ առաղեալ 'ի լուացումն պապակեալ յոգոց մերոց։ Հմպե|լի անոյշ քաղցրահամ քաղցեալ բնութես | մերոյ։ Պղեակ ամուր. և աշտարակ հզօա|նի հանգստարան յաւէտ ապրեալ և | սատանեալ, և տատանեալ անձանց մերոց։ Եղիցի մեզ ապրել. և ի ատա ատհել ի ծու|լաստ (sic, pro ծովագայ) յարե-կագնաայզ յերկրախարժ. | 'ի կայծակնատարափ, 'ի տարատապատ|նին։ 'ի բոցակէզ յահաբեկ գալստեանն | որդոյն այ։ Եւ հեշտապերծ լինել 'ի խա|ւարաշաւշափ արգելարանէն. մեզ և մերոցն | ամենեցունցս կենդա-նեաց. և մեռելոցս | ամէն։ Վ(ա)ս որոյ աղաչեմ հանդիպողք ա|րին ուրինակելով և կամ ընթեռնելով | յիշեսջիք ի մաքրափայլ աղօթս ձեր զվերո(յ) | ասացեալ զյ(ա)կ(ո)բ կրօնաւորին որ աշխա|տեց և գրեէր եւս. հանդերձ ազգակաց|նաւք թողութ շնորհեսցէ. և զրողի սորա | (մեքայէլի թոխաթցոյ eras.) որքան զայս .գ. անձա|-շունչ գրած էր և ինձ անարժան յետի ըս|տացողի և նորոգողի. և կատարողի գրոյս | յով(հաննէ)ս վ(ար)դ(ա)պ(ե)տի։ հօրն իմոյ մուրատ շայի. և | մօրն իմոյ ազնուի. և մեւս հոգեւոր մօրն | իմոյ մենենտ խաթունին։ և այլ ամ ազգայինն | իմոյ որ հանգուցեալ են առ քս, ձեզ յիշո|ղացդ և մեզ յիշելոցդ առ հասարակ թո|-ղութ շնորհեսցէ. այնոր առատն է 'ի տուրս | բարեաց. և նմ(անէ) փառք յա(ւիտեա)նս ամէն։ | Բայց գրեցաւ սա 'ի թվականիս հայոց ռհդ | 'ի ապրիլ ամսոյ եղև աւարտումն սմա. 'ի թ(ա)գ(աւո)ր(ո)ւ(թ)ե(ան) | տաճկաց սուլթան մուրատին. 'ի հ(այ)ր(ա)պ(ե)տ(ու)թ(ե)(ան) | սր էջմիածնա(յ) մելքիսեթ կ(ա)թ(ո)ղ(ի)-կ(ո)սին. և ինձ || (f. 580^{v}) մեղաւոր անարժանիս. և եմ պատրիարգ | այսմ նահանգիս. որ վերստին զ(ա)րդ(ա)ր(ե)ցի զգի|րքս. և զյիշատակարանս գրեցի. և զոտա|նաւորքս ասի։ ... « Gloria illi qui ipse sine principio principium est illorum quae principium habent; gloria illi qui ipse sine fine finis est illorum quae finem habent; gloria inmortali, qui est mortalium inmortalitas, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. Omnibus creaturis, quae simul sunt in supersubstantiali et archetypi speciem exhibent in multis iniucundis, mirabili creatione gloriose apparuit humanum genus, rationabili gratia ornatum et prototypi sui imagine decoratum. Et quia (homo) planta caeli est, sicut imagines factorem manifestant, quia ad factorem adspiciunt, ita hominis anima pretiosa honorabilisque facta est. Adam vero, cum declinasset et pomi manducatione honorem gloriae suae amisisset, inmortalitate gratiaque rationabili privatus est, una cum viribus vario modo confirmatis. Verumtamen, quamvis tanta perdidisset, scintilla ei relicta est intellegentiae atque sapientiae, ita ut ingenii acumine et discursu idoneus manserit bono ac malo discernendis. Si vero ad gloriam adcedimus, non est tamen sine Dei operatione, sive qui curam habent omnibus necessitatibus subveniendi, sive qui misericordiam exhibent in pauperes, esurientes alendo vel nudos cooperiendo, sive qui ecclesias Dei exornarunt vestibus librisque sacris, eodem consilio. Ita ego, humilis Iohannes, doctor Constantinopolitanus, haec sacra byblia iam dudum desideraveram, nuper tandem viam repperi, nam derepente ex hoc mundo raptus est a morte Iacobus

humanissimus monachus; et nobis, post decentes exsequias et funus, tulerunt haec testamenta divinitus inspirata, dicentes ' hoc est quod ipse fecit '. Ego vero videns multa loca vacua relicta sive ornamentorum sive verborum, dedi e thesauro meo materiali drachmas mille et tredecim, quae re vera et tam quam eleemosyna sunt; deinde multos labores expertus sum ut ad praesentem statum haec perduxerim et perfecerim, quae mihi concilient Dei misericordiam in mea orbitate. Stella micans caligantium cordium nostrorum, probatus medicus multorum morborum nostrorum, tegumen praecipuum obprobrii faciei nostrae, fons e domo Domini scatens, quae rigat ad lavacrum animas nostras siti exustas, potio suavis, quae naturam nostram iucunde satiat, arx firma turrisque tutelaris, recreatio nostrarum mentium semper nutantium vacillantium fluctuantium, sint nobis (testamenta haec) salus in transitu, quando mare siccabitur, sol obscurabitur, terra contremiscet, fulmina defluent, Tartarus movebitur, in ardenti atque terribili adventu Filii Dei, et expedite a caliginoso carcere salvent nos omnesque nostros vivos atque defunctos. Amen. Quam ob rem obsecro vos qui haec (testamenta) sumetis sive transscribenda, sive legenda, commemorate in vestris puris precibus supra nominatum Iacobum monachum, qui laboravit scribique fecit, una cum proximis, ut (Deus) illis veniam concedat, nec non librarium eius (Michahelem Ṭohaṭtsi *eras.*), qui scripsit hos tres (libros)[1] a Deo inspiratos, meque indignum, qui novissime librum possedi refeci perfecique, Iohannem doctorem, nec non patrem meum Mourat Šay et matrem meam Azniu, item matrem meam spiritualem Menent Ḫatoun ceterosque proximos meos, requiescentes in Christo. Hic vobis conmemorantibus una cum nobis conmemoratis veniam concedat, qui est locuples bonis donis, cuique gloria in saecula. Amen. Hoc ergo scriptum est anno Armenorum 1074 (= 1625 A. D.) perfectumque mense aprili, imperante Turcis Soulṭan Mourat, patriarcha sanctae ecclesiae Edšmiadzin Melkhiseṭ[2] catholico. Ego vero indignus peccator patriarcha sum huius dioeceseos,[3] qui codicem denuo adornavi, subscriptionem scripsi versusque conposui ». Sequuntur rhytmi quorum primae litterae nomen auctoris efformant Յովհաննէս վարդա-պետի ասացեալ զայս բանս « Iohannes doctor dixit haec verba ». Ff. 1^{r}. 40^{v}. 306^{r}. 464^{r}. 515^{v}. 581^{v} vac.

Codex eleganter coopertus corio fulvo tesseras gentilicias exhibet in operculis Pii PP. VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bybliothecarii.

2 (olim 9). Saec. XVI ex., chart., mm. 303×210, ff. II. 60 (+35^{a}).

1 (f. 3) Foedus Constantini imp. et s. Silvestri cum Tiridate et s. Gregorio inluminatore, cuius fragmenta edidit Clemens Galanus, *Conciliationis ecclesiae Armenae cum Romana* part. I, Romae, 1650, p. 31-35, cf. G. Chahnazarian, *Réfutation de la prétendue alliance entre s. Grégoire et s. Sylvestre*, Lutetiae Parisiorum, 1862, p. 11 sq. Des.: Իսկ զայս գիրս աւան-դեցաք ի ձեռն ատենադպրին հայոց արքային մեծին իմաստնոյն ա⟨կա⟩-թանգեղոսի ի փառս այ ... « hunc libellum accepimus a notario magni Armenorum regis Agathangelo philosopho, in gloriam Dei ... ». Testimonium de antiquitate codicis ex quo textum descripserat Gregorius diaconus Aleppensis, addidit ut sequitur: Ես գր(ի)գ(ո)ր ս(ա)րկ(աւա)գ հայոց ի հալպայ առնեմ վկայութի ո(ր)պ(էս) ղայս գիրս գրեցի ի յօրինակէ և ի հին գրոց ի կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)ս(ու)թէն սիսոյ և է նման օրինակին և ողորդապան և

¹ Cf. quae diximus supra de triplici notarum serie fasciculis adpositarum.

² Melkhisedekh I Garnetsi, coadiutor (1593-1628) David IV Vaɫaršapatetsi.

³ Iohannes III sedem patriarchalem Constantinopolitanam Armenorum tenuit annis 1600-1, 1610-1, 1621-3, 1631-6.

ի }ի{ վկայուի այսմ բանիս գրեցի ձեռօք իմով։ « Ego Gregorius Armenorum diaconus in (civitate) Halab testificor me hunc libellum descripsisse ex antiqui characteris exemplari apud catholicatum Sisensem. Est originali similis ac recte scriptus, in cuius fidem haec verba manu propria scripsi ».

2 (f. 14) Brevis notitia conciliorum quae Armeni recipiunt inc.: Յ(ա)ղ(ա)գս ժող(ո)վ(րդա)ցն որ եղեն։ Հ(ար)ց(ուած)։ Յորում ամի եղեն ժող(ո)վ(ուրդ)ք և ուր։ և վ(ա)ս(ն) էր. պ(ատաս)խ(անի)։ Ա(ռա)ջին. ժող(ո)վ(ուրդ)ն ի Նիկի(ա)յ սրոց հարց ... « De conciliis quae fuerunt. Quaestio: Quibus annis fuerunt concilia, ubi et qua re fuerunt. Responsum: Primum concilium sanctorum patrum Niceae... »; des. (f. 18ᵛ): ... ոչ հն(ա)զ(անդ)(ե)ցան չ(որրո)ր(դ) ժ(ո)ղ(ո)վ(րդ)ոյն քաղկ(ե)դ(ո)նի։ « ... non obtemperaverunt quarto concilio Chalcedonensi ».

3 (f. 21ᵛ) Professio fidei **Azariae** ⟨**Dšulayetsi**⟩ Armenorum Sisensis catholici (1584-1601), quam ipse subscripsit papae Romano tradendam sabbato primo mensis maii, h. e. die ut videtur, 18/8 huius mensis, anno Armenorum 1034 (= A. D. 1585), praemisso titulo Դաւանութի սբ հաւատոյ « Professio sanctae fidei », additisque testimoniis armene Lazari Aleppensis episcopi et Gregorii diaconi item Aleppensis, latine fr. Pacifici Ophidani (*sic*) ordinis Minorum in civitate Halab commissarii apostolici delegati et Leonardi Abel episcopi Sidoniensis nuncii apostolici in Oriente. Professionem fidei et testimonia armena edidit Alexander Balgy in Պատմութիւն կաթողիկէ վարդապետութեան ի Հայս... Vindobonae, 1878, p. 302-308, eadem vero latine reddidit iurisque publici fecit cum testimoniis latinis in opere cui titulus: *Historia doctrinae catholicae inter Armenos unionisque eorum cum Ecclesia Romana in concilio Florentino,* Vindobonae, 1878, p. 339-347.

4 (f. 32) Epistula die decima aprilis 1585 ab eodem **Azaria** ad Gregorium PP. XIII data de unione cum ecclesia Romana et de ss. bybliis, quae ad Pontificem mittit typis volganda. Textum invenies apud Alexandrum Balgy, Պատմութեան... p. 308-312, versionem vero latinam in eadem *Historia*..., p. 347-351. In hac epistula pro ss. byḇliorum editione Azarias summo pontifici conmendat illum Marcum Antonium Abgari filium, de quo vide sis Vahan Zartarean, Յիշատակարան, part. I, Constantinopoli, 1910, p. 254-267.

5 (f. 37) Testimoniales litterae de electione Azariae in catholicum ad Papam missae ab episcopis Martyrio Ašotensi, Iohanne Zaytunensi, Lazaro Aleppensi, nec non praecipuis civibus Msĕršah, Liparid, Yanuš, Młtsi Poutaḫłaripi et Iohanne presbytero, die decima mensis aprilis 1585. Textus adest in Պատմութեան... p. 312 sq., versio vero in *Historia*..., p. 351-353.

6 (f. 39ᵛ) Conmentarius apologeticus de fide Armenorum ad Iulium Antonium card. Santorio ab eodem **Azaria** missus die decima mensis aprilis 1585, cui titulus inponitur (f. 39) Պատասխանիք ազարիա կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)սին քանի մի բանից որ ի դաւանութին « Responsa Azariae catholici paucis verbis de confessione (fidei) », inc.: Առ պայծառազան և պատուական պարոն տր ճուլեօ անդօնեօ գարտինալ սանդա՛ սէվէրինա՛. վերակացու մեզ և ամ ազգիս մերոյ հայոց։ Ծանուցանեմք այս գրովս քո պայծառան տրութեդ քանի մի բան ... « Ad inlustrem et honorabilem baronem dominum Iulium Antonium cardinalem Sanctae Severinae protectorem nostrum et totius gentis nostrae Armenorum. Scripto hoc declaramus inlustri Dominationi tuae paucis verbis... »; des. (f. 41) ... ողջ լերուք ի տր ողջունեալքդ ի հոգւոյն սբ(ո)յ։ « ... Valete in Domino a Spiritu sancto salutati ».

7 (f. 43) Eiusdem **Azariae** epistula ad Iulium Antonium card. Santorio de Iohanne doctore et episcopo, quem procuratorem suum declarat, et de confirmatione sua in patriarcham, praemisso (f. 42) titulo: Առ պայծառազան տրն գարտինալ սանդա սէվէրինա « Ad inlustrem dominum cardinalem Sanctae Severinae », inc.: Ի մարմնի անմ(ա)րմնին և կենարար բանին կամարար. սիրող ս(ր)բութե. ... ճուլեօ անդօնեօ սանդա սէվէրինօ (*sic*) գարտինալ ... « Ad eum, qui in corpore benevolus est verbo incorporeo atque vivificanti, sanctitatis amatorem, ... Iulium Antonium Sanctae Severinae cardinalem... »; des. (f. 44ᵛ): ... և զմեզ յիշեա՛ ի սբ և ի մաքրափայլ աղօթս քո։ Գրեցաւ թուղթս ի սիս. ի թվին հայոց։ ռ։լդ։ ի ապրիլ .ժ. շ(ա)բ(ա)թ։ « ... et nostri memor esto in sanctis et puris precibus tuis. Epistula scripta est in (urbe) Sis anno Armenorum MXXXIV die sabbati decima mensis aprilis ».

8 (f. 46) Fragmentum de historia regni Ciliciae post med. saec. XII, quod videtur e cuiusdam codicis subscriptione desumptum: Ի թվականիս հայոց .չլե. յանկեալ կատարեցաւ ածայխաւս մատեանս հրամանաւ ածասէր իմաստ բարեպաշտ և հանճարեղ պարոնին Հեթմոյ որդոյ քրիստոսապսակ սբ արքային լևոնի... « Anno Armenorum 735 (= A. D. 1286) absolutus est liber divine loquens iussu baronis Deum diligentis, sapientis, pii et ingeniosi, Hēṭoum filii sancti regis a Christo coronati Leonis... »; des. (f. 50ᵛ): ... և եգիտ շնորհս առաջի գլխաւորի մուղալ զաւրուն մինչ զի պարգևս և պատիւս յոլով շնորհեաց նմայ։ « ... et invenit gratiam coram duce Mongolici exercitus, ita ut dimiserit eum cum donis et honoribus ».

9 (f. 51) Epistula ad summum pontificem, qua **Ḫačatour** Armenorum Sisensis catholicus (1560-1584) obedientiam erga Edšmiadzinensem catholicum profitetur et doctorem Azariam episcopum conmendat, inc.: Ծանուցումն լեցի վէհ իմաստութե քո մեծ փառք. և պարծանք ամ քրիստոնէից ... « Cer-

tior fiat Summa Sapientia tua, maxime papa, honor omnium christianorum ... »; des.: ... հաստահիմն արասցէ և նմայ փառք յաւիտեանս ամէն։ « ... bene fundatus sit, cui gloria in saecula. Amen ».

10 (f. 53ᵛ. 54) Epistula, qua **Ḫačatour** catholicus Sisensis summo pontifici gratias agit propter episcopum et doctores quos miserat, inc.: Ի սր̄ գրիգոր լուսաւորչի աջէն և ի սր̄ սեղբեստրոս հռոմայ հայրապետի աջէն... Per dexteram sancti Gregorii Inluminatoris et per dexteram sancti Silvestri Romani pontificis... »; des.: ... Քեզ արարողին տամ փառք ա̄հնութ̄ի յաւիտեանս ամէն։ « ... Tibi, o Creator, do gloriam et benedictionem in saecula. Amen ». Benedictio et conmendatio pro Azaria doctore, eadem manu qua f. 51 scriptae, marginem imum partemque sinistri marginis inplent.

Codicem efficiunt fere tot fasciculi quot documenta, scilicet senio (ff. 19-30), quiniones duo (ff. 3-12, 46-52 + 55-57), quaternio (ff. 31-37 + 60), triniones duo (ff. 13-18, 39-44). Numeris 53. 54 notatum est folium mm. 438 × 258 per transversum positum; f. 51 chartula est mm. 117 × 141 undique marginata. Bifolia 38. 59 et 45. 58 pro custodia documentorum 7 et 8-10 ab antiquo adiecta. Charactere *bolorgir* exarati sunt nn. 1. 3-7 una eademque manu et 10, alii charactere *notergir*. NN. 1. 3-8. 10 litteras habent maiores ornithomorphicasque initiales minio pictas. Spatium ad scripturam recipiendam lineis rubris terminatur, simplici in margine interno, duplici in externo nn. 3-7, quadruplici vero ab utraque parte in n. 10. Sigillum Azariae catholici rubro pigmento exstat inpressum in margine imo paginae rectae ff. 22-28. 32. 35. 40. 41. 44, quod legitur: Տր̄ Ազ(ա)ր(իա)յ կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)ս ամ̄ հայ(ո)ց պ(ա)տրի(ա)րք եմի (ut vid.) ծ(ա)ռ(այ) այ̄։ « Dominus Azarias, catholicus, omnium Armenorum, patriarcha Hierosolymarum, servus Dei ». Idem catholicus propria manu subscriptionem addidit, sive ex utraque parte sigilli distributam ff. 22. 32. 35. 40, sive producta linea dispositam (f. 41). Placet referre subscriptiones f. 22: Ես ազ(ա)ր(իա)յ վ(ա)րդ(ապետ) ընտրեալ կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)ս փոքր հայոց ընդունիմ և | հաստատեմ զամ̄ ասաց(եա)լս լուծեալքն հանդերձ ի ձեռագրումս « Ego Azarias doctor, catholicus electus Minoris Armeniae recipio et teneo omnia quae cum interpretationibus dicta sunt in manuscripto »; et f. 32: Ես ազ(ա)ր(իա)յ վ(ա)րդ(ապետ) ընտր(եալ) կ(ա)թ(ո)ղ(ի)կ(ո)ս փոքր հ(այո)ց աղքատ և խոնարհ | ծառայ քո երանելի սրբութ(եան)դ ի կարգէն սր̄ն անտոնի։ Ego Azarias doctor, electus catholicus Minoris Armeniae, pauper et humilis servus beatae Sanctitatis tuae, ex ordine s. Antonii ». Eiusdem Azariae ante electionem in catholicum sigillum habes una cum sigillo Ḫačatour catholici atramento inpressa ff. 51 et 53, quae leguntur Տր̄ Խա|չ(ա)տ(ու)ր կ(ա)թ(ո)ղ(իկո)ս | ծ(ա)ռ(ա)յ այ̄ « Dominus Ḫačatour catholicus servus Dei » et Տր̄ Ազ(ա)ր(իա)յ վ(ա)ր(դա)պ(ե)տ | ծ(ա)ռ(ա)յ յի̄ քի̄ « Dominus Azarias doctor servus Iesu Christi ». Alia sigilla sunt (f. 29) Lazari Aleppensis: Տր̄ Խազար (sic pro Ղազար) | արհեպ|իսկ(ո)պ(ո)ս ծ(ա)ռ(այ) | Յի̄ Քի̄ « Dominus Lazarus archiepiscopus, servus Iesu Christi », (f. 29ᵛ) fratris Pacifici, (f. 37ᵛ) Martyri Ašotensis Մարտիրոս եպ(իսկոպո)ս | ծառայ այ̄ « Martyrus episcopus, servus Dei », Ioannis Zaytunensis Յ(ո)վհ(ա)ն(է)ս (ubi է pro հ exstat) | եպ(իս)կ(ոպո)ս ծ(ա)ռ(այ) « Iohannes episcopus servus », Lazari Aleppensis ut supra, Msěršah ծ(ա)ռ(այ) այ̄ | Միսեր|շահ « Servus Dei Miseršah », Lipariti տղա սի ա | պ(ա)ր(ի)տ ծ(ա)ռ(ա)յ. Manus saec. XVI ex. titulos notavit f. 1: *Historia unionis Tiridati Regis Armenior*(um) | *ac s*(anc)*ti Gregorij Archiep*(iscop)*i et Illuminatoris Armeniae* | *tempore Magni Constantini Imperatoris* | *et s*(anctissi)*mi Siluestri Papae;* f. 13: *Concilia, quae ab Armeniis recipiuntur;* f. 36: *l*(itte)*rae testimoniales;* f. 45: *Historia Leonis Ottonis filij,* | *Ultimi Armeniorum Regis*. Altera manus saec. XVI-XVII scripsit f. 2: *Armenior*(um) *Regis et* | *Gregorii Illuminatoris* | *primi Armenior*(um) *Patriarchę* et in f. 13ᵛ inverso: *Concilia q*(uae) *recipiu*(n)*t Armenj*. Alia eiusdem temporis manu tituli armeni italicam translationem scripsit f. 31: *A sua santità et Sig*(no)*re nostro Gregorio Papa XIII,* quae conrecta est: *Alla santità del Sig*(no)*r* ... Emmanuhel Schelstraete, Bybliothecae praefectus, quosdam titulos addidit, f. 13: *incipit a Niceno, cui interfuit* (*api* cancell.) *Aristages patriarcha* | *Armenorum;* f. 19: *professio fidei Azarię;* f. 36: *martini episcopi. Joannis episcopi ac Professio fidei;* f. 38: *Antonii Card. S. Seuerini electio in patronu*(m) *Armenoru*(m); f. 54ᵛ: *epistola de reliquiis S. Gregorii missis ad Siluestru*(m). Notulae marginales Angeli Mai f. 3: *Agathan*|*gelus* et f. 35ᵛ: *epistola Patriarchae Armeni ad Summum* | *Pontificem anno 1585* | *ex urbe Sis metropoli Ciliciae*. Numeri documentorum, tum ab Emmanuhele Schelstraete, tum ab aliis scripti atque emendati et deleti conspiciuntur f. 1: *1;* f. 13: *2* fere resect. et *6* cancell.; f. 19: *3* et *12* cancell.; f. 31: *4* ex *5* et *14* cancell.; f. 36: *5* ex *6;* f. 38: *5* cancell., *6* et *7* superpos.; f. 42: *8* ex *7* cancell. et *7;* f. 45: *4* ex *5* cancell. et *8;* f. 54ᵛ: *9*. Antiquae notae codicis f. 1: *9* et *Arm. II* cancell. Ff. I. II. 1ᵛ. 2ᵛ. 12ᵛ. 19ᵛ. 20. 21ʳ. 30ᵛ. 31ᵛ. 35ᵃ. 36ᵛ. 38ᵛ. 41ᵛ. 42ᵛ. 45ᵛ. 51ᵛ. 52. 55-60 vacua.

Integumentum ex membrana viridi exhibet in dorso aquilam cum duplici capite unaque corona et gladios decussatos coronae inscriptos cum stella crinita quae Alexandrum PP. VIII indicant atque Laurentium Brancati de Laurea card. bybliothecarium.

3 (olim 302). Ante an. 1287 (cf. f. 326), membr., mm. 227 × 166, ff. II, 466 (+ 314ᵃ), linn. 25.

Opera varia, quorum praemittitur index, nunc mutilus titulosque XXXVIII-LI (f. 1ʳ) tantum continens.

1 (f. 3) Epistula **Eusebii** ad Carpianum cum canonibus X; epistulam edidit Nicolaus Karamiantz, *Verzeichniss* ..., p. 6.

2 (f. 15) Capitula evangeliorum et praefatiunculae de evangelistis ut in editione ss. bybliorum Zohrabiana, Venetiis, 1805, p. 647, 683 sq., 706, omissa prefatiuncula evangelii sec. Marcum.

3 (f. 23) Capita psalmorum, quae **Davidi** quidem **philosopho** inscribuntur, at minime respondent praefationi eiusdem auctoris in catalogo codicum Mechitaristarum Vindobonensium relatae, part. arm. pp. 216 sq. Titulus praemittitur: Դաւթի փիլիսոփա ի նախերգան Ոճնակութիւն սաղմոսացդ ըստ առ ի նոր կտակս թարգմանութե, զոր որումն ի հարցն է աշխատեալ։ Ոմանք ասեն թէ արայի որումն մեկնչի, եւ ոմանք թէ Եւսեբի պամփիլեա։ « Davidis philosophi in translatione praefationis ‘ Tenor psalmorum in relatione ad novum testamentum ’ a quodam ex Patribus elucubratae, quem alii dicunt patrem quemdam interpretem, alii Eusebium Pamphilum ». Inc.: ա̄. Յորդորումն յած պաշտաւթի և հրաժարումն ի հակառակորդէն։ Երանեալ է այր որ ոչ գն(աց)։ « (Psalmus) primus. Exhortatio ad pietatem erga Deum et adversarii adspernationem. Beatus vir qui non abiit »; des. in argumento psalmi CXXXVI, etsi nullum codex detrimentum est passus: Գոհութի զկնի մարգարէութեան։ Առ գետս բաբելաց։ Եւ քի̄ այ̄ մարգասիրին փառք յաւիտեանս։ « Gratiarum actio post prophetiam. Super flumina Babylonis. Et Christo Deo gloria in saecula ».

4 (f. 27) Capita libri Isaiae, ut in ed. Zohrabiana, p. 493 sq., non nullis vero mutatis.

5 (f. 29) Actuum Apostolorum capitula, ed. laud. p. 724 sq.

6 (f. 32v) Epistularum catholicarum capitula: [1] Iac. ed. laud. p. 750, [2] (f. 33v) I Pet., p. 753, [3] (f. 34) II Pet., p. 756, [4] I Ioh., p. 758, [5] (f. 34v) II Ioh., p. 761, [6] III Ioh., p. 762, [7] (f. 35) Iudae, p. 763.

7 (f. 35v) Epistularum s. Pauli capitula: [1] Rom., p. 766, [2] (f. 36) I Cor., p. 776 sq., [3] (f. 37) II Cor., p. 786, [4] (f. 37v) Gal., p. 793, [5] (f. 38) Eph., p. 797, [6] Phil., p. 800, [7] (f. 38v) Col., p. 802 sq., [8] (f. 39) I Thes., p. 805, in fine notantur origo et numerus versuum II Thes., ut in ed. p. 809, capitulis ipsis vero huius epistulae omissis, [9] (f. 39v) Hebr., p. 809, [10] (f. 41) I Tim., p. 817, [11] (f. 41v) II Tim., p. 820, [12] (f. 42) Tit., p. 822, [13] Philem., p. 823.

8 (f. 44) Ordo liturgiae, quem ex hoc codice ediderunt Ioseph Catergian et Iacobus Dashian, *Sacra Armenae ecclesiae liturgia*, Սրբազան պատարագամատոյց հայոց, p. 503-507.

9 (f. 55) Ordinarium missae Romanae, ut in ed. laud. p. 455-466, ordine tamen diverso, nam librarius noster primum posuit canonem missae inde a praefatione, deinde ordinem missae ab orationibus ad paramenta usque ad rubricam Իւ ապա ասէ զսայքրէթն « Deinde dicit secretam (*saykhrēt*) », exceptis orationibus pro sabbato sancto, quae in ed. habentur p. 460.

10 (f. 60v) Ordo experimenti iudiciarii, cf. F. C. Conybeare, *Rituale Armenum*, p. 296; des. in fine ultimae orationis missae ...շնորհաւք տն̅ մերոյ յի̅ քի̅ « ... per gratiam D. N. I. C. ».

11 (f. 66) Ordo liturgiae praesanctificatorum sat diversus ab illo quem ediderunt I. Catergian et I. Dashian, op. laud. p. 414-427. Titulus praemittitur: Աստուածային պատարագ նախասրբեցելո(ց) որ կատարի ի քառասնե-րորդսն « Divinum sacrificium praesanctificatorum, quod per quadragesimam celebratur ».

12 (f. 73) Missalis Romani proprium de tempore a feria quarta cinerum usque ad dominicam II post Pascha, titulo praemisso: Կարք (*sic*) ի սբ̅ Քառասներորդսն հռովմա մեծի եկեղեցոյն և ամենայն լատինացւոց ազգին յարեւմուտս ի գրիգորէ սրբոյ հայրապետէն հռոմա հաստատեալ. « Ordo pro sancta quadragesima ecclesiae magnae Romanae et totius populi Latinorum in occidente, a sancto Gregorio patriarcha Romae constitutus ». Adsunt tantum orationes et lectiones, omnino omissis partibus quae a populo vel choro cantandae sunt; nulla fit mentio stationum. In officio sabbati sancti (f. 156-164) ritus baptismi et confirmationis ab episcopo administrandae, cum litaniis in tres partes divisis, ut videre est apud Edmundum Martène, *de antiquis Ecclesiae ritibus*, t. III, Antuerpiae, 1737, p. 455. In epistula dominicae in albis

I Ioh. 5, 4-12, desideratur versiculus trium testium caelestium. Nomina sanctorum Dionysii, Rustici et Eleutherii, nec non verba սաքրէթ (*sakhrēt*) vel սայքրէթ (*saykhrēt*) « secreta », օֆրանթ (*ophrant*) « offertorium », բրոսցուսիոն (*brostsousion*) « processio » originem Gallicam huius liturgiae sat ostendunt.

13 (f. 183) Ordo consecrationis episcoporum iuxta ritum Byzantinum, cuius graecum textum vide sis in *Εὐχολόγιον τὸ μέγα*, Romae, 1883, p. 137-139. Titulus praemittitur Կարգ ձեռնադրութեան եպիսկոպոսաց ըստ հռոմոց սրբոյ եկեղեցոյն բարեկարգութե̅ « Ordo inpositionis manuum episcoporum iuxta disciplinam s. Ecclesiae Romaeorum ».

14 (f. 185) Ordinatio presbyteri ⟨iuxta ritum Byzantinum⟩, graece in op. laud. p. 134-136.

15 (f. 186) Ordinatio diaconi ⟨iuxta ritum Byzantinum⟩, graece in op. laud. p. 131-134.

16 (f. 187v) Ordinatio lectoris ⟨iuxta ritum Byzantinum⟩ (անագանոսի = *ἀναγνώστης*), graece, ibid., p. 129.

17 (f. 188) Ordinatio subdiaconi ⟨iuxta ritum Byzantinum⟩, graece, ibid., p. 130 sq.

18 (f. 188v) Consecratio sancti chrismatis (*μύρον*) in die magnae feriae quintae ⟨iuxta ritum Byzantinum⟩, graece in op. laud. p. 325 sq., omissis praeceptis ad s. chrisma conficiendum.

19 (f. 190v) Consecratio ecclesiae e pontificali Romano. Titulus praemittitur Սկիզբն կարգի եկեղեցոյ աւրհնութե̅ ըստ հռովմա եկեղեցոյն սահմանադրութեան « Initium ordinis benedictionis ecclesiae iuxta disciplinam Romanae ecclesiae ». Notanda sunt alphabeta graecum et latinum (f. 195) signaque musica in partibus cantandis.

20 (f. 213) Lectiones e S. Scriptura atque vitis prophetarum, auctore ⟨**pseudo-Epiphanio**⟩, recitandae die XX mensis arats in festo XII prophetarum minorum; vitae, quae armenice մահ « mors » dicuntur, critice editae sunt in libro cui titulus Անկանոն գիրք հին կտակարանաց, Venetiis, 1896, p. 208-217. [1] Os. 10, 11 sq. [2] Vita Osee, loc. cit. p. 208, [3] Am. 5, 10-14, [4] (f. 213v) Vita Amos, p. 209, [5] Mich. 7, 7-10, [6] (f. 214) vita Micheae, p. 209, [7] Iohel, 2, 12-14, [8] vita Iohelis, p. 210, [9] (f. 214v) Abd. 17-21, [10] vita Abdiae, p. 210, [11] (f. 215) spatio ad recipiendam S. Scripturae lectionem puro relicto, vita Ionae, p. 211 sq., [12] (f. 215v) Nah. 1, 7-9, [13] (f. 216) vita Nahum, p. 212, [14] Hab. 1, 2-5, [15] vita Habacuc, p. 213 sq., [16] (f. 217) Soph. 1, 7-8, [17] vita Sophoniae, p. 215, [18] Hagg. 2, 7-10, [19] (f. 217v) vita Haggei, p. 215 sq. [20] Zach. 7, 9 sq., [21] vita Zachariae, p. 216, [22] (f. 218) Mal. 1, 6, [23] vita Malachiae, p. 217.

21 (f. 218v) Testimonia prophetarum V. T. de passione et crucifixione Christi, inc. Ի ժողովեցան քահանայապետքն խորհուրդ

առնել զնի կալցեն զյս ի մահ։ Երեմիաս. Ես իբրև զգառն անմեղ... « De eo quod convenerunt principes sacerdotum ad deliberandum quomodo Christum occiderent. Hieremias: Ego quasi agnus innocens... (= 11, 19) »; des. Սոփոնիաս. Սպասեա ինձ ասէ տր յաւուր յարութեան իմոյ ի վկայութբ. « Sophonias, Exspecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meae in testimonium (= 3, 8) ». Sequuntur [1] (f. 226) decem plagae Aegypti, [2] decem praecepta decalogi.

22 (f. 226[v]) Kalendarium byzantinum, cui titulus Տաւնք սրբոց վկայիցն քի ըստ հոռոմի ամսոյ որ կատարեցին ի փառս քի « Festa sanctorum martyrum Christi, qui mortui sunt ad gloriam Christi, iuxta menses Romaeorum ». Inc. Յունուարի ա. Սրբոյն բարսղի կեսարացոյ... « Ianuarii (die) I. S. Basilii Caesareensis ... ». Translationem anglicam edidit Fridericus Cornwallis Conybeare, *Rituale Armenum*, p. 529-532.

23 (f. 229[v]) Kalendarium armenum, cui titulus Տաւնք ըստ հայ ամսոց որ կատարեցին ի փառս քի « Festa (sanctorum) qui mortui sunt ad gloriam Christi, iuxta menses Armenos ». Inc. Նաւասարդի ա. Յովաննու մկրտչի... « Navasard (die) I. Iohannis Baptistae ... ». Translationem anglicam habes loc. cit. p. 527 sq.

24 (f. 230[v]) Kalendarium Armeno-francicum, cui titulus Տաւնք ըստ հոռոմ ամսոց և յիշատակք սրբոց որք կատարեցին ի փառս այ ընդ որս և ֆռանգացն յարմարեցաւ. « Festa iuxta menses Romanos et conmemorationes sanctorum qui mortui sunt ad gloriam Dei, cum illis qui Francis proprii sunt ». Inc.: Ամիս սեպտեմբեր աւուրս ունի լ. տիւն ունի ժամս . ժբ . գիշերն . ժբ . ա . Վարուք երանելոյն սիմէոնի սիւնակեցի։ Յայսմ աւուր յեսուա որդոյ նաւեա։ և (in mg. notatur ֆռանգն) բիցիոսի մարտիրոսի, և ճլի հաւր։ « Mensis september dies XXX habet. Dies habet horas XII. Nox XII. (Dies) I. Vita beati Simeonis Stylitae. Eodem die, Iesu filii Nave. Et... (*bitsiosi*) martyris et patris Iulii (*ǵli*) ». In margine externo notantur atramento litteris ֆռ (ֆռանգաց) nomina sanctorum kalendarii francici, pigmento vero roseo dies mensium Syrorum, sed pro nominibus syriacis tišrīn II, kanūn I et kanūn II hebraica habes մեշրու (= מרחשון), քասլեւ (= כסלו) et տըէթ (= טבת). Praeterea hic annus conplectitur more aegyptiaco menses duodecim triginta dierum, et dies quinque epagomenos inter menses adar et nisan notatos verbis աւելեքն է և աւուրք արարչութն « superabundant et sunt dies creationis ».

25 (f. 246) Catalogus imperatorum Romanorum, Byzantinorum et sacri Romani Imperii ab Augusto usque ad Philippum, fratrem Henrici VI.

Hunc catalogum ex latina in armeniacam linguam translatum esse a quodam Helia demonstrat clausula (f. 249), quam referre placet: Փիլիպն եղբայր սորա, և աւդ ընդանի և հակառակ սորա ամս. դ. ի սոյն ամի սպանաւ Փիլիպն յիշխանէ ումեմնէ։ և մնաց ինքնակալութիւն աւդոնի, առ որ ճանապարհորդեմ, ես նվաստ հեղի, հրեշտակութբ ի թագաւորէն մերոյ լեւոնէ, առ վերոյ գրեալ կայսրս աւդ, և ի վերայ ծովուս ի նաւարկութեան մերոյ թարգմանեցի զսա ի հռովմականէն ի մերս ի թու(ականի) հայոց։ ոծթ։ Իսկ արարեալ մեր առ ոտս նորա . ամ . ա . և ամիս . գ . դարձոյց զմեզ հարկաւք առ թագ(աւորն) մեր արձակելով ընդ մեզ և թագ արքայական բազմածախ և բազմագին յականց պատուականաց և ի մեծագին մարգարտից ընդ եկուզել զոր բերեալ մեր մեծաւ ուրախութբ ընկալաւ թագաւորն մեր և պսակեաց ընդիր պսակաւն գեղեցիկ զռուբէն որդի դստերն եղբաւրն իւրոյ և որդի բրինձին անտիոքայ ռէմդին ի թու(ականի) հայ(ոց) . ոկ . ի տաւն սբ ածածնին յաւգոստոսի ժե, և թագաւորէ ընդ իւր հայոց ի կամս այ։ « Philippus frater eius (Henrici) et Otto familiaris eius et adversarius: annis quattuor. Eodem anno trucidatus est Philippus a principe quodam, imperiumque stetit Ottoni, ad quem iter facio ego humilis Helias, legatione fungens regis nostri Leonis ad supradictum imperatorem Ottonem. Mare vero transiens navi nostra hoc opus e Romana lingua in nostram reddidi anno Armenorum 659 (= 1210-1). Conmoratos vero ad pedes illius (imperatoris) per annum et menses tres coegit nos regredi ad regem nostrum, per nos mittens coronam regalem eximiam et magni pretii, lapidibus pretiosissimis et margaritis ornatam; quam a nobis adlatam gaudens accepit rex noster coronavitque illa eximia corona Ruben, filium filiae fratris sui et filium principis Antiochiae Raymundi, anno Armenorum 660 (= 1211 A. D.) in festo s. Dei genetricis die decima quinta mensis Augusti, et regnat cum eo in Armenos, per voluntatem Dei ».

26 (f. 249) Catalogus summorum Pontificum, cui titulus Շարագրութիւն հայրապետացն հռովմա, որք ի սբ առաքելոյն պետրոսէ մինչև և ցայժմ հովվէին զաթոռն։ « Series patriarcharum Romae, qui a s. Petro apostolo usque nunc thronum habuerunt ». Huius catalogi translatio e lingua latina facta est ab eodem Helia, regnante Innocentio III, ut dicitur in clausula (f. 254): ճճբ. Ինուցանից երորդ։ Որ այժմ հովուէ առ որ յառաջեալ երթամք հրեշտակութբ ի թագաւորէն հայոց լեւոնէ։ Ես նուաստ հեղի որ և թարգմանեցի զսա ի հռովմայականէն ի մերս. յորժամ էաք նաւարկեալ մերձ յաշխարհն բոյլայ որ կոչին լունկուպարտք, յաւուր պենդակոստէիս ի յունիսոյ ի

հինգն և ի Թուականից Հայոց ․ ՈԾԹ ․ ի փառս Քի Այ որ է աւրհնեալ յաւիտ(եանս)։ « CLXXXII. Innocentius III, qui nunc regnat, ad quem festinamus legatione fungentes pro rege Armenorum Leone. Ego humilis Helias, qui hoc e latina lingua in nostram transtuli, cum navigaremus prope terram Apuliae (*բոյլայց* = *Puglie*), quae vocatur Longobardorum, in die Pentecostes, quinta mensis iunii anno Armenorum 659 (= 1211 A. D.) ad gloriam Christi Dei ».

27 (f. 254v) Series patriarcharum Armenorum. Hic catalogus, qui primum in nomine Gregorii ⟨VI⟩ (1194-1203) desinebat, a librario, ut vid., breviter protractus est usque ad Iacobum I. Inc.: Գրաւունս համարեցայ զայս ես յովհաննէս Հայոց կաթողիկոս դրոշմել զանուանս Հայրապետաց Հայոց զարանց Այ որք արժանի գտան աթոռոց սրբոց առաքելոց մերոց Բարթողիմէոսի և Թադէոսի․ որք վիճակեցան ի Տէ և հետևողինոցին սրբոյն գրիգորի և որք զկնի նորա։ Յետ սրբոց առաքելոց Բարթողիմէոսի և Թադէոսի որք եղեն աւետարանիչք ասքանազեան գրոհի, և վարդապետք Քի ած(ա)պաշտութեն ․ զկնի ․ մկզ ․ ամաց անցելոց ի վերայ կատարման նոցա։ Նախ փոխանորդ է զառաքելական աթոռն երիցս երանեալ լուսաւորիչն գրիգորիս … « Pignus (vitae aeternae) reputavi hoc, ego Iohannes catholicus Armenorum, nomina scribere patriarcharum Armenorum, viros Dei, qui digni inventi sunt throno sanctorum apostolorum nostrorum, Bartholomei et Thaddei, quique electi sunt a Domino et successerunt s. Gregorio et illis qui post eum fuerunt. Post sanctos apostolos Bartholomeum et Thaddeum, qui fuerunt evangelistae populi Askhenazitae et doctores religionis Christi, annis CCLXVI inde a morte eorum elapsis, primus successor in throno apostolico fuit ter beatus inluminator Gregorius ... »; des.: (կդ ․ in mg.) Տր գրիգորիս… կացեալ յաթոռ հայրապետութեն ամս ․ Է ․ և ամիս ․ Ժ ։ (կե in mg.) Զկնի սորա տր յոհաննէս։ (կզ in mg.). Եւ զկնի տր դաւիթ, և այլ վայր նստաւ տր յոհանէս (sic)։ և զկնի տր կոստանդին։ Եւ զկնի սորա տր յակոբ ․ ի Թուակ(անի) Հայ(ոց) ․ ՉԺԷ ։ « (64 in mg.) Dominus Gregorius (VI Abirad) stetit super thronum patriarchatus annos VII et menses X. (65 in mg.) Post eum dominus Iohannes (VI Sisensis). (66 in mg.) Et postea dominus David, et denuo sedit dominus Iohannes. Et deinde dominus Constantinus (Bartzerberdtsi), et deinde dominus Iacobus (I Klayetsi), anno Armenorum DCCXVII (= A. D. 1268-9) ».

28 (f. 258) Tractatus anonymus de septem conciliis, quem e codice Edšmiadzinensi 1654 apud Karenean, postea 1696, saec. XIV in., edidit Franciscus Nicolaus Finck, *Kleinere mittelarmenische Texte* in ephemeride *Zeitschrift für armenische Philologie,* t. I (1903), p. 100 et 185-189. Titulus est: վն տիեզերական սիւ<ն>հոդոսացն Թէ երբ և վն որո և յորում տեղւ<ո>ջ ժողովե-

ցան և զովքն զովեցին « De conciliis oecumenicis, quando et qua re, et ubi congregata sunt et qui (ea) congregaverunt ». Inc.: Պարտ է գիտել եթէ եւթներորդ ժողովք եղեն։ Առաջին սբ և տիեզերական սիւնհոդոսն եղև ի Նիկիա… « Oportet scire septem fuisse concilia. Prima sancta et oecumenica synodus Nicaeae fuit ... »; des.: … և երիցս երանելիք ամենեքեան,… որք և պահեն զածային ձայնն․ և որք հրաժարեն յորոց ի նոցանէ զատապարտեցաւ շաղախեալ հայհոյութիւնք « ... ter beati omnes, ... qui custodiunt verba divina et vitant foedas blasphemias, quae damnatae sunt ».

29 (f. 270) Notitiae ecclesiarum principalium praemisso titulo: Կարգաւորութիւն ած սրբոց մայրաքաղաքաց և մետրապաւլտաց և արհեպիսկոպոսաց սահմանեալ ըստ առաքելական և պատրիարգական աթոռոց․ և եդաւ այս կարգ աստիճանացս քահանայապետից ըստ տիեզերական ժողովոց աւրինաց « Ordo cum Deo sanctarum *μητροπόλεων* et metropolitarum nec non archiepiscoporum secundum apostolicos et patriarchales thronos. Et sancitus est hic ordo dignitatis pontificum decretis conciliorum oecumenicorum ». Analysin e nostro codice edidit Fredericus Cornwallis Conybeare, *On some Armenian Notitiae* in ephemeride *Byzantinische Zeitschrift*, t. V (1896), p. 118-136. [1] Descriptio quinque sedium patriarchalium, quam e cod. Edšmiadzinensi publicavit Franciscus Nicolaus Finck, loc. laud. p. 101 et 198 sq. Inc. sine titulo Առաջին աթոռ երեցն (*sic*) Հռոմ գլխաւոր և նախապատիւ առաքելոյն պետրոսի… « Primus thronus, antiquior, Roma est principalis et praecipuo honore Petri apostoli ... »; des.: Հինգերորդ (*sic*) Առաքելական աթոռ սբ քաղաքն էմ, սրբոյն առաքելոյն յակոբայ եղբաւր տն, որ ունի զամենայն պաղեստինացոց աշխարհն մին չև յարաբիա։ « Quintus thronus apostolicus urbs sancta Hierusalem, sancti apostoli Iacobi, fratris Domini, quae habet totam terram Palaestinensium usque ad Arabiam ». [2] (f. 271) Brevis notitia ecclesiarum magnae Armeniae et Cypri insulae, quae paucis mutatis ultimae sectioni proximae *ἐκθέσεως* respondet, inc.: Իշխանութիւն Հայոց մեծաց։ Գիտելի լիցի այս զի սոքա ինքնագլուխ են … « Principatus Magnae Armeniae. Sciatur (Armenia) *αὐτοκέφαλος* esse ... »; des.: … Տրիմիթուս, Կարպաթին։ (*sic*) « ... Trimiṭous, Karpasin ». [3] (f. 271v) **Pseudo-Epiphanii** *Ἔκθεσις πρωτοκλησιῶν πατριαρχῶν τε καὶ μητροπολιτῶν,* quam graece et armenice edidit Franciscus Nicolaus Finck, *Des Epiphanios von Cypern Ἔκθεσις πρωτοκλησιῶν τε καὶ μητροπολιτῶν armenisch und griechisch,* [1] Եպիփան Աեղբայց– *ἔκθεσις πρωτοκλησιῶν πατριαρχῶν τε καὶ μη-*

[1] Sic in ephemeride *Byzantinische Zeitschrift,* t. XII (1903), p. 417.

τροπολιτῶν Հայերէն եւ յունարէն Հրատարակեց Փրանց Նիկողայոս Ֆինկ, Marburgi, 1902.[1] Inc.: Եպիփանու եպիսկոպոսի կիպրացւոյ վասն նախապատւու եկեղեցեաց իւրաքանչիւր աթոռոյ մայրաքաղաքաց: Նախառաջին պատրիարգ Հռոմայ... « Epiphanii episcopi Cypri de praecedentia ecclesiarum unius cuiusque μητροπόλεως, Primus patriarcha Romae... »; des.: ... Տասներորդ. Տրիմիթուս: Մետասաներորդն առաջներորդ. Կարպասին: « ... Decimus: Trimiṭous. Undecimus: Karpasin ».

30 (f. 284) **Nili Doxopatris** notitia patriarchatuum, quam armenice reddiderunt Nerses episcopus et Constantinus metropolitanus anno 1179-80, ut dicitur (f. 298): Թարգմանեցաւ ի Թու(ական)ի. ոիը. Ներսեսի եպիսկո(պոսի), և կոստ(անդ)ինոսի մետրապաւլտի ի փառս այ « Translatum est anno 628 (= 1179-80) a Nersete episcopo et Constantino metropolitano in laudem Dei ». Textus inpressus exstat a F. N. Finck, *Des Nilos Doxopatres Τάξις τῶν πατριαρχικῶν θρόνων, armenisch und griechisch herausgegeben*, Նեղոս Դոքսապատրեայ Աշխարհագրութիւն պատրիարքական աթոռոց... Vałaršapat, 1902.

31 (f. 298) De dignitatibus in ecclesia Byzantina, conmentatio a **Nersete Lambronatsi** e graeco translata. Titulus praemittitur Արժանաւորութի ի կաթողիկէ եկեղեցոջ զոր կալցին ժառանկաւոր սարկ(աւագք) « Dignitas quam in ecclesia catholica habent clerici diaconi », inc.: Էս խատւնարխաւնդաւս: Սա պատիւ անուանն միայն ունի առանց գործոյ և կանկնի առ ընթեր արքեպիսկոպոսին ի վերոյ ամենեցուն: *Epiṭonarhondos* (= ἐπὶ τῶν ἀρχόντων). Hic solum honorem nominis habet sine munere statque apud archiepiscopum supra omnes »; des.: Կուկլիսիոս լատին է: Սա ի գալն ի արքեպիսկոպոսին և ի մտանելն յեկեղեցին գնա առաջի և յայս կոյս և յայն կոյս ուղղէ զժողովսն և սպացուցեալ (sic) ճանապարհ առնէ: « *Kouklisios* latinum est: Hic cum venit archiepiscopus et intrat in ecclesiam primus incedit et utraque ex parte am populum moderatur siamque aperit ». Textus e cod. Edšmiadzinensi apud F. N. Finck, *Kleinere mittelarmenische Texte*, loc. cit., p. 102 et 200-204.

32 (f. 300v) De ponderibus scholion breve, quod repperies editum a Francisco N. Finck, loc. cit., p. 205. Inc. sine titulo, linea tamen ad titulum recipiendum vacua relicta: Քանքարն թ̃ռ դահեկան է... « Talentum novem millibus denariorum constat... »; des.: ... որ լինի բ̃ լիտրն հ̃բ դ(ահ)ե(կա)ն: « ... quae sunt duae librae, LXXII drachmae ».

8 De insignibus s. crucis ubique terrarum erectis inc.: Ս պատուական որ խաչի նշանացն որ պահեն զծառայս այ զ... (spatio ad nomina recipienda puro relicto) Բարեխաւսութբ որ և ածայինն նշանացս քի անբարբառ բարեխաւսացս որ խաչափայտին քի... « de pretiosae sanctae crucis insignibus, quae custodiunt servos Dei NN. Intercessione sanctorum et divinorum insignium Christi, ineffabiliter intercedente sancto ligno crucis et Christi ... »; post nomina locorum, ubi specialiter crux veneratur, des.: ... ամենեցուն բար-(cod. բ)եխաւսութբն պահեա քս ած զծառայս քո (զԿիրակոս և զգաւհարս և զորդիքն զստեփանոսն al. man.): «... horum omnium (s. crucis insignium) intercessione custodi, Christe Deus, servos tuos (Kirakos et Gauhar et filium Stephanum al. man. add.) ».

9 Historia apocrypha de s. Iohanne Baptista sanato a D. N. I. C., titulo inposito Գիր գլխացաւ և ամ ցաւոց բժշկութե |ծռ| « Libellus sanationis pro hemicranio et omnibus doloribus », inc.: Ընժամ զնաց ի գալիլէ

ի յորդանան առ յովհաննէս մկրտիլ ի նմանէ ... « Deinde incedit a Galilea ad Iordanem apud Iohannem, ut baptizaretur ab eo ... »; des.: ... զմայրի ակն և զսատնու ակն և զամ ազգ գլխացաւ նոր ոչ ունիք իշխանութիւն մեր(cod. մ)ձենալ ի ծառայս այ (ի Կիրակոս և ի գոհարն al. man.) «... ocule fere oculeque domestice et cephalalgiae omne genus, mox non habetis potestatem adpropinquandi servis Dei (Kirakos et Gōhar al. man. add.) ».

10 Inprecationes, plerumque brevissimae, ad morbos sanandos: [1] pro rabioso, inc.: Գիր կատաղածի գրէ. խ. աւր ի վերա հացին և անաւթից տուր ուտել անա այլ անա այլ: Ագս մագս բագս ... « Libellum rabiosi scribe: XL diebus super panem et catinas da edere: Ana, per Deum, Ana, per Deum. Ags, mags, bags ... »; [2] pro vitio mammarum et fermentatione, inc. Զի կասիր արար ի կատակ արար սա կեղ քո անգամ կրկնէ ... « Tu enim cessas opus, in ludibrio est opus, ulcus meum, XXXIX vicibus itera ... »; [3] ad sanguinem ligandum, inc.: Քաւն մաւն թիթրակ պակլայ կապի արիւն ... « Khaun, maun, ṭiṭrak paklay ligatur sanguis ... »; [4] pro horrore febris inc.: Ասէ մինաս թող վս (circa 10 litt. ablut.) այ ղէա մինաս թող վս քի կու ասէ մինաս թող վսն սբ կուսին մարիամու ... « Dicit Menas: exi utique propter... Dei; (dicit) Menas: exi propter Christum; dicit Menas: exi propter sanctam virginem Mariam ... »; [5] ad sanguinem ligandum, ut supra; [6] dum foenum minime crescit, inc.: Տր մեր յս քս եմուտ յէմ մատեան առ նա հարիւրապետ մի ի ծունր իջեալ աղաչէր զնա և ասէր. տր իմ և ած իմ անասունն իմ չարեաց ակամէ ի չար լեզուէ և ի դիւէ: « Cum intraret D. N. I. C. in Hierusalem, adcedit ad eum centurio et dixit illi: Dominus meus et Deus meus, iumentum meum male habet a mala lingua et a daemone ... »; des.: ... և ի խաշանց և պահեսցէ զծառայս այ անուամբ հաւր և ո(րդւոյ ...) « ... et ovibus atque custodiat servos Dei in nomine Patris et F(ilii ...) »; [7] pro dolore dentium, inc.: Միքայէլ, գաբրի. երիչամղալաւնիեա. եւալահ. գրէ զայս .գ. անունս (cod. անունն) ի վր քարտիզին... « Michahel, Gabri(hel), Eričamłalauniea, Evalah, scribe tria nomina haec super chartam ... », [8] pro lingua, inc.: Անուամբն էմմանուէլի և մարիամու ... « In nomine Emmanuhelis et Mariae ... ».

11 Invocationes ad B. M. V., praemisso titulo Մաղթանք ի սբ ածածին որ աւհէ զծառայս այ ի չարաչեց ի չար լեզ<ո>ւէ և յամ չար պատահմանց « Invocationes ad sanctam Dei genetricem, quae benedicit servos Dei in tribulationibus e mala lingua et in omni malo eventu », inc.: Ով ամե-

նայսբհի ածածին պարծանք կուսութեն (sic)... « O sanctissima Dei genetrix, honor virginitatis ... »; des.: ... պահեայ յամ չարէ և յամ պատուհասէ զծառայս այ․ զգսպր երցն (sic), անուամբ հօր և որդոյ և հոգոյն սբյ յօիտեանս ամէն « ... custodi ab omni malo et ab omni poena servum Dei, Gasparum presbyterum, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti in saecula. Amen ».

12 P r e c a t i o p r o p t e r p e r i c u l a p r a e l i i, praeeunte titulo Այլ գիր պատերազմի և չար սահաթի, սրի և թրի, նետի և խանչարի, նիզակի և դանկի « Libellus alius pro bello et hora (ساعة) mala, adversus ensem et gladium, sagittam et pugionem (خنجر), lanceam et cultrum », inc.: Յիշեայ զյովէլէլ հրեշտակն, զմի (cod. խ)քայէլ հրեշտակն, զգաբրիէլ, զսաղաթիէլ... « Conmemora Yowiēl angelum, Michahelem angelum, Gabrihelem, Salathihelem ... »; des.: ...բանայ զդուռն ողորմութեն իւրոյ ի վր ծառ(ա)յիս այ․ գասպ(ա)ր իրցն․ անուամբ հաւր և որդ(ւո)յ և հոգ(ւո)յ սբյ յաւիտեանս ամէն։ « ... aperit portam misericordiae suae servo Dei, Gasparo presbytero, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti in saecula. Amen ».

13 P r e c a t i o s. S e r g i i d u c i s, ut supra n. 7, exceptis nominibus quorum loco legitur prima manu scriptum գսպր իրցն « Gasparus presbyter ».

14 L i b e l l u s p r o m o r b i s v e l u l c e r i b u s, ut vid., թպղայ et այք (cod. այլք) vocatis (Sahak Amatouni, Հայոց բառ ու բան, Vałaršapat, 1912, pp. 8, 220), inc.: Սբ նանաս և սբ շիղաթ երթային ի ճանապարհի անջրդին տեղի ... « Sanctus Nanas et sanctus Šiłaṭ ibant in itinere per desertum locum... »; des.: ... սբ նանաս և սբն շիղաթ կապանաւք արարին զպեղծս (sic) զայն առաքեցին յանդունդս որ ոչ մերձենայ ի ծառայս այ ։ (ի կիրակոս և ի գաւհարս և իւր(եա)նց որդիքն ստեփանոսն al. manu) « ... sanctus Nanas et sanctus Šiłaṭ vinciant hos inmundos (spiritus) mittantque eos in abyssos ne adpropinquent servis Dei (Kirakos et Gauhar atque filio eorum Stephano al. man. in spatio vacuo relicto add.) ».

Codex descriptus est a Iohanne Miskhǵean in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ t. 6 (1892), p. 274 sq.

Rotulus utraque ex parte ornatur fascia crocea binisque lineis rubris. Nomina possessorum, ut supra notatum est, in fine plurium precationum addidit manus altera in spatiis ad ea recipienda puris relictis. Librarii subscriptio in fine legitur: գրեցաւ կիպրիանոս ի քռն|ւոս ի դուռն սբ կարապետին | ձեռամբ աբրահամ ս(ա)րկ(ա)ւ(ա)գին | ի թվ․ ռխ․ « Scriptus est (liber) Cypriani in Khrni ad portam sancti Praecursoris manu Abrahami diaconi anno Armenorum 1040 (A. D. 1590-1) ». Notae conspiciuntur in capite folii aversi *7. 8* cancell. et *VI*.

Capsa lignea corio rubro cooperta, quo rotulus continetur, auro praebet inpressa, et tesseras gentilicias Gregorii XVI Josephque Albani card. bybliothecarii, et numerum codicis *6* corona circum datum tum in superiore cum in anteriore parte.

7 (olim 9). Saec. XIV in., chart., mm. 171×121, ff. I. 250, linn. 20.

1. E p i s t u l a d e f i d e, auctore **Stephano,** ni fallimur ⟨**Siunetsi**⟩, ut intellegitur ex litteris ստեփ (= ստեփաննոս) in margine inf. aliquot paginarum scriptis, sed textus et nomina ss. Patrum in codice relata, ex. gr. Epiphanii in ps. 15 (f. 8), Gregorii Nysseni et Basilii (f. 8ᵛ), Gregorii Nazianzeni (f. 9) haud repperimus in epistulis ad episcopum Antiochiae vel ad Germanum patriarcham Constantinopolitanum, ut exstant in libro cui titulus Գիրք Թղթոց, Սահակ Մեսրոպեան մատենադարան, t. 5, Tiphlis, 1901, p. 323-334, 373–395. Inc. mut. (f. 1) ...անե[...] զսոցայն խոստովանիմք հաւատ յոր դաւանեցաք և մկրտեցաք, և պաշտեմք զգեղեցիկ աւանդութիւն հայրենատուր աւանդութեցն։ « ... confitemur fidem, in qua professi et baptizati sumus, et custodimus bonam traditionem paternarum traditionum »; des.: ... պահեսցես սբն [...]թեն և փառաւորեսցես զորդի և զհայր հանդերձ հոգւոյն սբբ[ով] որ է աւրհնեալ « ... servabis sanct[...] et glorificabis Filium et Patrem cum Spiritu Sancto, qui est benedictus ».

2 (f. 22) **Pseudo-Gregorii thaumaturgi** a n a t h e m a t i s m i XII, quorum textus graecus versioque latina exstant M. P. G. t. 10, col. 1127-1136, interpretatio verso armena recensetur a Garegin Zarphanelean, *Catalogue des anciennes traductions arméniennes,* Մատենադարան հայկական թարգմանութեանց նախնեաց, Venetiis, 1889, p. 377. Inc. a duodecimo ed. graecae: Եթէ ոք ասէ [կար]ծիւք երևեալ զքս աշխարհի և ոչ խոստովանեսցի զնայ մարմնով եկեալ... « Si quis dixerit Christum ficte mundo adparuisse, et non confessus fuerit eum in carne venisse ... »; des.: [... միաւ] որութիւն [...] եալ որպէս գ[րեալ] է նզովեալ ե]ղիցի։ « [...], sicut scriptum est, anathema sit ».

3 (f. 23ᵛ) A n a t h e m a t i s m o r u m XII **Pseudo-Gregorii thaumaturgi** e x p l i c a t i o, cuius textus graecus anathematismis ipsis interponitur in M. P. G. loc. cit., incipiens a primo anathematismo numerationis graecae, quem duodecimum vocat librarius noster: Որպէս արդ[իւ]ք անստացական ասէ զմարմին անեղն անխոցելի է։ « Quomodo ergo quis dixerit corpus increatum, cum increatum vulnerari nequiverit ... »; des.: յաղագս ձեր յամենայն ժամ անուն իմ հայհոյեսց[ի] ի մէջ մարդկանն հեթանոսաց « propter vos semper blasphemabitur nomen meum inter ethnicos homines ».

4 (f. 29) **S. Cyrilli Alexandrini** a n a t h e m a t i s m i, quorum textus graecus cum versione latina exstat apud M. P. G. t. 79, col. 295-312, armena autem

interpretatio in libro inscripto Գիրք Թղթոց, p. 404–406; sed in nostro codice tredecim anathematismi habentur, uno ante communem seriem a monophysitis praemisso. Inc.: Սրբոյն Կիւրղի Աղեքսանդրու Հայրապետին բան հաւատոյ ասացեալ: Որ ոք ոչ խոստովանի մի ած յս քս եւ մի բնութի. եւ ածածին սբ կոյսն մարիամ, նզովեալ եղի(ցի): « Sermo fidei dictus a sancto Cyrillo Alexandriae patriarcha. Si quis non confitetur unum Deum Iesum Christum esse et unam naturam et Dei genetricem sanctam virginem Mariam, anathema sit »; des.: ... ըստ որում կեանք եւ կեն՝ անարար, որպէս գրեալ է, նզով(եալ եղիցի): « ... quatenus vita est et vivificans, sicut scriptum est, anathema sit ». Sequitur (f. 31) alterum breve testimonium eiusdem **s. Cyrilli Alexandrini** de incarnatione Verbi inc.: «Նորին ասացեալ: Եւ (ոչ suprascr.) ասեմք [...] մարմնոյն միայն, որպէ[ս] ոչ ասեմք եթէ կեանք բանին միայն ... « Dictum eiusdem. Nec dicimus [...] corporis tantum, quem ad modum minime diximus vitam Verbi tantum ,..»; des.: զոր հաւ[ատա ...]տան ի կաթողիկէ առաքելակա[ն] եկեղեցի փառաւորելով զամենասուրբ զերրորդութիւնն այժմ եւ միշտ (եւ յաւիտեանս յաւիտենից): « ... quod cred[...] in catholica et apostolica ecclesia, glorificando sanctissimam Trinitatem nunc et semper (et in saecula saeculorum) ».

5 (f. 31ᵛ) Epistula regis **Gagik** de fide ad Romanum imperatorem Byzantinum, in Գիրք Թղթոց, p. 295-301, inc.: Թուղթ Գագկայ Թագաւորի Վասպուրականի առ Թագաւորն յունաց Ռոմանոս վասն հաւատոյ: Հով‹ու›ապետի հանդարտի եւ զգաւնացելոյ ... « Epistula Gagik, regis Vaspourakan, ad Romanum imperatorem graecorum, de fide. Principi pastorum, placido et sapienti ... ». Ultima editionis verba, quae exstant f. 41, l. 14, inmediate et sine titulo sequitur professio fidei: Եւ մեք խոստովանիմք զորդին այ, զբանն ած ... « Nos vero confitemur Filium Dei, Deum Verbum ... »; des. mut. in fine folii aversi: եւ համբարձեալ առ հայր եւ գալոց է (sic) նովին մարմնովն պսակել զուղղ[...] « et ascendit ad Patrem, atque venturus est in sua carne ad iustos coronandos ... ».

6 (f. 42) Post lacunam trium foliorum, quae opusculum Pauli Taronensis continebant, ut videtur, eiusdem **Pauli Taronensis** disputatio adversus Chalcedonenses. Inc.: «Նորին Պաւղոսի տարօնեցոյ յայլում գրոց նորին որ ընդդէմ հերձուածոյն քաղկեդոնի: Ածայինն եւ մեծն առաքելոց պաւղոս գրէ առ կորնթացիսն ասելով. զիմաստութիւն խաւսիմք ընդ կատարեալս: « Eiusdem Pauli Taronensis in alio suo libro, qui est adversus haeresim Chalcedonensem. Divinus et magnus apostolus Paulus scribit ad Corinthios: sapientiam loquimur inter perfectos (I Cor. 2, 6) ... »: des.: ... անա-

ժառնութք մի՛ հաղորդել մեծի խորհրդոյն. եւ մի՛ լինել յուդայ եւ խաչող քի, զոր հոռոմք պոռնկաց եւ չարագործաց համարձակ առնեն: Այս ա[·]ղ ի բազմաց առ ի պետս ատարանեց ւ: « ... nolite magnum mysterium indigne inpertire, Iudas esse et crucifigere Christum, sicut Latini audacter faciunt cum meretricibus et malefactoribus. Hoc [. . .] in multis, ut oportet, retribuetur ». Utrum opusculum hoc et sequentia in editione Constantinopolitana Pauli Taronensis an. 1752 adsint nescimus, quippe qui nequivimus eam conspicere.

7 (f. 65ᵛ) Eiusdem **Pauli Taronensis**, ut notatur in mg. inf., de schismate Iberorum et Armenorum, inc.: Թէ որով ժամանակ[աւ ...]ծաւ չար եւ անաւրէն ժողով[··] քաղկեդոնի, եւ բաժանման վրաց եւ հայոց: «Քառասնե[րորդ եւ] երրորդ ամ էր թուականիս հոռոմոց յորժամ լուսաւորեցան հայք ի հաւատս: եւ աղուանից լուսաւորութեանն հ[·] ամ յառաջ ... « Quo tempore [. . . .] malum et inlegitimum concilium Chalcedonense, atque separatio inter Iberos et Armenos. Annus quadragesimus tertius epochae Romanorum (?) erat, cum fide inluminati sunt Armeni, sexaginta [...] annis ante inluminationem Albanorum . . . »; des. (f. 69): ... սակս այնր ոչ գրեցին ի ծառայէ, արգելին եւ նոքա զհոգեւորն: Այսպէս է ստուգութի իրացդ: « ... quam ob rem non sunt scripti apud servum, inpediunt et ipsi spiritualem. Sic indubitate sunt res gestae ».

8 (f. 69ᵛ) Eiusdem **Pauli Taronensis** adversus usum fermenti et aquae in ss. Eucharistia inc.: «Նորին ընդդէմ այնոցիկ որ ապականեն սբ խորհուրդն ի ձեռն խմորոյ եւ ջրոյ: Ահա յառաջագոյն ծանուցեալ առաքելոցն զապստամբութի հերձուածոյն ի ճշմարիտ հաւատոյն ... « Eiusdem adversus eos, qui conrumpunt sanctum mysterium fermento et aqua. Iam pridem exhibui discessionem haereseos a vera fide apostolorum ... »; des.: զի թէ աւրինակն անխմոր էր, զիարդ ճշմարտութիւնն խմորեալ լինի այժմ յանհանճարից: քի այ մերոյ պատիւ եւ փառք յաւիտեանս: ամէն: « cum exemplar azymus fuit, qua re nunc foret a stultis fermentata veritas. Christo Deo nostro honor et gloria in saeculum. Amen ».

9 (f. 76ᵛ) **Iohannis Mandakouni** de ieiunio, praemisso titulo («Նորին eras.) յոհաննու մանդակունոյ. հայոց կաթողիկոսի « (Eiusdem eras.) Iohannis Mandakouni Armenorum catholici », ut in Գիրք Թղթոց, p. 239 sq. vel cum alio titulo in ed. Veneta eiusdem auctoris operum, Տեառն Յովհաննու Մանդակունւոյ Հայոց Հայրապետի Ճառք, 1836, p. 204–206.

10 (f. 80) **Iohannis Sarkavag** adversus Chalcedonenses inc.: Յոհաննու սրբոյ վարդապետի մականուն սարկաւագի ընդդէմ քաղկեդոնակա-

նայ։ Ով ինչ է անպատեհութիւն կարծեաց այդոցիկ ձերոց, ով իմաստողք, անկարութիւն ասել խառնել կամ միանալ անմարմին բանին ընդ մարմնոյ թանձրամածին ագունի … « Sancti doctoris Iohannis cognomine Sarkavag adversus Chalcedonenses. Quae est absurditas opinionum vestrarum, o sophistae, cum dicitis inpotentiam mixtam seu unitam incorporeo Verbo in corpore crassiore … »; des.: …վն որ[ոյ] ասի, մի քս, ի վերայ ամենեցուն ած աւրհնեալ յաւիտեան « … quam ob rem dixi: unus Christus, super omnia Deus benedictus in saeculum ».

11 (f. 96) Epistula **Gregorii ⟨III Pahlavouni⟩**, Armenorum catholici, quam scripsit frater eius **Nerses ⟨Klayetsi⟩**, ad presbyteros Armenos in districto Yamaykh in Mesopotamia degentes, saepius inpressa inter opera Nersetis, latine apud Iosephum Cappelletti, *Sancti Nersetis Clajensis... opera*, t. 1, Venetiis, 1833, p. 25-79, lingua vero armena in edd. Edšmiadzinensi an. 1865, Թուղթ ընդհանրական… Սրբոյն Ներսէսի Շնորհալւոյ, p. 333-400 vel Hierosolymitana an. 1871 Ընդհանրական թուղթ սրբոյ Ներսէսի Շնորհալւոյ, p. 240-289.

12 (f. 162) Professio fidei auctore **Nersete ⟨Klayetsi⟩**, tunc archiepiscopo, ad Alexium πρωτοστράτορα imperatoris Manuhelis, cum Orientem petiit an. 614 Arm., ut in ed. Edšmiadzinensi, p. 117-144, l. 7; latine apud Iosephum Cappelletti, op. cit., p. 173-194. Editio Veneta epistularum s. Nersetis Տն Ներսէսի… Թուղթք, 1873, p. 296 sq. litteras transmissionis, h. e. usque ad f. 162ᵛ l. 5 tantum continet. Titulus, qui inc. f. 161ᵛ, dat nomen loci ubi scripta est professio fidei, ut vid. […ըե]րդն ամառ[…] կոչեցեալ կլայ « in castello (F. C. Conybeare: Anarhik) - klay nominato ».

13 (f. 188) Professio fidei altera **Nersetis ⟨Klayetsi⟩**, Armenorum catholici, ad Manuhelem imperatorem, ut in ed. Edšmiadzinensi p. 163-196, l. 2; latine apud Iosephum Cappelletti, loc. cit., p. 205-230. Codex noster vero omittit titulum medium Նորին յաղագս աւանդութեանց եկեղեցւոյ « eiusdem circa Ecclesiae traditiones », qui in opp. laudatis legitur p. 177 et 216. Titulum, qui praemittitur f. 187ᵛ, prout longior est edito, integre referimus: Թուղթ խոստովանութե հաւատոյ դարձեալ նոյն իմքն հայաստանեայցս եկեղեցւոյ, գրեալ տն ներսեսի հայոց կաթողիկոսի զոր խնդրեաց ի նմանէ սիրով թագաւորն յունաց մանիլ (sic) հանդերձ պատրիարգաւն, և բոլոր պալատաւն. իբր առ ի վկայութի և հաստատութի վերստին առաջին թղթոյն առ նոսա հասելոյ։ « Epistula professionis fidei altera eiusdem Armenorum ecclesiae, auctore domino Nersete Armenorum catholico, quam petiit pro eius amore imperator Graecorum Manuhel cum patriarcha et toto palatio, ut testimonium et confirmatio ultimae praecedentis epistulae ab eis acceptae ».

14 (f. 216ᵛ) Eiusdem **Nersetis ⟨Klayetsi⟩** responsio ad epistulam Iacobi doctoris Syri, ut in edd. Edšmiadzninensi, p. 318, l. 6 - 333, l. 2 (perperam in duas epistulas divisa) et Hierosolymitana, p. 230-240, l. 6; latine autem apud Iosephum Cappelletti, loc. cit., p. 80-91.

15 (f. 228) Scholia in S. Scripturam, auctore **Vardan** doctore, quibus praemittitur titulus Լուծմունք ի սբ գրոց վարդանայ վարդապետէ ի խնդրոյ բարեպաշտ թագաւորին Հայոց Հեթմոյ։ « Explicationes Vardan doctoris in sanctos libros, rogante pio rege Armenorum Heṭoum ». De hoc opusculo scripsit Evaristus Prud'homme, qui partem gallice reddidit in ephemeride *Journal asiatique*, ser. VI, t. 9 (1867), p. 147-204. Inc.: Հրամանն պատուական ցուցիչ զոր պատուիրեցիք գրել զանուանս խնկարկու կանանցն … « Iuxta venerabile mandatum, quod dedistis, ut scribamus nomina mulierum μυροφόρων… », ibid., p. 156-159, l. 2, deinde transit ad quaestiones de capite ecclesiae, de nativitate Creatoris e Maria, de Deo fonte virtutis et fiduciae; des.: … աւրհնեալ է քո սէրդ զոր ունիս առ մարդիկ, որպէս մեք ասեմք, մեծ ես դու տր։ կարող ես տր։ յաղթող ես ած, նմա պատիւ յաւիտեանս։ « … benedictus est amor tuus, quem habes erga homines, sicut dicimus: magnus es tu, Domine; potens es, Domine; victor es, Deus. Ipsi gloria in saecula ».

16 (f. 231ᵛ) Eiusdem **Vardan** doctoris de sacrificio missae inc. primis verbis tituli instar minio scriptis: Լուր սուղ ինչ և վն խորհրդոյ պատարագին զոր ջերմի սիրեա։ Նշխար կազմի, հին կտակաւք սաղմոսին, աստիճանաւորաց ձեռաւք։ « Audi paululum et de mysterio sacrificii, cuius ardorem dilige. Hostia praeparatur manibus clericorum, cum (cantibus) psalmorum Veteris Testamenti … »; des. mut.: … սբ եղիցի անուն քո. ի վարս կենաց իմոց, որպէս զի տեսցեն զբարի գործսն, և փառաւորեսցեն [նն…] « … sanctificetur nomen tuum in moribus vitae nostrae, ut videant opera nostra bona et glorificent […] ».

Iohannes Miskhǵean codicem descripsit, nn. 2. 3 omittens et inlegibilia non pauca declarans, in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ, t. 6 (1892), p. 339 sq.

Codicem exaraverunt charactere *bolorgir* duo saltem librarii, unus inde a f. 42, l. 3, alter vel alii ff. 1-42, l. 2. Fasciculi exstant viginti duo, quorum plerique sunt seniones, paenultimus tamen conplectitur ff. 14, vicensimus 11, duodecimus decimusque octavus 10, quartus ac sextus 9, primus et ultimus 8. Notae conspiciuntur prima manu scriptae in marg. inf. primae et ultimae paginarum unius cuiusque fasciculi, inde a f. 42, primo fasciculi quinti; perierunt nota prima fasciculi vicensimi et ultima ultimi, foliis deperditis. Manus paulo recentior nec perita notas exaravit բ, գ, դ in ff. 9. 21. 33. Nomina auctorum conpendiose haud raro scripta sunt, non prima manu, atramento pallidissimo in mg. inf. foliorum rectorum; conspeximus ստեփ(աննոս) « Stephanus », գր(իգոր) « Gregorius », գագ(իկ) « Gagik », պաւղ(ոս) տար(ոնեցի) « Paulus Taronensis », յոհ(աննէս) « Iohannes (Mandakouni) », յոհ(աննէս) սար(կաւա)գ « Iohannes Sarkavag », Տր ներս(էս) « dominus Nerses », վարդ(ան) վարդապ(ետ) « Vardan doctor ». Tituli atque litterae initiales inde a

f. 42, l. 3 minio distincta. F. I: *Ex codicibus Ill*(ustrissi)*mi et Excell*(entissi)*mi D*(omi)*ni* | *Ioannis Angeli Ducis ab Altemps* et eiusdem manus: *Lingua Armena;* praeterea notae codicis *Arm. IX* cancell., *VII, N° 7, Arm. 7.* F. 28ᵛ manu librarii: Ողորմեսցի քս ած ստացաւղի (expunct.) սորայ և գրողի (expunct.). ամէն « Misereatur Christus Dominus possessoris (expunct.) eius et scriptoris (expunct.). Amen ». F. 79ᵛ: Ստացողաց գրոցս ողորմեսցի տր յս, և նախնեաց նոցա: « Possessorum huius libri misereatur Dominus Iesus, atque avorum eorum ». F. 216ᵛ: Ստացողաց գրոցս և ծնաւղաց իւրեանց ողորմեսցի տր քս, և գծողին: « Possessorum libri et parentum eorum misereatur Dominus Christus, eiusque qui lineas exaravit ». F. 237ᵛ librarius, qui verbum գթա||գաւորեալ in med. linea 3 scribere intermisserat oscitationeque resumpserat f. 238, notulas posuit in media et ima pagina scilicet ի մէկայլ դէհն գրած է ընկեր բանիդ « in altera pagina scriptum est verbum proximum », atque: Աղաչեմ անմեղադիր լինել, զի երկու անգամ գրեցաւ, և վն այսորիկ այսպէս եղև: և քի այ մերոյ փառք յաւի(տեանս) « Rogo ut excusatus habear, quia bis scriptum est; quam ob rem res ita est. Christo autem Deo nostro gloria in saecula ». F. Iᵛ vac.

F. 248 puro casu codici nostro adiunctum subscriptionem alicuius psalterii continet, quam iuvat referre: փառք համագոյ և միասնակ|ան սբ երրորդութե և միածու(թ)ե(ան) | հաւր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ ամէն: | Գրեցաւ սբ երգարանս դաւթի ի | յերկիրս հնդկաց, ի ծովահայեաց | արքա՛անիստ քաղաքս եքպարապա|տ որ կոչի էկրայ, որ է աթոռ թ(ա)գ(աւո)ր(ա)ցն | հնդկաց, բազմամարդեան և անթիւելի | յորում նմա միայնոյ վայելէ գիտել | զթիւ համարոյ սոցին որ դոյացոյց զ|սոսայ արարիչն համօրէն. ի թ(ա)գ(աւո)րու|թեան Շահ Ջհանին որ է սայ ի ցեղէ | արեան արբու գազանին (ex կ) Լանկթա|մուրին, այր կորովամիտ և բազմահմ|ուտ. յոյժ ագահ և ընչասէր և ան|յագ որ և բազում և անթիւս ի խու|ժադաց և ի գազանաբարոյ ինքնա|գլուխ իշխանաց. և բազում մեծա|մեծ ի հնազանդութի յինք|եան նուաճեալ ունի բռւն զաւրու|թբ. առաւել ահարկու երևեալ յաչս || (f. 248ᵛ) մեծամեծաց և ռամկաց, որ և առա|նց հրամանի սորին ոչ ոք կարէ դանկ | ի միո դաւ կորել: Եւ այժմ թ(ա)գ(աւո)ր|էին. դեռաբոյս մանկանն Շահ աբաս|ին, որ է սայ տիեաւք և հասակաւ փոք|ր. ժդ ամեայ. նման նորաբոյս ծառ|ուկի բողբոջեալ ի նմանու(թե)ն կորեան ա|ռիւծու, զի ոկիդն նաւելոյն յաթոռ | թ(ա)գ(աւո)րութե. համբաւ սորայ տարա|ծեցաւ ամ երկիր. քանզի բազում գա|ռ և իրաւունք որ յաւուրս հաւր սոր|ին առանց դատաստանի տարակոյ|սեալք. իսկ սա զամ(ենե)ց(ու)ն իրաւանցն վճ | հասու լեալ. ուղղապէս իրաւունս | արար ամ(ենե)ց(ու)ն ոչ ի ինքենէ այլ ի վերին | խնամոցն շարժեալ: Եւ ի հ(ա)յր(ա)պ(ե)տու(թե)ն(է) Տն փիլիպոսին սրբազան և մաք|րամիտ հ(այ)ր(ա)պ(ե)տին: Եւ ի յառաջնոր|դութե գեաւղաքաղքիս (sic) մերոյ ջուղ|այոյ Տր խաչատուր քաջ րաբու|նապետին և արհիեպ(իսկոպո)սին. որ է տես [...] « Gloria consubstantiali et unicae Trinitati et Unitati Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Exaratum est sanctum psalterium Davidis in terra Indorum, in regia urbe ad mare sita Ekhparapat, quae Ekray vocatur, ubi est thronus regum Indiae, cuius populus multus est et innumerabilis, cum nemo possit hunc numerum cognoscere praeter universalem creatorem, qui eos efformavit; regnante Šah Džihan (I), qui oriundus est e stirpe ferae sanguine ebriae, Timurlenk (*Lank-i-Ṭamour*). Hic est vir acutus atque doctissimus, valde avarus, divitiarum amator et insatiabilis, qui plures et innumeros principes autonomos, e barbaris et ferocibus, pluresque potentes ad obedientiam magna vi subiecit. Praesertim terribilis videtur oculis magnorum et volgi, quia illo invito ne obolum quidem falso quis potest caedere. Persarum rex novus puer est Šah Abbas, qui aetate ac statura parvus est annorum quattuordecim; veluti novellus frutex floret catuli leonis instar. Fama eius adcessionis ad thronum regni diffusa est in omni terra: pluria enim iudicia et iura in diebus patris eius sine iustitia erant et incerta, ipse autem iura omnium conprehendit atque leges iustas et rectas omnibus facit, haud de suo, sed superna providentia motus. Patriarchatum tenet dominus Philippus (1633-1655), sanctus purusque patriarcha. Episcopatum tenet civitatis patriae nostrae Džoulfa dominus Ḫačatour eximius cleri praeses et archiepiscopus ... ».

Codicis folia, quae propter madorem atramentumque inter se adhaeserant, infelicissime annis 1878-89 disiunxerunt Bybliothecae Vaticanae refectores chartaque translucida cooperuerunt. Mense vero ianuarii an. 1926 magno labore folia quam plurima hac charta iam flavescenti et

infuscata liberata sunt, frustula plus quam centum ad proprium locum reducta, omnia tandem velo serico tenuissimo conroborata, scripturae detrimento quam minimo. Fragmenta quindecim quorum locus incertus remansit in ff. 249 sq., ne quid pereat, conposita sunt, inscripto numero foliorum, quibus antea adhaerebant.

Tegumentum membranaceum in dorso exhibet tesseras gentilicias Leonis XIII et Iohannis Baptistae Pitra card. bybliothecarii, nec non in schedula corii rubri *Vat. 7* et infra *arm.* auro inpressa.

8 (olim Petri a Valle 5, dein 9). An. 1630 (= Arm. 1079), chart., mm. 189 × 137, ff. I. 16, linn. 18.

Historia s. Gregorii inluminatoris, cuius titulus inscribitur Պատմութիւն սրբոյն Գրիգորի մեր լուսաւորչին: Ծննդեան եւ սնընդեանն: Եւ տաւն չարչարանացն եւ ազատելոյն ի վիրապէն: « Historia sancti Gregorii inluminatoris nostri, eius nativitatis et educationis, habitationis eius in tribulationibus et liberationis a fovea ». Inc.: Յետ մահուանն աղեքսանդրի մակեդոնացոյ արշակ քաջ յազգէն պարթևն(ա)ց յինքն գրաւեաց զարևելս ամ: « Post mortem Alexandri Macedonis, Aršak, fortissimus ex populo Parthorum, totius orientis potitus est ... ». Sic incipit vita Gregorii in synaxario, sub die 21 hori, in *Patrologia orientali,* t. VI, p. 309-316 [341-348]; sed hic, post multas discrepantias, sequitur narratio itineris ad imperatorem Constantium et Silvestrum papam, atque translatio reliquiarum Constantinopolim. Eiusdem argumenti est codicique nostro, ut vid., similior codex Mechitaristarum Vindobonensium 224, ff. 320ᵛ-327ᵛ, cf. I. Dashian, *Catalog...*, p. 580. Des.: Նայց զաջն թողել մեզ ՚ի պահպանութիւն և ի պարծանս ազգիս հայոց. և քի փառք յաւիտեանս ամէն: « Dexteram vero nobis reliquit ad praesidium et tutelam gentis Armenorum. Christo gloria sit in saecula. Amen ».

Codex nitide exaratus charactere *bolorgir* uno tantum fasciculo constat. Titulus ac duae primae lineae minio picta. F. Iᵛ, manu saec. XVII: *Vita s. Gregorii Illuminatoris;* manu alt. saec. XVIII *Petri de Valle V. nov. IX* (super *III* ut vid. script.) cancell.; deinde *Arm. IX* cancell. et *Arm. VIII* manu saec. XIX. F. 14ᵛ subscriptio librarii: գրեցաւ ձեռամբ սուտան|ուն և անարհեստ գրչի սիմէ|ոն իրիցու. փետրուարի. ժը. ՚ի | թվին. հայոց. ռհ. թ: ամէն: « Scriptum est manu hypocritae et inperiti librarii Simeonis presbyteri die 18 februarii anno Armenorum 1079 (= 18 februarii 1630). Amen ». F. 15: *Scripta a Simeone Presbytero* | *18. Febr. an, 1089.* (sic) *ch*(risti) *1630.* F. 16ᵛ: *Vita di San Gregorio Lusaueric tratta* | *dal Legendario delli Armeni la qua*[le si] | *deue dare al Ill*(ustrissi)*mo Sig*(no)*r Pietro della Valle* | *dal N*(ost)*r*(o) *R*(everendo) *P*(ad)*re Visitatore G*(enera)*le.*

Integumentum membranaceum, cuius in dors legitur nota codicis atramento scripta *Arm. 8.*

9 (olim 11). Saec. XVIII in. (circa an. 1719), chart., mm. 231 × 162, ff. I. 135.

⟨**Aphraatis Persae**⟩ sermonum versio armena ex codd. Mechitaristarum Venetorum transscripta rogante Ioseph Simonio Assemani, ut videre est in opere cui titulus *Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana,* t. I, Romae, 1719,

p. 557, col. 2. Vacillavit Iohannes Parisot, putans Nicolaum Antonelli ad editionem Romanam an. 1756 praeparandam codicem hunc adhibuisse, apud R. Graffin, *Patrologia Syriaca,* pars I, t. I, Lutetiae Parisiorum, 1894, p. XXXII, n. 1; cf. quae diximus supra, p. 87, de codice Borgiano Arm. 59. Insunt [1] (f. 2) epistula s. Gregorii inluminatoris ad s. Iacobum Nisibenum, [2] (f. 2ᵛ) sermo I, [3] (f. 8) sermo II, [4] (f. 15) sermo III, [5] (f. 21) sermo IV, [6] (f. 26) sermo V, [7] (f. 35) sermo VI, [8] (f. 44) sermo VII, [9] (f. 51ᵛ) sermo VIII, [10] (f. 57ᵛ) sermo IX, [11] (f. 63) sermo X, [12] (f. 66ᵛ) sermo XI, [13] (f. 72ᵛ) sermo XII, [14] (f. 77) sermo XIII, [15] (f. 82ᵛ) sermo XIV, [16] (f. 87ᵛ) sermo XV, [17] (f. 91ᵛ) sermo XVI, [18] (f. 96ᵛ) sermo XVII, [19] (f. 100ᵛ) sermo XVIII, [20] (f. 107) sermo extra numerum, de adversitate et schismatibus, [21] (f. 133ᵛ) index sermonum.

Codex diligenter exaratus binis columnis littera *notergir,* constat fasciculis sedecim, quorum plerique quaterniones sunt, primus tamen, nonus et undecimus terniones, quartus decimus senio. Notae fasciculorum signis armenis numeralibus expressae sunt in margine imo primae et ultimae paginarum unius cuiusque fasciculi, prima et ultima tantum codicis exceptis in ff. 1ʳ et 134ᵛ, quae pura sunt. F. I, manu Ioseph Simonii Assemani: *S. Gregorii Illuminatoris epistola* | *S. Iacobi Nisibeni responsio* | *Item S. Iacobi Nisibeni Sermones* et nota codicis *Arm. X* postea mutata in *XI* et cancell., praeter ea *Arm. IX.* Ff. Iᵛ. 1. 134. 135 vac.

Integumentum, quod corio castaneo constat, auro inpressa exhibet in dorso ornamenta et titulum *s. Iac*(obi) *Nisib*(eni) | *Resp*(onsio) *ad. lit*(teras) | *s. Greg*(orii) *Arm*(eni), in operculis vero scutum Clementis PP. XI. In schedula, saec. XVIII ut vid., summo dorso adglutinata legitur nota codicis *9.* Acies foliorum deaurata.

10 (olim R. 2. 8 [Ottob.]) An. 1301 (= Arm. 750, cf. f. 90), chart., mm. 313 × 222, ff. II, 151 (+ 1ᵃ)

Actus Apostolorum et epistulae catholicae.

1 (f. 1ᵃ) Actus Apostolorum. Praemittitur monitio liturgica de usu primae pericopes Actuum: *Առաւաւտուն ի ժողովրդեանն* (*sic*) *ի սբ կիրակէի զատկին ժողովքին ի նմին սբ մարտիրոսն. Եւ այս կանոն կատարի. Սաղմոս ԿԴ: կցուրդ: քեզ վայելէ աւրհնու(թի): Ընթերցուած ի գործոց առաքելոց սկիզբն:* « Mane in synaxi sanctae dominicae Paschatis congregantur in idem sanctum Martyrium, et hic canon perficitur. Ps. LXIV. Antiphona: Te decet benedictio. Lectio ex initio Actuum Apostolorum ». Post v. 14 (f. 2): *Ալէլուա. ՃԽԵ: աւետ(արան): ըստ մարկոսի: Եւ ընդ առաւաւտս ... և ոչ ումեք ինչ ասացին զի երկնչէին:* « Alleluia. (Ps.) CXLV. Evangelium secundum Marcum (16, 2-8) ». Inde patet librarium lectionarium exarare voluisse, verumtamen inde ab I, 15 textum continuum libri exscripsit, numeris sectionum in margine externo tantum adpositis usque ad *ԷԷ* ut videre est in ed. Zohrabiana an. 1805.

2 (f. 91) Epistulae catholicae. [1] Praefatio ⟨**Euthalii**⟩ in epistulas VII catholicas ut in ed. cit. p. 750, numero stichorum in fine addito:

տունք լէ « Versus XXXVIII ». [2] (f. 92)ᵛ) Epistula Iacobi, praemissis capitulis, quae sine praefatione (f. 92) inc.: *Գիր գլխոց իւրաքանչիւր թղթոյն կաթողիկեայց: Թղթոյն յակոբեայ: ընթերցուածք Ը...* « Series capitulorum unius cuiusque epistulae catholicae. Epistulae Iacobi lectiones VIII... »; capitula fere ut in ed. p. 750; in fine ep. additur: *Տունք ՄԼԷ: գրեցաւ յեմէ առ Հեբ⟨ր⟩այեցիս:* « versus CCXXXVII. Scripta Hierusalem ad Hebraeos ». [3] (f. 100ᵛ) Epistula I Petri, praemissis capitulis, ed. p. 753. [4] (f. 110) II Petri, capitulis praemissis, ed. p. 756; [5] (f. 116) I Iohannis cum capitulis, ed. p. 759; [6] (f. 126) II Iohannis cum capitulis, ed. p. 762; [7] (f. 127ᵛ) III Iohannis cum capitulis, ed. p. 762; [8] (f. 129) Iudae cum capitulis, ed. p. 763; in fine legitur (f. 132ᵛ) *Միահամուռ ամենայն կաթողիկեից թղթոյս տունք: ՌԺԳ: ընթերցուածք. Ժ: վկայութիք* (*sic*) *. ԻԴ:* « Omnium simul epistularum catholicarum versus MXIII, lectiones X, testimonia XXIV ».

3 (f. 132ᵛ) Supplicatio **Euthalii,** ut in adpendice ed. Zohrabianae, p. 29, addito stichorum numero *տունք ԻԵ* « versus XXV ».

4 (f. 134) Ritus pedum ablutionis in Cena Domini, auctore s. **Ephrem,** quem e syriaca lingua transtulit **Gregorius Vkayaser,** fere ut in adpendice Breviarii Veneti an. 1898, p. *ա-ժգ*, omissa monitione *Ըծ սէր է*, p. *Է* sq. Inc.: *Կանոն ոտնլուա* (*sic*) *առնել ըստ որում ասաց սբ մեր յս քս թէ աւրինակ մի ետու ես ձեզ և այլն: Զոր արարեալ է սն եփրեմի խորին ասորւոյ և թարգմանեաց սբ դիտապետն հայոց մեծաց Տր գրիգորիս վկասէր* (*sic*) *որոյ յիշատակն աւրհնութեամբ: ի մեծի աւուր հինգշաբաթին ի հին զատկին զկնի կատարման սբ պատարագին ...* « Ritus, quo perficitur pedum ablutio, secundum quod dixit Dominus Noster Iesus Christus 'Praeceptum ego do vobis etc.'; conpositus a domino Ephrem Magno Syro, translatusque ab archiepiscopo magnae Armeniae Gregorio Vkayaser, cuius memoria sit in benedictione. Magna feria quinta, in antiquo Paschate, post absolutionem s. sacrificii ... »; post orationem super aquam (p. *ժգ*, l. 10) invenitur oratio super oleum, quae, praemissa rubrica *Եւ ապա ասի ի վերա ձիթոյն մեկուսի* « et postea dicitur super oleum seorsum », inc.: *Տրած մեր. որ վասն բազում ողորմութե քո ընկալա զաւծումն իւղոյն ի պոռնիկ կնոջէն ...* « Domine Deus noster, qui propter magnam misericordiam tuam, accepisti olei unctionem a muliere meretrici ... » et des. mut. (f. 148ᵛ) ... *Որպէս զի յամենայնի. և ամենայնիւ*[...] « ... quoniam in omnibus et ab omnibus ... ».

5 (f. 149ᵛ) Non prima manu, sed eodem tempore scripta sunt initia psalmorum, qui canendi sunt per hebdomadam paschalem, nec non in festis Adscensionis, Pentecostes et Transfigurationis.

Codex binis columnis exaratus est charactere *bolorgir* magno et crasso, non tamen rudi, in charta italica, quae signa officinae chartariae exhibet cruculam graecam et litteram *G* in uno eodem folio, apud Briquet, *Les filigranes*..., t. 2, 1907, n. 5427. Ff. I. II. 249. 250 membranacea, modo custodiae inde a prima conglutinatione addita. Fasciculi sunt tredecim, quorum plerique seniones, primus vero, nonus et decimus undecim tantum folia habent sine textus detrimento; octavus quaternio est in fine libri Actuum Apostolorum. Notae, prima manu adpositae in margine imo primae et ultimae paginae unius cuiusque fasciculi, ordinem alphabeti sequuntur ա̄-ի̄; omissae sunt notae anteriores fasciculorum primi et ultimi, posteriores tertii quarti octavi duodecimi. Titulos librorum quandoque adposuit librarius in margine foliorum imo. Numeri sectionum in marginibus externis rubro vel nigro circulo cum simplici tum duplici atramento inscripti sunt. Monitiones liturgicae, tituli, primae sectionum litterae vel lineae minio depicta. F. II antiqua nota *R. 2. 8*, qua codex in bybliotheca Ottoboniana signabatur. F. 1 Act. 4. 23 պատմեցին - 29 ծառա[յից] continet, post f. 10, primi fasciculi ultimum, perperam scripta propter falsum bifolii flexum. F. 89ᵛ librarii subscriptio: Եւ քի այ մերոյ | փառք յաւիտ|ենանս ամէն։ | Արդ գրեցաւ գործք առ|աքելոցն. և կ|աթողիկէք | ձեռամբ յոգն|ամեղ դաւթի || (f. 90) ի թուիս ՉԾՆ | ի մայրաքաղ|աքիս փերուժ | կոչեցեալ։ ընդ | հովանեաւ սր | առաքելոցն | մաթէոսի և | բառնաբայ։ Արդ աղաչեմ | զամենեսեան | որք կարդայք | կամ աւրինակ|էք յիշեսջիք | և մեղաց թող|ութի խնդրեց|էք ինն (l. ինձ) մեղաւ|որիս դաւթի | և ծնողաց իմ|ոց։ Այլ և | յիշեսջիք զյ|ակոբ քահան|ա և զգրիգոր | միայնակեց | պկոտն կոչեց|եւ (*sic*) որք են տանուտերք տանս։ | ընդ նոսին և | զսպասաւորքս | սր եկեղեցւոյ | զմեծ յակոբ և | զմաթէոս որք | են քահանայք։ | յիշեսջիք զգործաւորքս զյով|աննէս սարկաւ | ազ (*sic*): և զպարոն|ին միանգ։ | և տր ած յիշողաց|դ ողորմեսցի։ | ընդ նմին և զներսէս | սարկաւագ։ (ultimae duae lineae postea scriptae): « Et Christo Deo nostro gloria in saecula. Amen. Haec scripta sunt sc. Actus Apostolorum et Catholicae (epistulae) manu peccatoris David, anno 750 (= A. D. 1301-2) in magna urbe quae vocatur Perusia, sub praesidio sanctorum apostolorum Matthei et Barnabae.[1] Et nunc obsecro (vos) omnes, qui legeritis vel transscripseritis, memores estote et veniam peccatorum petite mei peccatoris David et parentum meorum. Sed et memores estote Iacobi presbyteri et Gregorii monachi Pkot vocati, qui sunt superiores domus, cum quibus et ministrorum sanctae ecclesiae presbyterorum Iacobi Magni et Matthei. Item memores estote opificum, Iohannis diaconi et baronis insimul. Et Dominus Deus memorum miserebitur. Et cum eis Narsetis diaconi (memores estote) ». F. 90ᵛ litteris *notergir* saec. XVII, ut vid.: իա. օրն. դեկտեմբերի առի մէկ գաւքս | ըւդկէր (?) ի լվր կս հոգւոյ անն անուշայ ես տր պետրոս վկ(այ)։ « die vicensima prima decembris accepi un(... ?): libras (*lvr*) duas pro anima cuiusdam Anouč; ego dominus Petrus testis ». F. 134 in fine epistularum catholicarum librarii invocatio: Զմեղապարտ | գծողս յիշեա՛ աղ|աչեմ. և ած յիշ|ողացդ ողորմեսցի։ « Sontis scribae memor esto, quaeso, et Deus conmemorantium miserebitur ». F. 150 manu saec. XVII: *Ex codicibus Joannis Angeli | Ducis ab Altaemps | Acta Apostolorum et epistolae Canonicae | Lingua Armena*. Codex olim signatus est D. III. 9 in domo Ottoboniana,[2] ut docet descriptio saec. XVIII, quae legitur in cod. Ottob. lat. 2544, f. 9: « Altro, scritto à due colonne in lingua Armena, con titolo fuori, Acta Apostolorum, et Epistole Canonicę ». Eiusdem temporis eiusdemque originis videtur esse codex epistularum s. Pauli bybliothecae Dominici, nunc apud capitulum Perusinum, cf. quae scripsit Alexander Bellucci, apud G. Mazzatinti, *Inventari dei manoscritti delle Biblioteche d'Italia*, vol. II, Foro Livii, 1892, p. 172.

Integumentum membranaceum tesseris gentiliciis ornatur Leonis XIII et Iohannis Baptistae Pitra card. bybliothecarii auro inpressis.

[1] I. e. apud ecclesiam nationalem armenam, cui Leo II rex Armeniae dono dedit an. 1279 codicem liturgicum, postea s. Blasii in Urbe, de quo vide sis A. Mai, Vat. lat. 9566, f. 152.

[2] Codex sine nota citatur inter Ottobonianos a Bernardo Montfaucon, *Bibliotheca bibliothecarum nova*, t. I, Parisiis, 1737, p. 184: « Liber Armeniacus antiquus bombycinus ».

11 (olim 16, 3, 13). Saec. XVII, chart., mm. 270×208, ff. II, 74.

1 Horologii pars prior usque ad officium horae nonae. [1] (f. 1) Ad nocturnum psalmi 3, 87, 112, 142 ut in brev. Ven. p. 3. 7, praeconium Զարթուցեալքս « Exsurgentes nos ... » p. 10, hymnus Առաւօտ լուսոյ « Mane ad lucem ... » p. 11, oratio Զքէն գոհանամք « Gratias tibi agimus ... » p. 14, orationes quattuor ad finem officii noctis ut in ed. p. 118, notandum tamen primam legi orationem in officio tonorum primi ac tertii, secundam in officio tonorum primi tertiique obliquorum et sic deinceps. [2] (f. 4ᵛ) Ad matutinam horam, praemisso titulo անկից զլցալք առաւաւտու։ inc. ut in brev. Ven. p. 119, deinde, omisso trium puerorum cantico, oratio Ա(ւր)հնեցէք « Benedicite ... » p. 122, praeconium Եկեալքս ամենեքեան « Qui hic omnes convocati sumus ... » ibid, oratio pro martyrum festis Յաւղեայ Տէր « Effunde, Domine ... », oratio pro diebus dominicis et festis Domini Հզաւր յաղթող « Potentem, victricem ... » ibid., praeconium post magnificat pro diebus dominicis cum oratione Դու ես թագաւոր « Tu es rex ... » p. 125, cantus ante s. evangelii *μυροφόρων* lectionem p. 125, praeconium post eamdem lectionem Զուարճացեալքս « Exsultantes ... » p. 133, oratio Ամենապայծառ ճշմարիտ « Perinlustrem, veram ... » p. 134, praeconium Սր զածածինն և զամ(ենայն) սրս բարեխաւս արասցուք « Sancta Dei genetrix et omnes sancti intercedant ... » et orationem Ընկալ տր « Suscipe, Domine ... » p. 124; praeconium post ps. 50 Երկիր պագեմք քեզ « Adoramus te ... » in brev. Ven. p. 135, precationes pro festo Resurrectionis Ողորմած գթած « Piam, misericordem ... » ibid., pro diebus abstinentiae Ողորմութբ և գթութբ « Misericordia et clementia ... » p. 136, pro festis martyrum Բարէխուսութբ (*sic*) և աղաւթիւք « Intercessione precibusque ... » ibid., hymnus Փառք ի բարձունս այ « Gloria in excelsis Deo ... » p. 137, proclamationes invitatoriae de pace Ասասցուք ամենեքեան « Dicamus omnes ... » p. 148; praeconia in festis apostolorum, prophetarum et Rhipsimitarum Ած մեծ հզաւր փառաւորեալ « Deus magne, fortis et gloriose ... » p. 149, in festis patriarcharum et doctorum Առաջնորդք եղեն մեզ « Duces nostri fuere ... » p. 150, in festis martyrum Ընծրզնութի(ւն) սրբոց մարտիրոսացն « Passionem sanctorum martyrum ... » ibid., in festis nativitatis (D. N. I. C.) et dormitionis s. Dei genetricis Մայր ս(ուր)բ սքան-չելի լուսոյն « Mater sancta mirabilis lucis ... » p. 152, pro diebus abstinentiae Փառաւորեցուք զամենակալն ած « Deum omnipotentem glorificemus ... » p. 153, oratio Գոհանամք զքէն տր ած մեր « Gratias agimus tibi, Domine

Deus noster ... » ibid.; deinde, post mediam paginam vacuam, praeconium Մ̄ս լսելի լինելոյ ա̄ն ա̄յ ձայնի աղաչանաց մերոց « Ut exaudiatur a Domino Deo vox precum nostrarum ... » p. 154; praeconium post ps. 112 Մ̄ս խաղաղութե(ան) ա̄մ աշխարհի « De totius mundi pace ... » p. 161 cum oratione sequenti; pss. 5, 89, 129, 142, 153 et duo ultimi vv. ps. 85 ut in ed. p. 165–167; precatio seu մաղթանք pro diebus abstinentiae Խաչ քո եղիցի մե̄ղ ապաւէն ա̄ր յ̄ս « Crux tua nobis sit refugium, Domine Iesu ... » p. 175 cum praeconio et oratione sequentibus; psalmi pro festis sanctorum 114, 115, 116, 53 et duo ultimi vv. ps. 85; precatio pro festis sanctorum Մ̄ս խաչի քո պատուականի « Propter venerandam crucem tuam ... » p. 173 cum praeconio et orationibus duabus in ed. sequentibus; denique, pro dominicis diebus, ps. 112, praeconium absolutorium Խնդրեսցուք հաւատով միաբանութը ի ա̄նէ « In fide unanimiter quaeramus a Domino ... » p. 158 et oratio ‹Քում ամենազար և հրաշալի յարութե̄ղ « Omnipotentem tuam ac mirabilem resurrectionem ... » p. 159. [3] (f. 13) Ad solis ortum p. 176–185, canticis tantum omissis. [4] (f. 16v) Ad horam tertiam, p. 186–191, solo hymno omisso. [5] (f. 18v) Ad horam sextam, ut in ed. p. 191–195, ps. 50 plene scripto, omissis vero cantibus p. 191 sq. et ps. 40. [6] (f. 21) ad horam nonam ut in ed. p. 196–204, iterato ps. 50, omissis ut supra hymnis et cantibus pp. 196, 198, 200–203.

2 (f. 24) Liturgia missae. Additur (f. 43) evangelium sec. Ioh. I, 1–14.

3 (f. 44) Missae de tempore secundum missale ordinis Praedicatorum a prima dominica Adventus usque ad diem nativitatis D. N. I. C., ut videre est in libro cui titulus *Missale sacri ordinis Praedicatorum* ... Մէսալ որ է պատարագամատոյց որէնաւորին կարգին եղբարց քարոզողաց ..., Romae, 1728, p. 1-17, non nullis tamen diversis. Ex orationibus solae insunt conlectae propriae; introit., gradualia non semel inperfecta sunt, post evangelium nihil additur, uno excepto offertorio. [1] Dominica I Adventus, introitus omittitur post titulum Ժամամուտ, Rom., grad., Matth. 21, 1-19, benedictio in fine missae « Benedictio Dei omnipotentis ... » [2] (f. 44v) Dominica II Adventus, intr., oratio post verba Զարթոյ զօրութիւ քո և եկ ի կեցուցանել « Excita potentiam tuam et veni ad salvandum », Rom., grad., Luc. ex dom. prima; [3] (f. 46) Dominica tertia, intr., oratio, I Cor. 4, 1–5, grad., Matth. 11, 2-10; [4] (f. 46v) feria quarta IV temporum, in qua indicat codex conmemorationem s. Luciae virginis, intr., oratio, Is., grad., oratio, Is., grad., Luc., offert.; [5] (f. 48) feria sexta IV temporum, intr., Is., grad., Luc.; [6] (f. 48v) sabbato IV temporum, intr., Is., grad., Is., grad., Is., grad., Is., grad., Dan., grad., oratio, II Thess., grad., Luc.; [7] (f. 51) dominica quarta, titulo praeeunte Ծննդեան et in margine կիրակի, Philip. 4, 4-9 ex dom. tertia

lectione tamen longiore, grad., Ioh. ex dom. tertia; [8] (f. 51v) in vigilia Nativitatis, cum titulo վիճիլ ծնընդեան, Is., Rom., grad., Matth.; [9] (f. 52v) ‹In die Nativitatis, ad primam missam›, intr., Is., Ti., grad., Luc.; [10] (f. 53v) ‹ad secundam missam›, Is., 61, 1–7; Ti., grad., Luc.; [11] (f. 54v) ad tertiam missam, praemisso titulo Ճաշոյ « ad prandium », Ps. 97, 1; 96, 1; Is. 52, 6–10; Heb., grad., all., sequentia, Ioh.

4 (f. 57) Evangelia *μυροφόρων*, Matth. 28, 1–20; Marc. 15, 42–16, 8; Luc. 23, 50-24, 12; Ioh. 19, 38–20, 18.

5 (f. 60v) Lectiones in missis pro defunctis e missali ordinis Praedicatorum, op. laud. p. 67–71: Apoc. 14, 13; Ioh. 6, 54 sq.; 1 Thess. 4, 13–18; Ioh. 11, 21–27; II Macch. 12, 43–46; Ioh. 5, 25–29.

6 (f. 62) Missa s. Stephani protomartyris secundum missale ordinis Praedicatorum, ibid., p. 236 sq.: intr., oratio, Act., grad., Matth.

7 (f. 66) Horologii pars posterior [1] Ad horam vespertinam: omittuntur precatio Օրհնեալ Տէր « Benedictus Dominus ... » p. 213, antiphonae seu մեսեդիք p. 213-218, cantus Սուրբ Աստուած « Deus sancte ... » p. 219; praeconia duo p. 220 sequuntur oratio Հայր գթած « Pater clemens ... » praeconium Եկեալքս ի խոստովանութիւն « Nos qui ad confessionem ... convocati sumus ... » et oratio Տ̄ր Ա̄Ծ փրկութե մերոյ, « Domine Deus salutis nostrae... » quae post orationem Manasse dicuntur in feriis magnae quadragesimae, cf. Brev. Ven. p. 165, precatio, praeconium et oratio p. 222 sq., orationes Թագաւոր խաղաղութե̄ « Rex pacis ... » et Պահպանեա զմեզ « Custodi nos ... » p. 224. [2] (f. 71) Ad horam pacificam hymnus Շնորհեա մեզ ա̄ր « Concede nobis, Domine ... » p. 231, precatio, praeconium, orationes p. 232 sq., precatio, praeconium, oratio p. 236. [3] (f. 72v) Ad horam quietis, post psalmodiam paucis tantum vv. partibus indicatam, precatio, praeconii prima verba et oratio p. 255.

Codicem recensuit Iohannes Miskhǵean in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ, t. 6 (1892), p. 342 sq.

Ff. 44-56 binis columnis exarata. Monita liturgica minio scripta, initiales litterae rubro vel caeruleo pigmento distinctae. Fasciculi novem, omnes quaterniones praeter octavum decem foliorum, litteris cursivis maioribus latinis A-I notantur in angulo inf. int. primi folii; aliae notae in imo margine: ա̄ f. 7v, բ̄ f. 8. 15v, գ̄ f. 16. 23v, Ա̄ f. 47v, Բ̄ f. 48. 55v. F. I manu Angeli Mai: *Breviarium, | Missa, | cum aliquot lectionibus* et antiquae notae codicis *3, 16* bis script. et semel cancel. *Arm*(eno). *XIII* cancell. *Arm. XI.* Ff. Iv. II. 43v. 56v. 63v. 64. 65. 73v. 74 vacua.

Integumentum membranaceum, cuius in anteriori pagina scriptum est atramento pallido *Offic*(ium) *divinu*(m) *et Misse* (sic).

12 (olim 14 et 13). Saec. XVI, chart., mm. 195×111, ff. I. 25, linn. 20.

Formulae medicinales, quas interpretari non valemus, post titulum rubrum fere evanidum inc.: *Ֆասլ* (= فصل) *մգ ուռն։ ովլոմուլ հազնեայն քամիայ։ որ կու ուռցանի։ կուքին [··]սկրքըն։ ծընդերն։ ուռի։ միսն թափվի։ է սայ դէղն։ համճոյ մաթառի կուլի տակէն։ ինայ դ̄ արակն։* des: *մարդի որ տալման նինիս ա̄ թօլայ նահար դուր ա̄ թօլ(ա)յ։ քուն նըման․ չաղն։ առու̄ր չուրի գլխվի․*

Brevem codicis notitiam dedit Iohannes Miskhģean in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ, t. 6 (1892), p. 343.

Codex charactere *notergir* mediocriter exaratus est. Margines exterior et interior unius cuiusque paginae linea rubra definiti. F. I, manu saec. XIX: *Scriptus est in Armeno vulgari* | *constat 50 pagg.* F. 1 in margine inferiore: *Arm.* (*XIV* et *XIII* cancell.) | *XII* et manu saec. XVII: *videntur medica quaedam* cancell. F. 25ᵛ probationes calami. Ff. 10ʳ. 22ᵛ vac.

Integumentum membranaceum, cuius in dorso legitur *Armeno. 12* super frustulum corii rubri auro inpressum.

13 (olim 4). An. 1592 (cf. f. 30), chart., mm. 236×183, ff. 48. linn. 18.

1 (f. 10) Professio fidei, quae primum an. 1595 latine et arabice, deinde vero an. 1596 armenice tantum, iussu Clementis VIII typis mandata est Romae, duplici titulo praeeunte ut sequitur: Կարճառօտ է դաւանութենէ (sic) սբ̄ հռոմայ ծխայր|տէ որ լատն հռովմականն առուրբ աթոռ|ոյն յառաջ արկեալ լատն կա|թողիկէ եկեղեցն յարեւելեայց | լատն միաբանելոյն | սբ̄ հռոմայ եկեղ|եցւոյն։ *Breuis Orthodoxae fidei professio, quae ex praescri|pto Sanctae Sedis Apostolicae ab Orientali|bus ad Sacrosanctae Romanae Ecclesiae* | *vnitatem venientibus facienda* | *proponitur.* Textus armenus bis repetitur in lineis parallelis alterna vice litteris latinis et armenis, insuper latina translatio de verbo ad verbum decem primis lineis supra scribitur. Inc.: *Credo toto corde et confiteor ore quòd unus* e(st) *Deus uerus... hauadam pòlòròu sèrdiu jéu Hostuanim piranòu vr miê Astuaz gesmarit ...* *Հաւատամ* (sic) *բոլորով սրտիւ․ և խոստովա|նիմ բերանով որ մի է ա̄ծ ճշմարիտ․․․*; des.: *hostouanim ieu hauadà*(m) *Astuaz ieu ertenum ieu aispes Astuaz ins Aracnuertiesse ieu ais surp auedarancs Astazu ...* *Խոստովանիմ և հաւատամ ա̄ծ* (*յ* praemisso alt. man.) *և երդնում* (sic) *և* (cancell., *դի* infra script. alt. man.) *այսպէս ա̄ծ ինձ առաջ|նորդեսցէ և այս սբ̄ աւետարանքս աստուծոյ։* « ... Confiteor, credo in Deum et iuro; sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei evangelia ». Codex videtur exemplar, quo usi sunt ad editionem praeparandam, multas enim parvas conrectiones praebet, quae inpresso textui respondent, exceptis tantum ulti-

mis lineis, post nomen papae, in cod. *տր̄ գրիգոր ողորմութբ̄ն ա̄յ․ պապ․ դ̄ժան* « Dominus Gregorius misericordia Dei papa XIV », in editione vero *տր̄ կղեմէնթոս ողոր̄մ ա̄յ ը̄․րդ փափին* « Dominus Clemens misericordia Dei VIII papa ». Subscriptio professionis habetur (f. 30) *Ես* (*sic*) *մարտոս* (*sic*) *արհիպիսկոպոս աղթամարցի* (*sic*), *եկի․ ի յռոում* (*sic*) | *քաղաք․ կարդացի, և ուխնեցի, և դաւանայ* | *սբ̄․ դաւանութի որպ(էս) ի վերն․ առաջ տն̄ մեր սանդն սրբւին․ ի թ(ուականն) ռխ̄ձ̄ա̄։ յունիս ամսոյն ԺԷ* « Ego, Martos, archiepiscopus Ałtamarensis, in urbem Romam veni, legi et secutus sum (?) et professus sum sanctam professionem, quae supra est, coram domino nostro (Cardinali) sanctae Severinae, anno 1592, die 17 mensis iunii ». Sequitur adnotatio latina: *Die 15 Junij 1592 Mardarius Archiep*(iscop)*us Actamar supradictam s*(anct)*ae* | *fidei professione*(m) *in manibus Ill*(ustrissi)*mi et R*(everendissi)*mi Car*(dina)*lis S*(anct)*ae Seuerinae Armenior*(um) | *Protectoris Interprete Bartholomeo Abagaro, et Alexio et Jacobo Scand*[ar] | *Armenis, et R*(everendissi)*mo Ep*(iscop)*o Sidoniensi et aliis testibus p*(raese)*ntib*(us), *emisit, et...* (ultima verba cultro glutinatoris resecta perierunt).

2 (f. 30ᵛ) Professio fidei ⟨Tridentina⟩, apud Denzinger-Bannwart, *Enchiridion symbolorum...* ed. 10, Friburgi Brisgoviae, 1908, nn. 994-1000, disposita ut supra, litteris armenis et latinis armenice bis scripta, cum textu latino n. 994 tantum, h. e., confessionis Nicaeno-Constantinopolitanae. Inc.: *Professio sanctae fidei. Tauanitiun surp hauadüe.* *Դաւանութի սբ̄ հաւատոյ։* *Ego Nominatus N... Jes anun ais...* *Ես, անուն այս ...*; des.: *... zi zaisuesig araxnuertiesse ins astuaz ieu ais Astazusurp Auedaranes Amen. ...* *զի զայսոսիկ առաջնորդեսցէ ինձ ա̄ծ և(ւ) այս Ա̄ցու̄ր* (sic) *Աւետարանս։ Ամէն։*

Codicem descripsit Iohannes Miskhģean in ephemeride Հանդէս ամսօրեայ, t. 6 (1892), p. 343.

Codex exaratus est litteris *notergir* reclinatis. F. 10 nota in marg. sup. *Vide infra p. 21* h. e. f. 30ᵛ. F. 2 nota codicis *Arm.* (*IV* cancell.) *XIII.* Ff. 1. 2ᵛ-9. 36-48 vacua.

Integumentum e corio rubro confectum in paginis externis operculorum exhibet tesseras gentilicias Pii VI et Francisci Xaverii de Zelada card. bybliothecarii.

14. Saec. XVII, chart., mm. 189×128, ff. I. 55. linn. 20-22.

⟨Commentarius in Danihelem⟩, praesertim ex Ephremo Syro et Hippolyto in modum catenae, ut vid., conflatus, inc.: *Մերձաւորք մեր եղբարք և որդեակք յաւժարեցին զհեռաւորութիւնս մեր մերձ տանել մերձաւորաց հոգոյն ա̄յ և զտկարութիւս մեր զաւրացուցանել տե̄ր զաւրացելովքն․ և զհիւանդութի մեր բժշկել վարժելովքն ի բժշկապետէն ք̄ի ա̄յն մերոյ։*

մս որոյ եղբարք որ ը(նդ) մեզ են կամեցան մատակել մեզ մեծ յուսով ի բաղձալին ամենասուրբ հոգւոյն և ի ցանկալին հոգևղէն զուարթնոցն ի յարդար և ի մեծն դանիէլ։ Առաջնորդ ունելով և ճրագ ճ(ա)ն(ա)պ(ա)րհի. զած ընկալ լուսաւորիչքն այսմ մատենի. զսքանչելելի ասորին զեփրեմ. և զհիպողիտոս զհռոմայ հայր(ա)պ(ե)տն. և զարդուզաւակն հայաստանեայցս. եկեղեցոյ զպսակեալն ստեփանոս սիւնեաց առընթեր միմեանց դնել... « Proximi nostri, fratres et filii, desideraverunt discessus nostros propinquos fieri pro iis qui Spiritu Dei proximi sunt, et inbecillitatem nostram conroborari per eos qui a Deo confortati sunt, et infirmitatem nostram sanari remediis principis medicorum Iesu Dei nostri. Quam ob rem fratres qui mecum sunt voluerunt nos cum magna spe in desiderabili sanctissimo Spiritu et in optabilibus spiritualibus angelis laborare in iustum et magnum Danibelem. Duces habuimus et luces in via, inluminatores Deo adceptos in hoc libro, mirabilem Syrum Ephrem, Hippolytum Romanum patriarcham et decoram prolem Armeniae, ecclesia coronatum Stephanum Siunetsi, quos ordine disposuimus ... ». Λήμματα conspiciuntur եփ(րեմ) « Ephrem » ff. 8. 18ᵛ. 25. 26. 40ᵛ. 41. 41ᵛ; յ(ո)հ(աննէս) « Iohannes (Chrysostomus) » f. 18ᵛ; հ(ի)պ(ողիտ) « Hippolytus » ff. 25ᵛ. 26ᵛ. 30 bis. 39ᵛ. 42; յպ, ut vid., etiam « Hippolytus » f. 25ᵛ; ստ(եփանոս) « Stephanus (Siunetsi) » f. 26; մեթ « Methodius » f. 26ᵛ. Titulos habent visio II f. 6, IV f. 13, <V> f. 18ᵛ, VI f. 37. Des. in clausula, quae vel auctoris est, vel antiqui librarii: ... և հաճոյ երևեալ այ և սբ եկ(ե)ղեցոյ ամօթով և անհաճոյս որքան յինէնէ։ Այլ և եղբայրքն որ ը(նդ) մեզ շատ հարկեցին զմեզ ... և սկսաք ի .չ. ժզ. թուկն. ի (վ delet.) սբ վերապին և կատ(ա)րեց(ա)ւ ի .չ. ժէ. առ(ա)ջի սբ և փառաւոր նահ(ա)տ(ա)կի սբ ըստ(ե)փ(ա)ն(ո)սին. ի սբ ուխտ(է) աղձոց վանիցս յառ(ա)ջնորդու(թ)ե երեմիայ գովելի ասպնջականի և գոհանալի և եղբ(ա)րց. Արդ աղ(ա)չեմ զամ(ենե)ս(ի)ն սիրովն քի զպատահե(ա)լսդ ներել սղալանաց մեր յամ իրս. և զորս ի գիրքս այս ի խնդրել այ մեզ ող(ո)րմ(ու)թ(ե)ի և թողու(թ)ե մեղ(ա)ց և յամ երախտօր պանոն(ա)ր(եա)ց սադունին սմպատայ քրթին պռաւշոյ և ամ բնակչաց երկրիս. և եղբօր մերոյ ներսէս վ(ա)րդ(ա)պ(ե)տին որ և զնայ աշխատեցաք ի գիրս. և ա(ւր)հ(ն)եալ է քս ած ի սբս իւր և յ(ի)լ(ագո)րծս ի բոլոր և ի մասն(ա)ւոր ընդ (cod. հնդ) հաւր և ամենայսբ հոգոյն յաւիտեն|ն|անս յօիտենից ամէն։ « ... et adparens tantum Deo et sanctae Ecclesiae amabilis quantum coram se sordidus et iniucundus. Fratres vero nostri, qui fortiter coegistis nos ... Incepimus anno 716 (= A. D. 1267-8) in (monasterio) sanctae Fossae (*sourb Virap* i. e. fossae s. Gregorii inluminatoris) et finitum est (opus) anno 717 apud sanctum et gloriosum athletam Stephanum in conventu Ałdšikh, praesidente Hieremia qui pro hospitalitate laudandus est, dum fratribus quoque gratiae persolvendae sunt. Nunc rogo omnes per caritatem Christi ut indulgeant obviis erroribus nostris in omnibus rebus atque in hoc libro, et ut a Deo petant pro nobis misericordiam et veniam peccatorum ac pro benefactoribus Panonarikh, Sadoun, Sěmpat (*sic*), Khěrt, Prauš et omnibus habitantibus terrae, nec non pro fratre meo Nersete doctore, quem occupavimus in libro. Benedictus sit Christus Deus in sanctis suis et in operibus suis, generatim et singillatim, cum Patre et sanctissimo Spiritu in saecula saeculorum. Amen ».

Codicem charactere *notergir* mediocriter exaratum efficiunt fasciculi quinque, quorum primi tres continent folia 12, quartus 14, ultimus 4. Duae primae lineae et tituli minio picta. Numeri capitum manu recentiore adiecti sunt in marginibus atramento pallido noni f. 31ᵛ, decimi f. 37, undecimi f. 42, duodecimi f. 47, decimi tertii f. 49ᵛ. F. 1: *Codicetto in lingua ar|mena, e carattere corsivo, | Commentario delle setti|mane del Profeta Da|niele, offerto dal sig. Luigi | Volta, della Parrocchia | di S. Maria Draperis in | Pera di Costantinopoli, a | SS. Leone XIII, e dal S. | Padre trasmessa alla Bi|blioteca Vaticana, nuova | memoria del suo Giubileo | sacerdotale. | V. Album della predetta | Parrocchia f°. 64, n. 9.* [1] | *I. Carini Pref*(ett)*o*.

Integumentum, quod corium castaneum nigro pigmento maculatum cooperit, conmendant ornamenta in operculis et in dorso auro inpressa.

15 (olim S. Officii). Saec. XVIII post med., chart., mm. 272 × 195, ff. 135.

I Tractatus de divinatione, in principio mutilus, ubi geomantia vel ars punctatoria perpetuo astrologiae miscetur. Cum materia valde abstrusa sit et parum cognita, pleniorem descriptionem damus, difficultatibus tamen non omnibus superatis, cum menda orthographica saepe interpretationem dubiam reddant verbaque arabica persica turcica litteris armenis translata non semper dignoscere liceat.

1 (f. 1) Tabula, forsitan mutila certe omni explicatione carens ob prima folia deperdita inc. distributione sedecim signorum geomantiae quaternorum: ≐ ≐ ≐ ≐ այս դ կերպս ձայնաւորք են « haec quattuor signa sunt vocalium ». In ima pagina nomina quattuor elementorum numeris conparantur: ա | հուր · ժ || օդ · ճ ||| ջուր · ռ |||| հող « I: ignis. X: aër. C: aqua. M: terra ».

2 (f. 1ᵛ) Tabula 160 loculorum, per 16 lineas et 10 columellas, in quibus notae numericae armenae ա-ժբ (1-12) varie disponuntur. Praecedunt in margine sinistro numeri, quos dicimus arabicos, 1-16, et signa astronomica, h. e. stellarum

[1] Loc. cit. legitur: *Luigi Volta | Domenica Volta | offrono, al Santo Padre Papa | e Re Leone XIII, | un libro « Commenta|rio sopra le Settima|ne del Profeta|Daniele »*, *scritto | in Caratteri Arme|ni circa l'anno | 1400.*

errantium et nodorum, adscendentis scilicet et descendentis. In duabus columellis praeviis habentur signa geomantica et notae numericae Arabum communiores ١-١٦. Tituli inponuntur signis geomanticis: *կերպարանք են* « figurae sunt » et *նշանք է* « signa sunt ». Columellae, quae numerantur *ա-ժա* titulos habent turcicos superius, inferius armenos, quos non omnes intellego: *Ամենի վար: Ամէն:* « ... Unus quisque » i. e. numerus; *Նախառի վար: Խուզածու:* « ... Quaesitor »; *Պուվաթի վար: Ուժ* (l. *ոյժ*) *ունի:* « Vim (قوّة) habet. Vim habet »; *Սապաղի վար: Խօսք զրուց:* « Conversationem (? صحبت) habet. Verba conversationis »; *Քարահի վար: Ուրախութի:* « Infaustum (قره) habet. Gaudium »; *Թարպի վար: Զէն* « Gaudium (طرب) habet. Arma »; *Շարաֆի վար: Ի զառ մուրատ հասրու:* « Honorem habet. Mourat paratus est ut emergat »; *Հուպուտի վար: Յացուտի* (*sic*): « Humiliationem (هبوط) habet. Humiliatio »; *Զապալի վար: Մեղք ունի:* « ... habet. Peccata habet »; *Խըրատի վար: Հագեղ զինչ մուրատ ունի:* « ... habet. Mourat aliquid... habet »; *Վախելի վար: Զի այս մուրատ հասրու լինի:* « Voluptatem (*վայելք?*) habet, quia Mourat hoc obtinuit ». Tabella videtur pertinere ad significationem signorum geomanticorum in singulis duodecim loculis communis astrologorum schematis.

3 (f. 2) Tabella per 16 lineas et 12 columnas disposita. In columna praevia, titulo inposito *Ըշքալներն* « signa (اشكال) », geomanticas figuras habes et geometricas ✳ □ △ ☍ ☌, quarum significatio in columella undecima exprimitur *թաստիս* (*sic*, alias *թասթիս* et *թասդիս*) « hexagonum (تسديس) », *թարպիհ* « tetragonum (تربيع) », *թաթլիթ* « trigonum (تثليث) », *մուղարին(այ)* « coniunctio (مقارنة) », *մուղապիլ(ա)յ* « obpositio (مقابلة) ». In columellis vero 1-10 et 12 numeri scribuntur 1-16, qui videntur esse loculorum schematis. Tituli sunt: *Պօղուն տուրով: Օճի վար:* « Culmen (اوج) habet »; *Պուվաթի վար:* « Vim (قوّة) habet »; *Կալամի վար: Սուղի վար: Նիթըւկի վար: Էրըն-մակի վար: Հապուտի վար:* « Humiliationem habet »; *Սախիֆի վար: Խըրատի վար: Ըսլատի վար:* Haec tabella ad schema astrologorum spectat, i. e. circulum cum trigono, tetragono et hexagono inscriptis, cuius forma repperitur tum infra, f. 9ᵛ, cum apud Franciscum Iunctinum, *Speculum astrologiae*, Lugduni, 1581, p. 39.

4 (f. 2ᵛ) Tabella de interpretatione figurarum in explorando anno, mense, hebdomada, die, hora, praemissa monitione *Խիստ լաւ է եթէ որ գիտանաս* (cod. *գիտանս*) *ով եղբայր իմ՛ տես զինք և իւր զիմացն* « Optime erit, o frater meus, si sciveris hanc figuram et quod continet ». Tabellae explicatio inc. (f. 3): *վասն աւուրն շաբթուն • ամսոյն • և տարուն շաքլերն* ⁝ *աւուր շաքլին տասթն • ա̄ •* ⁞ *բ • տան աւուրն շաքլին տասթն բ̄ ...* « De figuris (شكل) diei, hebdomadae, mensis et anni: ⁝ ut signum diei numerus (عدّة) I; ⁞ in secunda domo, ut signum diei, numerus II ... ».

5 (f. 3ᵛ) Tabella de significatione stellarum errantium, ut vid., per sedecim lineas et septem columellas disposita: in columna prima notae Arabum numerales indicant domus seu loca figurae divinatoriae, praemisso titulo *Տունն է* « domus est », in aliis vero columellis signa geomantica conspicies inpositis titulis *Տալիպն է* « quaerens (طالب) est »: *Մատլուպն է* « quaesitum (مطلوب) est »; *Նազարն է* « adspectus (نظر) est »; *Նութխն է* « conloquium (نطق) est »; *Իթթիսալ* « coniunctio (اتّصال) est »; *Ինֆիսալն է* « separatio (انفصال) est ».[1] Ad dexteram partem tabellae quaedam de diebus faustis et infaustis in mense lunari; ad inferiorem vero partem signa stellarum errantium et quaedam turcice litteris tamen armenis.

6 (f. 4) Capitulum de quaesito ex arabico opere, ut demonstrat initium: *Դուռն վասն մատլուպի: Յանուն այ գթածին և ողորմածին: տես թէ մէկ մատլուպ թէ ուր նստէր եթէ մատլուպն իւր տեղն նստինէ գիտացիր որ ուղածդ քովդ կու գայ ...* « Porta (= caput, cf. باب) de quaesito. In nomine Dei clementis misericordis. Vide quod una quaeque quaestio habet ubi sedet. Si cognoscis locum sedis quaesiti, tendis ad partem ubi est ... ».

7 (f. 4ᵛ) Tabula significationis singulorum sedecim signorum pro quaestionum diversitate; tituli columellarum sunt: *կերպարանք են* « signa sunt », *Անուանք է այս* « nomina (signorum) », *Գունեերն է այս* « de coloribus », *Ձևք և կերպարանքն է այս* « de speciebus et adspectibus », *Համն է այս* « de gustu », *էքն* (*sic*) *և որձ է այս* « de masculo et femina », *կողմանքն է այս* « de finibus (regionis) », *չարն և բարին է այս* « de malo et bono », *Դախիլ է և խարիճ է այս* « de ingrediente (داخل) et egrediente (خارج) », *Քաղաքին է այս* « de civitate », *Կեցուածքն է այս* « de habitu (corporis) », *Ծեր է կորիճ և տղայ է* « utrum senex an vir an puer sit ».

8 (f. 5) Tabula de relatione signorum cum quattuor temporibus anni inc.: ≐ *Ամռան վերքն* (*sic*, pro *վերջն*) *է* « ≐ aestatis finis est ». Iungitur tabula de tempore et spatio, quae signis indicantur, inc.: *Դուռն որ գիտանաս թէ մատլուպն ՚ի քանի տաէթն կու գայ. թ̄. տանն կերպն. ժբ̄. տան կերպ տես թէ որնէ* (l. *որմէ*) *լանէ այն է:* ≐ *Այս ե̄ օր եշքթ ե̄ ամիս կ(ա)մ ը̄ ամիս: ա̄ թիլ է:* « Caput quo cognosces quem numerum (عدد) habeat

[1] Cf. Carra de Vaux, *la géomancie chez les Arabes*, apud Paulum Tannery, *Mémoires scientifiques*, t. IV, Lutetiae Parisiorum, 1920, p. 308.

quaesitum in domo IX vel in domo XII, speciemque quantae longitudinis sit. ≡ significat dies quinque, feriam quintam, quintum mensem vel octavum mensem; est una palma ».

9 (f. 5ᵛ) Tabella secundum menses per columnas distributa, per lineas vero secundum signa stellarum errantium et signa geomantica, quae bina bina illis iunguntur, omissis ÷ et ⋮, inc.: ♈ *մարտ ։* ♄ ≡ ÷ *հպութ այ(ս) ընկածութիւն)։* ♈ (aries) martius; ♄ (Saturnus) ≡ ÷ lapsus (هبوط) ».

10 (f. 7) Tabula per sedecim columellas et sedecim lineas distributa secundum signa geomantica et numeros domorum, in qua numeri continua serie per lineas scribuntur, ita tamen ut primus numerus unius cuiusque lineae idem sit atque in primo loculo post diagonalem lineam in linea praecedente. Haec tabula adhibetur ad numeros inveniendos, quos in quacumque domo significant singula signa.

11 (f. 7ᵛ) Caput de stellis errantibus sine titulo inc.: *Այսպ(է)ս գիտել զի ատ բայց յայտնութիւն սոցայ պարտ է գիտել զնթհանուրսն* (*sic*). *այսինքն· զսեռ (աստեղա)ցն զտեսակս զտարբերութիւնս զատուկս* (?) *և զպ(ա)տ(ա)հմունս ։* « Ad cognoscendam adparitionem earum, oportet scire generalia (?), h. e. genera stellarum, species, differentias, ... (?) et concursiones earum ... »; des. ... *զի յանժամ* (sic) *զօրութի մօլորականացն առատապէս ազդէ 'ի ստորայինսն հովէ և գեջ ընթանալն (արեգ)ական նուազի և ը(նդ) հետեւիլն աճէ զարատահոսումն և զանդրահոսումն ծովուն պատճառ է յամեն կենդանակերպ կենայ բ օր և ընու զնթացս իթ օր իւրաքանչիւր ամսոյ ըն(թ)անս ամ կենդանակերպին ։* « ... quia virtus stellarum errantium abundantius operatur in inferiora frigido et humido (elemento), sol decrescit et consequenter crescit effluvium et superabundantia maris. Qua de causa uni cuique zodio duo dies maneant, cum adimpletur numerus (?) dierum novem et viginti unius cuiusque mensis (lunaris), in progressu omnium zodiorum ». Exstat (f. 8) figura conplectens circulos octo cum signis et nominibus zodiorum ac stellarum errantium, nominibusque dierum hebdomadae apud congruentes planetas. Sequuntur (f. 8ᵛ) paucae lineae de characteribus annorum in periodo annorum duodecim et divisio zodiorum in masculina et feminina.

12 (f. 9) Caput de zodiis mobilibus et fixis (cf. v. gr. *Opus geomantiae completum,* Lugduni, 1625, p. 10-14) inc.: *Յաղագս շարժուն և անշարժ (նշան)ից ։ Խոյն, խեցգետին, կշիռն, Այծեղջիւր շարժոն* (sic) *են սոքայ ։* « De signis mobilibus et fixis. Aries, Cancer, Libra, Capricornus mobilia sunt ... »; des.: ... *մազմզուկ զօհալին* ♄ *փուշն ու կեղեւն ու ճղերն մարիխին է* ♂ *ծաղիկն* ♀ *զօհրային է պտուղն մուշթարուն* ♃ *տերեւն* ☽*ին լուսնին կուտն օտարիտին* ☿ : « ... radicellae Saturni (زحل) spina vel cortex vel rami Martis (مرّيخ), flos Veneris (زهرة), frutex Iovis (مشترى), folium Lunae, acinus Mercurii (عطارد) ». Sequitur in eadem pagina series signorum geomanticorum quaternorum, quibus significantur dies, menses, hebdomadae, anni.

13 (f. 9ᵛ) Figura orbiculata, cuius circulus interior formas triangularem, quadratam hexagonalemque includit, exterior vero fert nomina septem planetarum quinquies scripta, zona vero media in XII sectiones dividitur, quae zodia continent et numeros XXVIII mansionum lunae, ut vid. Supra rotam stant signa XVI geomantica, infra vero brevis legitur explicatio quae ad hanc paginam an ad sequentem pertineat nescio, inc.: *Ա՛ս իրաց որ ի ձեռն պահէ և ասէ թէ զինչ է դու զարկրմանն և զանազան կերպիւ քն(ն)եա...* « De rebus, quas tenet (quaerens) in manu (sua), et dicit 'quid sit', tu et variis figuris require ... ».

14 (f. 10). Tabula in sex columnas et sedecim lineas distributa, de quaerenti, de quaesito, de conspectu, de conloquio, de unione, de separatione, ut in f. 3ᵛ.

15 (f. 10ᵛ) Tabula de significatione signorum geomanticorum secundum quasdam circumstantias; hi sunt columellarum tituli, quos non omnes intellego: *իր անձին և ամրին ։ մալին և ընկերոջ գալ ու իրաց ։ ազգի և սիրելեաց ճանապարհ եր(ա)ցի ։ մուլքի հօր և թաղածի ։ տղէ սիրողի խապարի ։ հիվանդի և կորուստ ծառայի ։ զողի կնկան ընկերոջ չար կամի ։ փախուստ մահու և զողածի ։ ճանապարհի հաւատոյ էչ մի երազի ։ պարոնի մանսուպի չար* (in cod. *չար*) *բանի ։ ումոտի* (?) *սիրելեաց և սիրողի ։ չար կամի չորքոտանեաց գնտ(ա)նի ։ տալիպի և իր նաֆսի ։ մատլուպի ղայիպի գալ ու իրաց ։ միզան տարին դատաւորի ։ աղապեթի ճանապարհի ։*

16 (f. 11) Rota in octo sectiones divisa ad diem mensis inveniendam, cuius explicatio inc.: *Օ՛այս բոլորակիս մէջ կայ հեսապներն ճալալու ղայիպին հեսապներն որ 'ի ամէն ամիս ...* « In hoc circulo sunt numeri (حساب) magnitudinis (? جلائل) absconditae (غائب), numeri qui sunt in uno quoque mense ... ».

17 (f. 11ᵛ) Tabulae vitae et mortis ad cognoscendum exitum aegritudinis; explicatio inc.: *Եթէ կամիցիս գիտել պհիւանդն թէ մահու է թէ կենաց...* « Quando scire vis utrum aeger vixerit vel moriturus sit ... ».

18 Tabella de peregrinationibus utrum bonae sint an malae inc.: *Ա՛ս ճ(անա)պ(ա)րհի բարւոյ և չարոյ կալ զանուն ճանապարհորդի ...* « De itinere bono vel malo; sume nomen viatoris ... ».

19 (f. 12) De sanguine detrahendo inc.: *Յորժամ կամենաս արիւն առնել տես որ (լուսն)ին 'ի փո(խե)լ լինի...* Cum volueris sanguinem mit-

tere, vide an luna in mutatione sit ... ». Sequitur tabula dierum et planetarum, additis nominibus arabicis Շէմս « sol » (شمس) etc.

20 (f. 13) Praemissa (f. 12v) tabella de cursu lunae per duodecim zodia secundum duodecim menses anni solaris, caput de significatione astrologica zodiorum inc.: Խոյն ունի 'ի մարդ զգլուխ. զերեսն. և զոր ի նմայ այգվանք. Եւ (աշխարհ)է ունի զպարսիկս ... « Aries in homine habet caput, faciem, et quod ei evenit mane; in mundo habet Persas[1] ... »; des. Փառք մարդասէրին ա՟յ որ յայտնեաց զայս ա՟մ ազգաց և ա՟մ մարդկանց. Ամն: « Gloria Deo hominem diligenti, qui haec revelavit omnibus gentibus et omnibus hominibus ».

21. Rotae tres in schematibus quadratis inscriptae, quorum in angulis leguntur nomina quattuor elementorum persice (ff. 14 et 15) խաքի « terra (خاك) », աբի « aqua (اب) », պատի « aër (باد) », նարի « ignis (نار) » vel armenice (f. 14v) Հող, Ջուր (sic), Հով, Կրակ. Praecedit (f. 13v) formula introductoria: Եւ կայ բազում սքանչելի 'ի այսմը բոլոր(ա)կներս եթէ կարօղանաս իմանալ զայս բոլորակներս և այս պուրճն և զխանա և զթարպիհն և զմապալն և զթաթլիթն և այլ որ ինչ գրած կայ բովանդակ. իմաստ(ա)ս(?)ով կարօղանաս բազում սքանչելիս (sic) առնել և փառք յաւիտեանս յաւիտենից ամէն: « Sunt quoque multa mirabilia in his circulis. Si vales hos circulos intellegere et zodia (برج) et domus (خانة) et tetragonum et ... et trigonum et alia scripta, adest utilitas. Si intellexeris per Deum, poteris multa mirabilia facere. Gloria autem (Deo) in saecula saeculorum. Amen ». [1] (f. 14) Rota quattuor circulorum in duodecim sectiones divisa, quarum una quaeque continet figuram zodii, unius cuiusque stellae errantis, qualitatem climatis, nomen mensis et signa geomantica bina inc: ♂ ♈ Ջերմն: մարտ: ÷ ա ≐: պ(ու)րճ: « Mars. Aries. Martius. ÷ ≐. Primum zodion ». Sequitur in ima pagina explicatio quaedam: Օ՟ի սայ ցուցանէ զամիսն զպուրճն և զիւրեանց եղանակն եւ զկենդանակերպ եւ ըզմօլորականսն թէ որ ըզօրն տիրէն զու եւս կարքաւ (sic) իմացիր: « Hoc demonstrat menses, zodia (برج) et eorum tempora, zodia et stellas errantes, quomodo dominantur. Tu quoque per ordinem intelleges ». [2] (f. 14v) Rota, qua recapitulantur adspectus astrologici, in qua scil. scribuntur schemata hexagona duo, tetragona tria, trigona quattuor, diametri sex, ut videre est apud Augustum Bouché-Leclercq, *l'Astrologie grecque*, p. 173. Rota duodecim semicirculis circumscribitur, quorum unus quisque continet signum unius zodii uniusque stellae errantis nec non binas figuras geomanticas. E duodecim radiis

[1] Indicationes chorographicae e Paulo Alexandrino derivare videntur, cf. A. Bouché-Leclercq, *l'Astrologie grecque*, Lutetiae Parisiorum, 1899, p. 332.

sex dextri inscriptionem ferunt մուղ(ա)պիլ(ա)յ « faustum (مقابلة) », sex sinistri որ է չար կամ « quod malae voluntatis est ». Explicatio notae in ima pagina inc.: Եռանկիւն. △ այ(ս) մեկէն 'ի տուն հայի. կ(ա)տ(ա)ր(եա)լ սէր: « Trigonum pertinet ad quintam domum cuiusvis. Amor perfectus ». [3] (f. 15) Rota novem circulorum in duodecim sectiones divisa, quibus inscribuntur notabilia astrologica zodiorum, praesertim domicilia, altitudines et deiectiones stellarum errantium[1] inc.: Խորան կոչի Լ̅ պատրէ ա̅ տէլ էճէ և մի սաքիքէ: Խոյն ÷ ♂ ≐ Լ̅ տէրէճէ որ է հրային: ♄ իա տ(է)ր(է)ճ(է) որ է հ(ու)պո(ւ)տ: Խամսխս: ☉ ١٩ տ(է)ր(է)ճէ: ♀ ո(ւ)սապալն: խանայ ☽ խ(ա)րիպ: ♀ շ(ա)ր(աւ) տուն: « Tabernaculum vocatur XXX ... I gradus (درجة) et I momentum (دقيقة), Aries, ÷ Mars[2] ≐, XXX gradus, qui est igneus.[3] Saturnus: in gradu XXI deiectio (هبوط). ... Sol: in gradu XIX ⟨altitudo⟩. Venus... Domus (خانة) Lunae aliena. Veneris domicilium per ordinem (?) ». Explicatio schematis in ima pag. inc.: Ամէն մէկ պուրճ ٣٠. տէրէճէ է և ամէն տէրէճէ ٦٠. տաքիքէ է որ է մոտն և ամէն տ(ա)խ(ի)խ(ա)յ (sic) Կ̅ թմլին է որ է մասանց մասըն ... « Unum quodque zodium (برج) XXX graduum (درجة) est et unus quisque gradus LX momentorum (دقيقة), i. e. *motn* (vid. legendum *masn*, « pars ») et unum quodque momentum LX scrupulorum est, i. e. pars partium ... ».

22 (f. 15v) Series significationum signorum geomanticorum inc., ÷ ⩧ ÷ այս ձիու կնկան կերպ է ... « ÷ ⩧ ÷ hoc figura est equi, mulieris ...; des.: ≐ ⁙ (sic) ÷ այս մաղարանեբու կերպ է: Փառք ա՟յ արարչին յամենայնի յաւիտեանս յաւիտենից Ամէն: « ≐ ÷ ÷ hoc est figura cribellorum. Gloria Deo creatori in omnia saecula saeculorum. Amen ».

23 (f. 16) Explicatio significationum unius cuiusque signi geomantiae inc.: ա ≐ Լահեան անձին է և նէֆսին է և իրէն կու հարցն է կորուստ է որճէ նիաթն բարի է դ̅ օրն կատարի նահան խարիճ: կրաք (sic) է: « I. ≐ Barba (لحيان): personae et animae (نفس) est, et rei, de qua fit questio, destructio est. Est masculinum (signum). Bonae naturae (نهاد) est. Die quarto terminatur. Secretum (? نهان). Exiens. Ignis est ». Maculae pigmenti flammei purpurei vel

[1] Cf. A. Bouché-Leclercq, op. cit., p. 192-199.
[2] Domicilium habet in ariete, A. Bouché-Leclercq, op. cit., p. 188.
[3] Cf. Carra de Vaux apud Paulum Tannery, op. cit., p. 305.

rosei ut videtur ad quattuor elementa dignoscenda additae sunt, sed scripto male respondent.

24 (f. 16ᵛ) Capitulum breve de foetu concepto inc.: *Եթէ կամիցիս գիտել թէ մարդ յորժամ սաղծաւ* ... « Cum vis scire quo tempore homo conceptus sit ... ».

25 (f. 17) Caput de mutationibus (انقلاب) inc.: *Ինդիլապ վ̄ն քաղաքի և բերդի զ̄ ա̄ տունի* ... « Mutatio de civitate et castello in sexta vel prima domo (schematis geomantici) ... ».

26 (f. 17ᵛ) Caput de praecipuis significationibus unius cuiusque geomantici signi inc.: *Ա̄ն այն որ այսօր զամէն է հվալն ճամ առնես յետև այս- որ ամէն տանն շարս դրաք դրանէր որ հետ մեկ մեկի մէհիլ ունենան 'ի մաղն․ եթէ 'ի մուփեղն տեսնուս գիտենաս որ յայնմանէ 'ի խէր կամ շառ է։* « ... scis quia ab eo bonum (خير) vel malum est ». Sequuntur consilia de variis quaestionibus, quorum primum (f. 20ᵛ) de somniis inc.: *Ա̄ն երազ տես թ̄ տուն կ(ա)մ գ̄ կ(ա)մ իւրեանց թէքրար թէ բարե* (sic) *է թէ չար* ... « De somnio vide nonam domum vel tertiam vel earum repetitionem (تكرار) utrum bonae sint an malae ».

27 (f. 23) Figura humana signorum relationes demonstrans cum partibus corporis humani, sine titulo.

28 (f. 23ᵛ) Caput de significationibus signorum, praemisso titulo *պատմուի ժզ̄ մշաքլին* « Commentarius XVI signorum (مشكل) ». Inc.: *ա* ≡ *Լ̄աճեան որ է առաջին տան տ̄ր ի յարեստայց ունի մեծամեծքն ի կարդացողացն վերփխկոպոսքն և վ(ա)րդ(ա)պետք* ... « I. ≡ Barbatus, qui est dominans primae domus, inter mirabilia habet maiores inter lectores (melius videtur corrigendum in *կարգացողաց* 'ordinatos'), i. e. episcopos et doctores ... »; des.: *Լաւ ի մտի քում պահեա զայս այլ ով սիրելի իմ։* « Bene in spiritu tuo serva hoc aliud, o dilecte mi ».

29 (f. 25) Folio uno deperdito, caput aliud de proprietatibus signorum inc. mut. in paragrapho de tertio signo seu ÷: *երկր(որ)դ չոր է․ համ դառն և գէշ իրք* ... « secundum aridum est, sapor amarus et res malae »; des: *փառք անճառելին այ̄ իմ(ա)ստ(ո)ւ̄ի շնորհողին մ(ա)րդոյն այ̄։ Ամէն։ առաջի տունն անձին է երկրորդն մահլի է։* « Gloria Deo ineffabili, Deo qui dat sapientiam homini. Amen. Domus prima personae est, secunda loci (? محل) est ».

30 (f. 29) Schema astrologorum commune, ut v. g. in libro cui titulus *Opus geomantiae completum,* Lugduni, 1625, p. 38. Praemittitur series numerorum I-XVI

per quattuor columellas dispositorum, praecedentibus titulis *հարցանօղն* « quaesitor », *խորհրդի* « mysterii », *եղբարց* « fratrum », *հայրենեաց* « patriae ».

31 (f. 29ᵛ) Distributio signorum XVI quaternorum secundum elementa et qualitates climatum, binorum secundum stellas errantes et dies hebdomadis, inc.: *Այս դ̄ ջրային* ≡ ≡ ÷ ⁝ « Haec quattuor aquosa sunt ≡ ≡ ÷ ⁝ ».

32 (f. 30) De variis quaestionibus per geomantiam solvendis capitula quaedam inc.: *Գուռ որ գիտանաս զկուսութիւն մարդոյ։ Եւ կնոջ* (sic) *զկուսու̄ի աւիրացէ թէ ոչ դու տես առաջի տունն այս* ÷ *նստի․ կ(ա)մ այս* ≡ *կ(ա)մ այս* ÷ ... « Caput quo scies virginitatem viri et mulieris. Virginitas est perdita si videris sedens in primo loculo hoc ÷ vel ≡ vel ÷ ». Tituli sunt: *գուռ վ̄ս երազ հանելոյ* « Caput de explicatione somnii »; *գուռ վ̄ս հեռաւորի քալոյ* (sic) *համար* « caput de praevisione longae peregrinationis »; (f. 30ᵛ) *գուռ վ̄ն կին առնելոյ։* « caput de uxoris ductione »; *գուռ վ̄ս զաւակի լինի թէ ոչ։* « caput de foetu, utrum sit an non ».

33 (f. 31) Tractatus de significatione stellarum errantium in praevisione mortis, inc.: *Աղագս* (sic) *մարդոյ թէ որով մահու մեռանիցին։ ☉ ի ծնունդ առնու և մեռանի* « De homine qua morte morietur. Sol: nascitur et moritur ».

34 (f. 31ᵛ) Tractatus brevis qui Abdah prophetae tribuitur, praemisso titulo *Այս ըռ(ա)մս ապտ(ա)հին է* « Hoc est geomanticum (رمل) Abdah », inc.: *Գուռն Ապտահին բան իմանալոյ։* ≡ *Զառողջութիին* (sic). *իր անձին* ... « Caput verbi Abdah intellegendi. ≡ Salus. Res personae ... ». Sectiones distinguuntur (f. 32) *Ա̄ն ճանապարհի* (sic) *չար թէ բարի* « de itinere bono aut malo »; *գուռ վ̄ն տղայի լինի թէ ոչ։* caput de puero, utrum sit an non »; *գուռ վ̄ն երազի* « caput de somnio »; *գուռ վ̄ն գողի* « caput de latrone »; (f. 33) *վ̄ն ճանապարհորդաց* « de itinerantibus »; *գուռ վ̄ն կործանման* « caput de destructione »; *գուռ վ̄ն հ̄ւանդի* « caput de aegroto ». Notanda est tabula (f. 32ᵛ) in qua litterae arabicae cum signis geomanticis conponuntur tum singulae cum binae inc.: ≡ ا *Ֆ ունի ա̄։* ا: ≡ *պէ բ̄ սաս ունի ղ̄* ب س ... « ≡ *alif* habet I. ا. ≡ *bê* II et *sas* habet XC. ب س ... »; des.: *ըռամըս այս ապտահ մարգարէին է։* « Hoc geomanticum (رمل) Abdah prophetae est ».

35 (f. 33ᵛ) Caput aliud sine titulo inc.: *Յորժամ ըռամն զարնես․ ըռամին մարէրի․ այսմպս* ⁝ ⁝ ⁝ ⁝ *գայ* ... « Cum arenam (رمل) percutis, arenae ... ⁝ ⁝ ⁝ ⁝ sic est ... ».

35 (f. 34[v]) Distributio signorum XVI secundum non nullos auctores, qui sunt Abdah propheta, Bēsdah propheta, Danihel propheta; Iacobus *nahapet,* pater Abraham, rex Zorobabel, Sahak *nahapet,* Melchisedech presbyter, Isaias propheta, Aharon presbyter, Ionas propheta, Moyses propheta, Iosue propheta, Salomon propheta, Saray (?), Idris. Explicatio brevis in imo f. 36[v] inc.: *Ո՞պ որ ըռամլոր տասն եւ վեց տուն է նման ա(յս)պ(է)ս եւս վարժապետք սորայ ժզ են…* « Sicut geomantici loculi sunt sedecim, ita quoque magistri (geomantiae) XVI sunt … ».

36 (f. 37) Figurae hominis duae ad interrogationes de aegritudinibus, quarum figurarum explicatio inc.: *Եթէ կամիցիս գիտել դհիւանդին ուր տեղն կու ցաւի…* « Si velis scire ex quo loco laboret aegrotus … ». Des. tractatus de geomantiae (f. 38): *Զի այս ըռամլս ՚ի մէջ վարժապետաց գովելի է եւ դու ի միտ քում հաւաքեայ* « Cum haec geomantia (رمل) apud magistros conmendatur, tu quoque in spiritu tuo conlige ».

II Tractatus de astrologia, praemisso titulo *մաս մի երկրաչափութեան* « pars una geometriae ».

1 (f. 49) Sectio de stellis errantibus inc.: *Ասեն իմաստասէրք ո՞պ պղատոն. եւ կ(ա)մ արիստոտէլ. եւ ո՞պ մօվսէս. կ(ա)մ սօկրատես. կ(ա)մ դէօնիսիօս արիսպագացի եւ թէոդորոս սամոսատացի եւ որպէս իմաստունն սողոմոն կ(ա)մ աղեկսանդր թագաւորն եւ այլ բազում փիլոսոփայք զի կամեցան ասել թէ այսպ(է)ս պարունակ է յերկինք* (sic) *եւ յերկիր* (sic)… « Dicunt philosophi, sicut Plato et Aristoteles, sicut et Moyses, vel Socrates, Dionysius Areopagita, Theodorus Samosatenus, et sicut sapiens Salomon vel rex Alexander et multi alii philosophi, quod oportet dicere caelum et terram orbes esse … ». Tituli capitum sunt: *վս ☽ եւ ☉ խաւարելոյ* « de eclipsibus lunae et solis »; *դուռ ՟բ զոր յիշեցեալք են իմաստունք վսն լուսնին* « caput II in ea quae memorant sapientes de luna »; *՟գ դուռն զոր յիշեալ են վս ♂ին* « caput III in quo agitur de Marte; *չորր(որ)դ դուռն զոր յիշեալ են վսն ☿ին* « caput quartum in quo tractatur de Mercurio »; *հինգերր(որ)դ դուռն զոր յիշեալ են վս ♃ոյն* « caput quintum in quo agitur de Iove »; *վեցերր(որ)դ դուռն յիշեալ են վսն ♀ին* « caput sextum (in quo) agitur de Venere »; *եօթներր(որ)դ դուռն յիշեալ են վս ♄ին* « septimum caput (in quo) agitur de Saturno ». Sequuntur [1] (f. 53[v]) benedictio in honorem ss. angelorum inc.: *Որ եւ սիրեցեալք ամենայսուրբ երրորդութեն հոգիք հարկ(ա)ւորք Գաբրիէլ. Միքաէլ…* « Sancti et a sanctissima Trinitate dilecti, spiritus ministratores, Gabrihel, Michahel … »; [2] (f. 54[v]) formulae magicae, ut vid., de una

quaque stellarum errantium inc.: *Երբ կամիս բան մի տանել յառաջ արեգականն ասէմ* (sic) *զափրան. չամչախունկ…* « Cum volueris verbum facere coram sole, dices *zaphran. čamčahounk* … »; [3] (f. 55) alia de septem stellis errantibus inc.: *Դ(ա)րձ(եա)լ ցուցանէ զմօտաւորիլն* (sic) *ամ աս(տե)ղին…* « Iterum ostendit adpropinquationem omnium stellarum … »; [4] (f. 55[v]) tabula conpendiorum astronomicorum et aliquot aliorum inc.: *Յաղագս* (sic) *նշանայ գրոց: Յերկինք* (sic) *♀ք: Յերկիր* (sic) *♁ր…* « De signis scripturae: caeli ♀, terra ♁ … ».

2 (f. 56[v]) Auguria secundum XII horas dierum hebdomadis in septem tabulas distributa, auctore, ut fertur, **Anania Širakatsi.** Explicatio inc.: *Էս զայս սահաթլամէն անանիեայ* (sic) *շիրակացուն է որոյ բազում իրաց պիտոյ է…* « Haec est tabula (?) horarum (*sahatlamēn* ساعت نامه) Ananiae Širakatsi, quae multis rebus utilis est … ». In principio unius cuiusque tabellae conspiciuntur signa, quae forsitan e scriptura arabica derivantur, ibique leguntur quaedam arabica litteris armenis, ut plurimum male transscripta. Sequuntur sectiones duae de amuletis conficiendis.

3 (f. 61[v]) Tabulae mensium astronomico-astrologicae duae: [1] tabula decem columnarum, quae inc.: *Ամիսկ հռ(ոմայեցւո)ց: Մարտ:* « Menses Romanorum. Martius ». *(կենդանակերպ)ք: ♈* « Zodia. Aries ». *զոտիք* (sic) *(արեգակ)ան են: ☉ ♂ ♀* « Sunt zonae (?) solis: Sol. Mars. Venus ». *(աշխար)հագրոյն է: Պարսիկ գլուխ* « Chorographia est (secundum Paulum Alexandrinum): Persae primum ». *☉ ը(նդ)պ(է)ս անցանէ: Խոյն եղջիւրին:* « Sol: quomodo transit. In Ariete: per cornua »; h. e. loca zodiorum per quae transit sol. *☉ ը(նդ) որում զօտիք են: ճ.մ.յ.ն.շ.ո:* « Sol: quomodo sunt zonae (?) ǵ. m. y. n. š. o. (sequuntur litterae senae senae ordine directo, postea inverso) ». *☉ն. քանի (աստիճա)ն բարձրանայ: իդ ռ:* « Sol quot gradibus exaltatur. XXIV ». *տիւն քանի ժ(ա)մ եւ գիշերին քանի ժամ: տիւն ժբ եւ գիշերն ժբ:* « Quot horae sunt diei, et quot horae noctis. Diei XII et noctis XII ». *☉ քանի թաւալում առնու: կճկ:* « Sol quot revolutiones habet. CCCLX ». *☉ քանի պատերազմանայ: ճձ ռ:* « Sol quantum obponitur. CLXXX » (numeri huius columnae dimidiam partem efficiunt numerorum columnae anterioris) ». [2] (f. 62) Tabula octo columnarum, quae inc.: *Ամիսկ: Մարտ:* « Menses. Martius ». *Աւուրք:* 21: « Dies. 21 (sic per omnes menses, februario excepto cui 19 adscribuntur) ». *ժամք գիշ(եր)ի:* 12: « Horae noctis. XII ». *Մասունք ժամուց:* 720: « Partes horarum (sexagesimales): 720 ». *Մասունք որոց տիրեն մոլորականք:* 60: « Partes (horarum sexagesimales) in quas dominantur (stellae) errantes: 60 ». *ժամք տիւնջականն:* 12: « Horae diurnae. 12 ». *Մասունք ժա-*

մուց։ 720: « Partes horarum (sexagesimales): 720 ». Մոլորականք որոց տիրեն հրայհայելիք։ 90 « (Stellae) errantes, in quas diurnas (partes horarum) dominantur: 90 ».

4 (f. 63) Tabulae duae dominationis stellarum errantium in horas diurnas pariter et nocturnas unius cuiusque hebdomadis diei. Praeit (f. 62ᵛ) explicatio quae inc.: Ըղագս (*sic*) *ժամուց որոց իշխեն մոլորականք։ զմի ժամն ունի մասունս ունի զժամն ˥ երբ գիշեր կամ տիւն ունի (որպէս) տիրեն իւրաքանչիւր մոլորականք ԽԵ մասանց …* « De horis in quas dominantur (stellae) errantes. ... cum nox vel dies sex horas habent (?), dominatur una quaeque (stellarum) errantium in XLV partes (sexagesimales) ».

5 (f. 64) Tabula ad inveniendum locum lunae in orbe signifero. Explicatio inc.: *Երթէ կամիցիս գիտել թէ ջին որում (կենդանակերպ) է և տեսանես զջինն թէ քանի (աստիճան)աւ հեռէ է ☉նէն…* « Dum scire cupis quo in zodio sit luna, vide quot gradibus luna distet a sole ... ».

6 (f. 64ᵛ) Tabula in qua dies mensis lunaris ter deni scribuntur una cum nominibus regionum caeli octo et verbis *յանդուղն է* « audax est » et *երկինք է* « caelum est ». Explicatio inc.: *Ով եղբայր եթէ կամիս գիտել զայս խառռնակիչ (աստե)ղն որ անվանեալ է շեքիր եըլտզի և հայքն քօմէշ կլան ասէն…* « O frater, cum vis scire hanc stellam turbatricem, quae vocata est *šikir eëltzi* quamque Armeni dicunt *khomēš klan* ... ».

7 (f. 65) De uno quoque zodio astrologica et geomantica pauca inc.: *Խոյն որ է ♂ ÷ եւ կամ կարիճ օրն գ̄ շաբ(ա)թի …* « Aries, qui ad Martem pertinet ÷ pariter et scorpio; pro feria tertia ... ».

8 (f. 67) Rota duorum circulorum in decem sectiones divisa ad sciendum utrum vir primum moriturus sit an mulier. Inc. explicatio: *Երթէ կամիցիս իմանալ թէ այրն առաջ մեռանի թէ կինն. կալ զերկուսին անուննն* (*sic*) *որ ի մկրտութի եղեալ է…* « Si vis cognoscere utrum maritus primum moriturus sit an mulier, sume duo nomina, quae in baptismo inposita sunt ... ».

9 (f. 67) De diebus nefastis unius cuiusque mensis inc.: *Յունվ(ա)ր ը̄ ի̄դ̄ Չար է։* « Ianuarii (dies) octavus (et) vicensimus quartus mali sunt ».

10 (f. 68) Tabella quadrata loculorum LXXXI in quibus scripti sunt bini numeri, i. e. numerus columnae et unus novem priorum numerorum ordine inverso dispositorum. Explicatio huius tabulae, quae ad multas interrogationes responsum praebet, (f. 67ᵛ) inc.: *Օ,այս թպգաքիրըս* (*sic*) *բաղում անքամ* (*sic*) *փորձեալ եւ ապ(ա)յղրեալ զայս քիրս* (*sic*) *ունելով յինքեան զնորհս ցուցանելով մ̄ն մին եւ մին պատկրազմոզաց եւ կռողաց ը(նդ) միմեանց…* « Hoc (est) regium scriptum, saepius probatum et transscriptum. Hoc scriptum

habenti ostenditur favor unius vel alterius adversariorum et invicem pugnantium ... ».

III Kalendarium cui titulus praemittitur (f. 76) *Ամսացոյց եւ ամ̄ բան կու ցուցանէ. ամիսս ամ̄ կու ցուցանէ զինչ ուտելու է եւ կամ զինչ ըմպելու է. ամէնը կու ցուցանէ խիստ աղէկ բան մի է սայ 'ի մտի քում հաւաքեայ. Ամէն։* « Ostentator mensium, qui omnia ostendit, pro uno quoque mense, quid manducandum et quid bibendum, omnia certo ostendit. Hoc est verbum bonum, hoc recipe in mente tua ». Annus kalendarii in ima pagina notatur *Թվին ռ̄մ̄ժ̄ ին սկիսքն* (*sic*) *քրքիս* (*sic*) *Ամէն։* « Anno 1212 (A. D. 1762-3) initium scripti. Amen ». Pro uno quoque mense librarius imaginem aere inpressam posuit, addito brevi commentario, in paginis aversis et in paginis rectis tabulam octo columellarum, quae continent dies zodiorum, erıantes stellas dominantes (*գօտիք աստեղաց* « zonae stellarum »), dies mensis, litteras dominicales, epactas (? *լուսնայարիր*), horas lunae, partes (horarum sexagesimales), notabilia dierum. Commentarius ianuarii inc. (f. 76ᵛ): *Յունվար և ասորիքն այս ամսուս քեռանունին* (*sic*) *ասեն. Այս ամսուս պ(ա)ղամն 'ի մարդոյ յանձն կու յաւելանայ…* « Ianuarius mensis, quem Syri vocant *kanūn at-tānī*. Hic mensis gelum addit coram homine ... »; notabilia mensis inc.: *Այսօր տ(ա)րեմուտ է հռոմայեցոց և յոյնք այս ամսուս եանարիս ասեն…* « Hic dies initium anni Romanorum est et Graeci hunc mensem vocant *ἰανουάριον* (*eanaris*) ... ». Imagines supersunt mensium iunii, iulii, octobris et decembris, quarum duae litteras praebent *P. S. C. M.* nomen incisoris, ut videtur, referentes.

IV Conlectio formularum magicarum, cuius prohoemium (f. 88ᵛ) placet referre: *իւրուսզլամէն աւարտեցաք և այլ բան եւս կայ իւր դիմացը. քրած* (*sic*) *քանծ* (*sic*) *գտանելոյ. տաւէթ անելոյ. քիմեայ շինելոյ. մուհապէթ անելոյ. ատելութիւն անելոյ. հարս փեսայ կապելոյ. կապանը արձակելոյ. բան գործ աչողելոյ* (*sic*)*. սաղմոս պատոյ* (*sic*) *չանկանելոյ. այր և կնոչ* (*sic*) *սէր տալոյ. մարդը տեղացը փախցնելոյ. չար կամքդ կորուսանելոյ. հացին սուղութի աժնութիւն իմանալոյ. մարդը փողէն կ(ա)տ(ա)րելոյ. հիւանդը իմանալոյ թէ մեռանալոց է կ(ա)մ կենդանի. սողոմօն իմ(ա)ստ(ու)նին մատանին որ նովաւ շատ բան լինի. անծնունդն ծննդական առնել սաղմոսի խորհուրդըն. վ̄ս կորուստի և պահըստի. վ̄ս ծաղկանց* (*sic* l. *ծածկանց*) *գտանելոյ զողութին գտանելոյ եւ այլ բան բաղում ոմանք լինին ոմանք ոչ եւ ես որպէս գտայ այնպէս գրեցի։ ամէն։* « Kalendarium (leg. نوروزنامه) absolvimus, nunc aliud quoque verbum, quod ex adverso stat (schema f. 89) ad inveniendum thesaurum absconditum, ad invitationem (دعوت) faciendam, ad alchimiam exercendam, ad humilia-

tionem (ربط) procurandam, ad odium creandum, ad sponsam et sponsum conligandos, ad vincula solvenda, ad faciendum ut verbum opusve fausta fiant, ad impediendum per psalmum (' Beati immaculati ', cf. f. 93) lapsum ab honoribus, ad amorem dandum viro et mulieri, ad fugandum hominem a (certis) locis, ad malam voluntatem delendam, ad intellegendam panis vilitatem vel caritatem, ad mutuum dandum (?) alicui, ad sciendum utrum aegrotus moriturus sit an vivat, ad utendum sigillo Salomonis quo multa fiunt, ad sterilem fecundam faciendam per mysterium psalmi, ad destruendum vel conservandum, ad abscondita cognoscenda, ad res subreptas inveniendas, tandem (ad sciendum) de multis rebus utrum sint an non, sicut inveni sic scripsi. Amen ». Notanda sunt schema XVI domorum cum signis geomanticis (f. 89) ac non nullae formulae ad ligaturas conficiendas, in quibus vestigia scripturae arabicae vix suspicantur.

V (f. 108) Medicamenta non nulla inc.: Այս է դեղ գլխացաւու. կշտացաւու. մ‹ջ›ացաւու. Առ... (?) չօփչինի. թ. տրամ. ղարանֆիլ. դ. տրամ. հնտխաան ջէվիզի. դ. տրամ... « Hoc est remedium contra dolores capitis, lateris vel cordis. Zingiberi (زنجبيل), drachmae IX; caryophyllon (قرنفيل), drachmae VI; nux (جوز) indica, drachmae VI ... ».

VI (f. 113) Quaedam de geomantia et astrologia altera manu et in altera charta scripta: [1] de geomantia inc.: ≐ առ. ջի տուն իրէն համար կը հարցնէ ղայիպ եղած բանի կու հարցնէ դ օր կատարի. կրակ (sic) է: « ≐ in prima domo (ostendit) rem de qua interrogatur praesentem (غائب) esse, verbum de quo agitur quarto die conpleturum. Igneum est »; [2] (f. 114) astrologica inc.: ☉ օրն է կիրակի առաջի սահաթն և է ինքն կռապաշտից թագաւոր ... « Sol est dies dominica et hora prima, ipse est rex paganorum ... ».

VII (f. 116) Tractatus de sphaera, qui, praemissa (f. 115[v]) imagine orbis et instrumentorum geometricorum, sine auctoris nomine inc.: Սկիզբն արարացուք Ա̃վ յայտնութեն և իմաստութեն (գունտ)ի արհ(ա)ստի. որ է գործիք ե‹ր›կրաչափութե. աս‹տ›ղաբաշխութեն (sic) եւ է մեծ իմաստութիւն ուսումնասիրաց: Գլուխ առաջին: մս ցուցանելոյ զգործարանն որք կան 'ի մէջ ն(ո)ր(ա) արտ(ա)քոյ կ(ա)մ 'ի ներքոյ. Եւ մէ. խ(ա)ղեցն և բոլորակացն. և զաւսերուն որ է կեսբոլորակին: Յայտաայն այն է, որ 'ի (գունտ)ին յետան կողմնէ երկու ծայրն սուր է... « Incipimus per Deum revelationis et sapientiae, de statu sphaerae, quae est instrumentum geometriae et astronomiae et est magna sapientia pro scientiae amatoribus. Caput I. Demonstratio partium quae ad eam foris intusque pertinent, de lineis et circulis, nec non de .... quod est medium circuli. Hoc a parte posteriore adparet sphaerae duo acumina esse ... »; des. mut. in titulo cap. XXXIV: Գլուխ լդ մս գիտելոյ զպ(ա)հ ծագման ֆածրին « Caput XXXIV. De cognitione horae ortus aurorae (فجر) ».

VIII (f. 126) Tabula conpendiorum e f. 55[v] sq. descripta.

Librarius, qui codicem plane ineleganter exaravit charactere *notergir*, minio et variis pigmentis usus est, tum ad litteras maiores distinguendas, cum ad haec fingenda ornamenta, quae parvolorum ludos diceres. Scriptura lineis rubris continetur dextra laevaque deductis. Paginae numeratae sunt in ang. inf. sin. notis numericis, quas vocant arabicas, 89-322 (= ff. 1-112[v]), unde intellegis folia quadraginta quattuor periisse. Pars superior foliorum madore satis pessum data. Subscriptio librarii in f. 56[v]: Եւ իւր դիմացն գրեալ կայ մի բառ մինչէ 'ի | կիրակէից մինչեւ շաբաթ գրեալ եմ (sic) {մ}եա ձեռամբ | իմով այսինքն. ղազարու որդի անարժան ծ(ա)ռ(ա)յ | այ դպիր մեղօք սեւաց‹ե›եալ և անո‹ր›ւամբ շնջացե(ա)լ | այ(սինքն) զօրաբաբէլ. որ և բազում աշխատեալ եմ | մինչև որ չիտակը քռայ (sic) և գրեցի (sic) և որք հանդիպիք յայամ քրքիս (sic) օրհնեցէք զհայրն իմ և ըվարժապետն իմ և դուք օրհնեալ լինիջիք (sic) 'ի քսէ. Ամէն. « Quod (hic) continetur scriptum est diebus dominicis, uno post alterum, diebus ferialibus exceptis; scripsi mea propria manu, ego indignus Dei servus, peccatis obfuscatus et vilis (?) nomine Zorobabel, filius Lazari, qui multum laboravi ad iuste inveniendum et scribendum. Vos, qui inveneritis hunc librum, benedicite patri meo et magistro meo et vos benedicemini a Christo. Amen ». Annus codicis 1212 (A. D. 1762-3), ut supra memoravimus, f. 76 in principio kalendarii legitur. Ff. 38[v]-48[v]. 55[v]-66[v]. 71-75[v]. 107. 110-112[v]. 113[v]. 115[v]. 125[v]. 126[v]-135 vac.

Integumentum membrana telaque nigra constans, stemmata exhibet Pii XI et Aidani Gasquet card. bybliothecarii.

16 (olim S. Officii). Saec. XVII circa med., chart., mm. 151×87, ff. 256 (+ 229[a]).

Miscellanea.

1 (f. 2) Series psalmorum secundum tonos octo distributorum inc.: ա̃ձ ի քեզ տր յո[ւսացա]յ ... « Primus rectus. In te, Domine, speravi ... (ps. 70, 1) »; des.: Դու ա̃ծ իջուսց‹ես› (զնոսա ?) « Tu, Deus, deduces eos (ps. 54, 24) ».

2 (f. 3) Nomina librorum utriusque Testamenti inc.: Ծնունդք « Genesis »; des.: յ(այ)տն(ո)ւթի յ(ով)հ(աննո)ւ « Apocalypsis Iohannis ».

3 Series cantuum ad hymnum 'magnificat' pro diversis hebdomadae diebus et tonis inc.: Մեծաց(ո)ւս(ց)է կ(ի)ր(ա)կի աւուրն ասա կ(ա)րգ(ա)ւ: Մեծացուցանեմք զքի: ա̃ձ... « Magnificat diei dominicae iuxta ordinem sume: Magnificamus Christum. (Tonus) primus rectus »: des.: ըզքեզ ա̃ծածին դ̃կ « Te, Dei genetrix. (Tonus) quartus obliquus ».

4 (f. 3[v]) Remedia: [1] Inc.: դեղ հազի սա արա առ զծոր մեղր... « Remedium tussis fac ita: sume mel fluens ... ». [2] (f. 4) Դեղ աչացաւի « Remedium ophthalmiae » inc.: Առ Ռէզէհան արմատն և ռեհան արմատն... « Sume radicem foeniculi (? pers. رازيانة) et radicem basilici ... ». [3] Դեղ քոսի « Remedium scabiei » inc.: Առ զքուխուրիկի այ(սինքն) ճաղի մուրն և դեղին քուքուրթ ... « Sume fuliginem camini et flavum sulfur (كوكورت) ».

5 (f. 5) Kalendarium seu <Տօնացոյց> inc.: *Ածայայտնութեն ճրագալուցին առաջի աւուրն գիշերին կանոնագլուխի փառ(ք)ն հաւատամ(ք)։ Եւ զգենուն քահանայք միաբան* … « Epiphaniae lucernarii dies prima, nocte. Canonis conclusio. Gloria. Credimus. Et simul presbyteri induuntur … »; des.: … *զի տէրունի են. և զս(ո)յ(ա) ճ(ա)շ(ո)ւն ն(ո)յ(ա) խրատովն արա. և անպիտան գրչիս ող(ո)րմի ասա։* « … quia dominicales sunt, et lectiones illarum iuxta earum monitionem fac. Pro scriba vero sonte dic: (Domine,) miserere ».

6 (f. 61) **Thomae Medzophetsi** de officio ut in cod. Mechitaristarum Vindobonensium 270, f. 264, apud Iacobum Dashian, *Catalog* …, part. arm., p. 682, col. 2, inc.: *Ար(ա)ր(եա)լ և ս(ա)հմ(ա)նե(ա)լ սբ վ(ա)րդ(ա)պ(ետ)էն Թումայի Մեծոփեցոյ 'ի պ(ա)յծ(ա)ռ(ո)ւթի մ(ան)կ(ա)նց եկ(ե)ղ(ե)ցւ(ո)յ խրատ յ(ա)ղ(ա)գս պ(ա)շտմ(ա)ն եկ(ե)ղ(ե)ցւ(ո)յ հ(ա)յ(ա)ստ(ա)ն(եա)ց. զի ս(ո)ս(ա) լիցի կ(ա)րգ պաշտմ(ա)նն։ Գիտելի է զի աւուր հսկմ(ա)ն գիշերայինն։ Զկնի տր եթէ շրթանցն ասի երգ տն ներսէսի* … « Consilium a sancto doctore Thoma Medzophetsi dictum et ordinatum de splendore puerorum ecclesiae propter servitium ecclesiae Armenorum. Talis enim est ordo servitii. Sciendum est quod in die vigiliae, nocte, post ' Domine, si labiis ' cantatur hymnus domini Nersetis … »; des.: … *և տուն մի 'ի Ար(ա)ր(ի)չէ ասա և ք(ա)ր(ո)զ վս հոգւոց և տ(ա)ղ քս որդի. և հ(ա)յր մեր։ Եւ այս է ճ(ա)ն(ա)պ(ա)րհ արքունի զոր կանոնեաց Թումայ վարդապետն։* « … et dic ' Domus una a creatore ', et praeconium propter animas, et canticum ' Christe, fili ', et ' Pater noster '. Haec vero via est regia, quam conposuit Thomas doctor ».

7 (f. 64) De kalendario iuliano commentatio, praemissa (f. 63v) tabella, qua indicatur quot dies unus quisque mensis habet, quot dies (*կրկնակ*) numerum integrum hebdomadarum excedunt in prima die unius cuiusque mensis, quot diei dimidiis partibus (*կիսակ*) menses solares anni Armenorum menses lunares superant. Inc.: *Տումար հռոմայեցւոցն է։ Կրկնակ ամսոց ս(ո)ս(ա) արա կ(ա)լ զյունվարի ամիսն և եւթ էէ* … « Kalendarium Romanorum est. *Krknak* mensium eorum sume v. g. mensis ianuarii: septimum quemque diem numera … »; sectiones sunt: (f. 66) de festis inmobilibus, (f. 68) <de conputo paschali>, (f. 70) brevis chronologia inde ab Adamo, (f. 71) kalendarium solis et lunae cum tabellis, quibus indicantur pro singulis mensibus dies zodiorum, stellas dominantes per dies denos, dies mensium, litterae dierum hebdomadis, numeri lunares, horae lunae, momenta temporis, (f. 78) tabula qua significantur pro uno quoque die mensis lunaris gradus et divisiones graduum, nec non praecipuae positiones lunae in mense cum numero graduum harum positionum,

(f. 79) nomina stellarum errantium latine armenice arabice, litteris tamen armenis; des. in nominibus zodiorum … <Ձ>*ուկն*։ « … Pisces ».

8 (f. 79v) De quattuor temporibus anni inc.: *Յաղագս դ̄ եղանակաց տարւոյն և բնութեանց նորին։ Գարնան բնութիւն մուհթան* … « De IV temporibus anni deque eorum natura. Veris natura tenebrosa (?) … ».

9 (f. 80) <Ordo ministerii liturgiae armenae> inde a primo praeconio diaconico. Sequuntur cantica duo: [1] (f. 85v) canticum Circumcisionis, cuius ἀκροστιχὶς *Գրիգոր* « **Gregorius** » repetitur, tum in nota praevia, tum in ipso hymno, qui inc.: *Գանձեմ համեղես և զուարթ* … « Cano suaviter ego et splendide … »; [2] (f. 86) canticum auctore **Hačatour,** cuius ἀκροστιχὶς est *բան յարողէց խաչատուր* « verbum praeconiorum Hačatour », inc.: *Բարձրեալ անքննին. բնաւից լըրութի* … « Excelse, inscrutabilis, perfecta plenitudo … ».

Որդի այ « Fili Dei... » inclusive, deinde ut in K, p. 291, Matth. 11, 25-30 pro Luc. 10, 21 sqq. posito et cum ultima precatione post pacem Փառաւորեալ է անուն քո սբ Թագաւոր ... « Glorificatum est nomen tuum, rex sancte... »; [9] (f. 97ᵛ) preces pro altera die exsequiarum parvolorum, ut in cod. K, p. 291; [10] (f. 102) preces pro animarum requie: oratio Որ դատաւորդ ես կենդանեաց և մեռելոց ... « Qui iudex es vivorum et mortuorum... » et post pacem Աւրհնեալ ես տր ած աբրահամու և սահակայ և յակոբայ ... « Benedictus es, Domine Deus Abraham, Isaac et Iacob... », Prov. 3, 9-12, lectio quae inscribitur Hieremiae Տր ամենակալ ած իղի անձինք նեղելոց, և հոգիք ձանձրացեալք յանաւրինաց ... « Domine omnipotens, Deus Israhel, vultus adflicti et animae taedio confectae a peccatoribus... », Act. 24, 14-18, I Pet. 4, 6. 7 (nomine Pauli praemisso), Hebr. 9, 11-15, Luc. 19, 1-10, deinde Հայր երկնաւոր ... « Pater caelestis... », ut apud F. C. Conybeare, op. cit., p. 59 et post pacem Աւրհնեալ ես... « Benedictus es... », p. 61; [11] (f. 109) benedictio sacrificii dominici: Աւրհնեալ ես տր ած ամենակալ որ տէրդ ես ուխտից և ած ամ պատարագաց ... « Benedictus es, Domine Deus omnipotens, qui dominus es testamentorum et Deus omnium sacrificiorum... », Gen. lectio conflata ex 4, 2 « Abel » – 5 « respexit », 8, 20-21 « suavitatis », 14, 18-20, sed ante hanc ultimam partem legitur narratio visionis cap. 15, 9 sqq. a textu biblico valde diversa; Lev. 1, 1-13 et lectio conflata ex 2, 13 + 3, 1-5 in textu aberranti, II Reg. 6, 17-19, Is. 56, 6. 7, Heb. 13. 10-16, Luc. 14, 12-15, oratio Ամենակալ ած ... « Omnipotens Deus, ... », op. cit., p. 55, et post pacem Աւրհնեալ ես տր ած ամենակալ արարիչ ամ արարածոց, որ արարեր զամ արարածս քո բարի և լաւ ... « Benedictus es, Domine Deus omnipotens, creator omnium creaturarum, qui fecisti omnes creaturas tuas bonas et probas ... »; [12] (f. 119ᵛ) benedictio crucis, ut apud F. C. Conybeare, p. 40-44, nomine Matthei perperam in principio Ioh. 19, 16-22 posito, deinde oratio Տր ած մեր՝ դու պատուիրեցեր մեզ և ասացեր, մի՛ երկիրպագանիցէք երկնի ... « Domine Deus noster, tu nobis iussisti et dixisti: nolite adorare caelum... », post pacem Որ տարածեցեր զաշխարհաստեղծ բազուկս քո ի վր փրկաւէտ խաչին ... « Qui extendisti super crucem salutarem brachia quae mundum creaverunt... », Տր ած զաւրութեց ... « Domine Deus exercituum... », duae sequentes orationes et lectiones ut p. 46 sq., Աւրհնեալ ես տր ած ամենակալ ... « Benedictus es, Domine Deus omnipotens... », p. 44, et post pacem Աղաչեմք զքեզ միածին որդի այ ... « Rogamus te, Fili Dei unice... », p. 48, Տր ած արարիչ ամ

արարածոց ... « Domine Deus, creator omnium creaturarum... », p. 50; [14] (f. 141) benedictio aquae ⟨in die Epiphaniae⟩, p. 165-178, sed praemittitur lectio Exodi, ut in codd. BD, et lectioni I Cor. titulus Hebr. perperam inponitur; [15] (f. 154ᵛ) benedictio seminis cerealium et acervi, p. 221 sq. praemissa lectione Prov., ut in codd. FH, omissa vero precatione post pacem dicenda; [16] (f. 157ᵛ) benedictio torcularis Օրհնեալ մարդասէր այ որ վս մեր մարդ եղեր ... « Benedictus es, Deus hominem diligens, qui propter nos homo factus es... », II Cor. 9, 10. 11, Marc. 4, 26-29 perperam Matth. inscript.; [17] (f. 159) benedictio fructuum Օրհնեալ ես տր այ արարիչ ամ արար(ա)ծոց որ ստեղծեր զամ երկիր... « Benedictus es, Domine Deus, creator omnium creaturarum, qui creasti universam terram... »; [18] (f. 160) ordo purificationis illius qui cibo pollutus est, i. e. cuiusdam christiani qui manducavit apud mahumetanos, vel e victimis Hebraeorum et paganorum, p. 226, add. post pacem Տր այ մեր որ զխաւսն ի առաքելոցն քոց սրբոյն պետրոսի վէմին հաւատոյ բանիւ աւրինադրեցեր ... « Domine Deus noster, qui principi apostolorum tuorum Petro (petra), verbo fidei iussisti... », p. 227; [19] (f. 161) benedictio crepitaculi; [20] (f. 163) benedictio novae portae ecclesiae; [21] (f. 164) benedictio baptisterii; [22] (f. 169ᵛ) benedictio vestium sacerdotalium; [23] (f. 170) benedictio calicis et patenae; [24] (f. 171) lamentatio sepulturae, ut in codd. Borgg. Armm. 72, f. 154 et 74, f. 66; [25] (f. 173) ⟨canticum pro mortuis⟩, cuius strophae κατ' ἀλφάβητον dispositae sunt, Ամենայն փառք մարդոյ դատարկ և ունայն ... « Omnis gloria hominis inanis et vacua... »; [26] (f. 176) carmen exsulis, ut in cod. Borg. arm. 72, f. 164ᵛ, auctore **Mkrtič Nałaš**; [27] (f. 178ᵛ) lamentatio altera, sine titulo, ut in cod. Borg. arm. 72, f. 158ᵛ; [28] (f. 180ᵛ) carmen aliud sine titulo, ut in cod. Borg. arm. 74, f. 99ᵛ; [29] (f. 182ᵛ) carmen nullo titulo, inc.: Եկայք այսաւր եղբարք ամէն. յաբրահամեան շառաւիղէն ... « Ite hodie, fratres omnes e progenie Abraham... »; [30] (f. 184ᵛ) canticum auctore ⟨**Mkrtič Nałaš**⟩, ut in cod. Borg. arm. 74, f. 68.

Codex nitide exaratus charactere *bolorgir*, non una manu, nec uno tempore, ut ostendit subscriptio, fasciculis constat decem et septem, quorum plerique seniones sunt, octavus, duodecimus et decimus quartus quiniones, novissimus vero quaternio, nunc ultimo folio carens. Primus fasciculus, qui senio erat, tria prima folia perdidit, undecimus undecim tantum folia continet, nullum tamen textus passus est detrimentum. In imis paginis conspiciuntur tum notae, ut mos est, principio et fine unius cuiusque fasciculi adscriptae, cum tituli singulorum rituum. Monita liturgica, pleraque ornamenta marginalia et litterae maiores minio picta sunt, quaedam ornamenta et paucae litterae maximae caeruleo et rubro colore. F. 187 subscriptio codicis: ⟨Շ⟩նորհիւ այն և ողորմութբ նո|րին կատարեցաւ սուրբ գիրս որ ասի | մաշտոց՝ ի մեծ մայրաքաղաքս Համիթ | ՚ի դուռն սբ կիրակոսի եկ(ե)ղ(ե)ցւոյն, զի էր | սա մինչև տղայմարդին կէսն գր(եա)լ. և | զայլ պակասն և զթերին՝ ՚ի խնդրոյ տր | կիր(ա)կ(ո)սին ՚ի յաւարտ և ՚ի գլուխ հանի. յի||(f. 187ᵛ)շատակ իւր և ծնողաց իւրոց՝ հօրն կա|նային և մաւրն Փրիաթին, և եղբաւրն (sic) | տէր կ(ա)ր(ա)պ(ետ)ին, և ամ արեան մերձաւորաց. | ի վայելումն անձին իւրոյ. և յիշ(ա)տ(ա)կ հո|գւոյ իւրոյ. ՚ի առ(ա)ջն(ո)րդ(ո)ւթե տէր բար|սեղ

րաբունապ(ո)ւն(ա)պ(ետ)ին և ամուր(ա)ն վ(ա)րդա|պետին (և ամսաւն վերպին expunct.) որ և տր | այ ընդ երկ⟨ն⟩ային աւուրս ար(ա)ոցէ զինքն։ | Ըստ սմին և զստացաւղ սորին զտէր | կիրակոս պատուական ք(ա)հ(ա)նա)յ(ի)ն հանդերձ | ծնաւղօք և ամ զարմաւք և ազգակա|նօք պահեսցէ անփորձ տր այ մեր | մինչև ՚ի խորին ծերութե զինքն և ըղ|կենդանիս իւր, և ՚ի հանդերձեալն ընդ | առաջինս սբ ք(ա)հ(ա)նայից դասուն դասա|կից արասցէ ամէն։ Գրեցաւ սա ի | թուականութե Հայոց ռծ և ը. ձե|ռամբ մեղապարտ գրչիս սուտա|նուն կ(ա)ր(ա)պ(ետ) կրօնաւորիս որ կամ ի ծա|ռայութե տր բարսեղ վարդ(ա)պ(ետ)ին || (cetera desunt folio avolso). « Gratia Domini et misericordia eius absolvitur sanctus liber, qui dicitur *maštots* (rituale), in magna metropoli Amid apud ecclesiam s. Ciryci; cum dimidius scriptus esset, sc. usque ad exsequia parvolorum (ff. 1-89), de cetero inperfectus et mancus, rogante domino Ciryco ad perfectionem et finem perductus est, in memoriam eius (Ciryci) et parentum eius, patris Kanay et matris Phriaṭ nec non fratris domini Karapet et omnium sanguine proximorum, in utilitatem personae eius et memoriam animae eius; praeside domino Basilio magno magistro et theologo doctore, quem Dominus Deus in dies caelestes accipiat. Post quem et possessorem huius (libri) dominum Cirycum dignum presbyterum una cum genitoribus et omnibus propinquis et cognatis integrum servet Dominus Deus noster usque ad extremam senectutem, ipsum adfinesque eius viventes; eumque in futuro (saeculo) priorum sanctorum sacerdotum consortem faciat. Amen. Scriptum est hoc in anno Armenorum 1058 (A. D. 1608-9) manu peccatoris librarii Karapet falso nominati monachi, qui servus sum domini Basilii doctoris... ».

Integumentum e corio nigro, cuius in operculo ant. scriptum legitur: *d. d. Paulus Awad* | *archiep*(iscopus) *Mar*(onita) | *16. X. 23.*

21. Saec. XVII, chart., mm. 130 × 93, ff. IV. 222, linn. 17.

1 (f. 2) Controversiae de sacramentis secundum doctrinam concilii Tridentini, in quattuor quaestiones, quarum tituli sunt: [1] Վիճաբանութիւնք. Ածբանութե. յաղագս սբ եկեղեցւոյ առ հասարակ։ Առաջին վիճաբանութի։ թէ զինչ իցէ խորհուրդ սբ եկեղեցւոյ և յորց մասանց բաղկանայ « Controversiae theologicae de Ecclesia in genere. Controversia prima: Quid sit sacramentum sanctae Ecclesiae et quibus elementis constituatur. [2] (f. 15ᵛ) Մի թէ խորհուրդք եղեն {ն}ամ կացութիս մարդկային բնութե, և թէ զի արդ խորհուրդ նոր օրինաց զանազանին ՚ի խորհրդոցն հին օրինաց։ « Quod sacramenta non sint pro omni statu naturae humanae, et quo modo sacramenta novae legis differant a sacramentis veteris legis ». [3] (f. 30) Ի՞նչ է զի արդ տարբերին խորհուրդք հին օրինաց ՚ի խորհրդոց նոր օրինաց։ « Quo modo differant sacramenta veteris legis a sacramentis novae legis ». [4] (f. 38ᵛ) Յաղագս սպասաւորին խորհրդոց նոր օրինաց։ « De ministro sacramentorum novae legis ». Inc. prima quaestio: Աստ նախ գիտելի է. թէ հաւատով հաւատամք զոլ սբ խորհուրդ եկեղեցւոյ. ո(ր)պ(էս) սահմանեցաւ ՚ի սրբազան ընդհանուր ժողովոյն տէրընթոյ. և թէ այս անուն խորհուրդ նշանակէ զիր ծածուկ ... « Primum hic sciendum est, quod fide credimus exsistentiam sancti sacramenti Ecclesiae, sicut definitum est a sancta oecumenica Tridentina synodo, quodque hoc nomen sacramenti significat rem absconditam... »;

des. ultima quaestio: ... և զնոյն ասեմ զայլ ստեղծուածոց. և այս բաւ է յաղագս խորհրդոցն առ հասարակ յս ամէն քս: «... et hoc dico de aliis creaturis. Hoc autem subficit de sacramentis in genere. Iesus. Amen. Christus ».

2 (f. 58) Quaestiones practicae de sacramentis, inc.: Ծանօթութիւնք բարոյական Աստուածաբանութեան. Յաղագս խորհրդոց սբ եկեղեցւոյ: Խորհուրդն, զի է անուն համանուն. ասի զբազմաց տեսակաց տարբերեցելոց. բաժանի ի յերկուս այսինքն ՚ի խորհուրդ հնոյ և նորոյ օրինաց: ունի զերիս նշանակութիւնս: « Notiones theologiae moralis. De sacramentis sanctae Ecclesiae. Sacramentum, quod est nomen ὁμώνυμον, dicitur de multis speciebus diversis; dividitur in duo, i. e. sacramentum veteris et novae legis; habet tres significationes... »; des.: Հինգ (sic). որ չար օրինակաւ պատճառ եղև մեղաց պարտաւորի բարի օրինակաւ ածել զնա ՚ի առաքինութիւն: փառք ամենասուրբ երրորդութեն հօր և որդւոյ և հոգ(ւոյ): վերջ: «V. Quicumque per pravum exemplum causa fit peccatorum, tenetur per bonum exemplum (peccatorem) ducere ad virtutem. Gloria sanctissimae Trinitati, Patri et Filio et Spiritui. Finis ». Sectionum tituli sunt: [1] (f. 65v) Յաղագս հերաց հատանման « de capillorum tonsura »; [2] (f. 68v) յաղագս դռնապնու(թ)ե « de ordine ostiarii »; [3] (f. 70) յաղագս ընթերձողութե « de lectoratu »; [4] (f. 71) յաղագս երդնեցողութե (sic) « de ordine exorcistae »; [5] (f. 72) յաղագս ջահնկալութե « de ordine acolythi »; [6] (f. 74v) յաղագս կիսասարկաւ(ա)գ(ո)ւթե « de subdiaconatu »; [7] (f. 79) յ(ա)ղ(ա)գս աւագ սարկաւ(ա)գ(ո)ւթե « de praestanti diaconatu »; [8] (f. 82v) յաղագս քահանայութե « de presbyteratu »; [9] (f. 122) յաղագս խորհրդոյ ապաշխարութեան « de sacramento paenitentiae »; [10] (f. 127) յաղագս ընդդէմ տասն պատուիրանացն այ « de (peccatis) contra decem praecepta Dei »; [11] (f. 154) յաղագս բանսպասանաց (sic) « de obtrectatione »; [12] (f. 156v) յաղագս խնամախօսութե. այսինքն. նշանտուքին « de sponsalitiis »; [13] (f. 174v) խրատք յաղագս խոստովանութե « consilia de confessione ».

3 (f. 194) Descriptio ecclesiarum urbis Romae, inc.: Ի մեծն Հռոմ անցման (sic) եկեղեցին եօթն: Պատրիարքական և Աթոռանիստ Սրբազան Հայրապետին եկեղեցին կոչի Սրբոյն Յօհաննու Լատերանու... « In magna Roma peregrinatio ecclesiarum septem. Ecclesia patriarchalis et cathedralis sancti pontificis vocatur sancti Iohannis Lateranensis... »; des.: ... և յետ այսր ամենայնի տան զմատանին յաջոյ ձեռին. հաւանութեամբ ամենեցուն բազմեցելոցն. այսինքն. երկոտասանիցն վարդապետանն ի

փառս մեծագոյնս այ. և ի պարծանս ազգիս մերոյ: Ամէն: « ... atque post hoc cuique dant anulum in manu dextra cum adprobatione omnium considentium, scil. duodecim professorum in gloriam magni Dei et honorem populi nostri. Amen ». Notanda sunt quae scribit auctor de ecclesia s. Mariae aegyptiacae pro Armenis urbis Romae deque alumnis Armenis in conlegio de Propaganda Fide, quorum doctoratus in fine narratur.

Folia codicis littera *notergir* exarati velo serico sunt recens cooperta. Tituli rubri. Fasciculi sunt terniones XXXVI (ff. 2-216) in mg. imo primae et ultimae paginae signati notis numeralibus armenis et illis quas arabicas vocant; ultima tantum nota ultimi fasciculi desideratur in folio puro relicto. Paenultimum folium item purum excisum est. F. 1: *Controversię* | *Theologicę* et alt. man. *Armenicè scriptae;* praeter ea manu mea: *a S. Cong*(regatione) *pro Eccl*(esia) *Orient*(ali) | *4. II. 24.* Ff. I-IV. 1v. 57v. 216-222 vac.

Integumentum tela viridi et membrana alba constans tesseras gentilicias praebet Pii XI et Aidani Gasquet card. bybliothecarii.

22. An. 1709, chart., mm. 193 × 154, ff. 8.

Armena translatio theseon quae latine typis expressae sunt praemisso titulo *Conclusiones* | *latino-armenae.* | *ex sacra theologia.* | *palam ad disputandum propositae.* | *quas Eminentissimis, ac Reverendissimis.* | *Principibus* | *S. R. E.* | *de Propaganda Fide* | *Cardinalibus* | *D. D. D.* | *Alumni Collegij Pontificij Leopoliensis* | *Sub Directione Clericorum Regularium.* | *S. Sedis Apostolicae* | *Missionariorum.* | *Anno Domini 1709. Mense Die* | . Inc.: Եզրակացութիւնք աստուածաբանականք: յ(ա)ղ(ա)գս սրբազանի վարդապետութե. ա. Սրբազան վ(ար)դ(ա)պ(ե)տութի. ուղղակի ստ(ո)րագրի ... « Theses theologicae de sacra doctrina. I. Sacra theologia recte describitur... »; des.: ... հակադարձաբար ոչ եղև ՚ի նմա զօրութի հ(ա)ւ(ա)տոյ: « e contrario minime fuit in eo virtus fidei. Finis ».

Codex nitide scriptus charactere *notergir* editioni latinae subicitur.

Integumentum corio constans obscuro opercula exhibet in paginis externis et in acie aureis impressionibus decorata. In schedula angulo inferiori sinistro paginae externae operculi anterioris adglutinata legitur antiqua nota libri *P* | *231.*

23. Ann. 1747-8 (Arm. 1197, cf. f. 587v), chart., mm. 156 × 97, ff. 587, linn. 14.

Horologion seu ‹ժամագիրք›, cuius praecipuas editiones recensuimus in descriptione cod. Borg. Arm. 1. [1] (f. 3) Ad nocturnum, ut in ed. Hierosolymitana an. 1866, p. 10-178, paucis mutatis, scil. primi hymni s. Nersetis habetur tantum ultima alternatio Զարթուցեալքս ի զբաղմանէ ... « Evigilantibus nobis e somno... », orationi Զքեզ գոհանամք ... « Gratias agimus tibi... » praemittitur hymnus Ածածին մայր քո իմ յոյսն ... « Dei genetrix,

mater Christi, spes mea... », evangeliis mortuorum addita sunt Io. 13, 1-15 et 14, 15-24 et versus alleluiatici in fine positi sunt post cantus *թագաւորք* « Reges » nuncupatos; ² (f. 174) ad matutinam horam, titulo in pag. praecedenti praemisso, ibid., p. 179-308, hymnis tantum post canticum « patrum », Dan. 3, 5-88, alio ordine dispositis; sed, foliis avolsis, perierunt post f. 237 a praeconio dierum dominicarum p. 247, l. 10 usque ad praeconium s. Gregorii inluminatoris p. 249, l. 4 [*լուսաւո*]*րիչ*, post f. 253 Marc. 7, 36 sq. et Luc. 9, 37-40 p. 263, l. 16-264, l. 54, post f. 268 ps. 85, 17 a verbo [*տեսցեն*] « ut videant » et precatio in festo sanctorum omnium p. 280, l. 2-281, l. 9; ³ (f. 293ᵛ) ad solis ortum, ibid., p. 309-328; ⁴ (f. 312) ad horam tertiam, p. 329-339; ⁵ (f. 323) ad horam sextam, ibid., p. 340-349; ⁶ (f. 331) ad horam nonam, cum cantibus in missa, quos vocant *ժամամուտք* « introitus » et *մեսեդիք* « antiphonae », ibid., p. 350-449, quibusdam in ordine precum mutatis, quae non iuvat referre; post f. 374, sex foliis avolsis, desiderantur p. 397, l. 16-403, l. 15 [*օրհ*]*նութի*; ⁷ (f. 437) benedictio mensae pro corporali cibo potuque, ibid., p. 450-456; ⁸ (f. 444ᵛ) ad horam vespertinam, ibid., p. 457-496; ⁹ (f. 476) ad horam pacificam, ibid., p. 497-544; ¹⁰ (f. 250ᵛ) ad horam quietis, ibid., p. 545-618.

In f. 1 sq. exstat pars hymni ad B. M. V., cuius singulae strophae singulis litteris incipiunt, ita ut habeatur inde a strophe decima quarta mut. *փրկիչ տր և արքայ տր ողորմեայ* « Dominus salvator, et Dominus princeps, miserere »; des. ultima strophe: *... առ որդիդ քոյ մաղթեալ վն իմ* « ... Filium tuum roga pro me ».

Codex littera *notergir* mediocriter scriptus fasciculis uno et octoginta constat. Quattuor folia continent fasciculi 6. 9. 11. 15. 32. 40. 43. 50. 51. 64. 81, tria tantum habet vicensimus, folio uno avolso. Sex foliorum est fasciculus vicensimus tertius, septem sunt, nullo textu detrimento, vicensimus quartus et quinquagesimus nonus. Ceteri fasciculi quaterniones facti sunt, sed primus, trigesimus octavus, quinquagesimus quartus, septuagesimus sextus folium unum perdiderunt, trigesimus quartus duo, quinquagesimus tertius quinque. Fasciculis notae minime sunt adpictae, sed paginae signatae sunt in margine inf. notis quas vocant arabicas, manu tamen satis inperita, quae scribit 8801 pro 881, 91 pro 901, 9023 pro 923, 10 0 11 pro 1011, 10 IC 601 pro 1061, 100 104 pro 1104, 100 28 pro 1128, 100 809 pro 1189, 1000 10090 pro 1190. Scriptura lineis nigris continetur ex utraque parte paginarum deductis. Litterae maiores et maximae variis pigmentis distinctae. In pagina interna operculi anterioris legitur *1731 ամբա* (?) *մէչ* et alt. manu: *Ա... գիրքս կ.. | .ես այս ես գրի|գոր որդի տիրացու | օհանիան. ես | ղազար որդի խաչ|ատուրեան. ես | լուսիկ որդի բա|տրուպանեան. ես գրեճուն որդի | Աստղագրի* (?) | *վօվօր գրեցա զսա | Թուղթըս նոցանէ. | մեկ. աղօղ...* « ... ego Gregorius filius clerici Ohanian, ego Lazarus filius Ḫačatourian, ego Lousik filius Batroupanian, ego Gretčoun filius Astagri (?) ... ». F. 2ᵛ currenti calamo scriptum est: *Վան Հիշատակի* (*sic*) *Հայեոց* (*sic*) | *Ջամեն տըվաւ զսա Ջամա|քիրքը* (*sic*) *Պ. գագիցը ն. հ.* | *Օհանի տիրացու Եսայեան* | *կարասս ... չար նոր իրես* | *պապը ձերամի* (*sic*) *գըրել է* | 1731 *Ա<ս>տ<ւա>ծ ողորմի հօ|գւ<ոյ>ն. aquisitor 832* | *22ª Xbris. տր Անդօն* | *Պետրովիչեան* | *պարեկան* | *Հայեոց Ջամին* « In memoriam communitati (جامعة) Armenorum dedit hoc horologion P. Gagits filius ... clerici Iohannis Esayean ... quod

eius avi manu scriptum est (anno) 1731. Deus misereatur animae (eius). (an.) <1>832 (die) 22 decembris. Dominus Antonius Petrovičean, cappellanus communitatis Armenorum ». F. 44ᵛ in margine imo: *Lucas filius Nicolaij* | *1729*. F. 587ᵛ: *Թօվականն* (*sic*) *Հայոց Հազար | ու է ՃԿԷ գարին: | Ապրիլի ամսուն | 13 ի գըրվեցաւ օվ | անես տիրացուին ժամա|նակըն գրիգ* (?) *գիրգոր* (?) *ըօ օհանի* « Epochae Armenorum anno millesimo et 187 mensis aprilis die 13 (= 13 apr. 1738) scripsit Iohannes clericus tempore ... Gregorii ... Iohannis ». Sigillum bybliothecae ecclesiae Armenae Elisabethopolitanae conspicitur inpressum in pag. int. operculi anterioris et in ff. 3. 48. 194. 254. 376. 413. 453. 517. 547. 587ᵛ.

Integumentum e corio castanei coloris. Acies foliorum fusco colore tincta.

24. Saec. XV et ann. 1491-2 (Arm. 941, cf. f. 293), chart., mm. 143 × 98, ff. I. 302, linn. 22-24.

Hymnarium seu *շարական*, cuius seriem hymnorum in adpendice I repperies, des. mut. in verbis laudum resurrectionis D. N. I. C. toni IV *մարիամ*[*ն զբանն*], ut in ed. Constantinopolitana an. 1710 p. 683, l. antepaen. Praecipuas discrepantias ab hac ed. tantum notamus, neglectis minoribus omissionibus vel additionibus, neglecta praesertim omissione aliquot hymnorum qui ad matutinam horam post Magnificat dicendi sunt et in ff. 285ᵛ-291 videntur consulto additi alt. manu: ¹ (f. 19) in festo Adnunciationis hymnus alter <ad Magnificat>, ut in cod. Londinensi Musei Britannici add. 18.603 inc.: *Ուրախ լեր մարիամ որ ածածին...* « Gaude, Maria, sancta Dei genetrix... », ² (f. 32ᵛ) hymni qui ad Magnificat dicuntur, iuxta tonos octo distributi, cf. hymnarium Vałaršapatensem an. 1888 *Ձայնքաղ շարական...* p. 46-48 et descriptionem hymnarii Amstelodamensis an. 1664 apud Fredericum Cornwallis Conybeare, *Catalogue of the Armenian mss. in the British Museum*, Londini, 1913, p. 98, col. 2, n. 13; inc.: *Յարուցելոցն ի մեռելոց բնակարան մայր և կոյս...* « Habitatio eorum qui resurrexerunt a mortuis, mater et virgo... », ³ (f. 80) omittitur prima pars canonis s. Gregorii inluminatoris, i. e. benedictio ad nocturnum dicenda, in ed. Constantinopolitana p. 193-203, l. 7, cf. cod. Musei Britannici add. 8.999 apud F. C. Conybeare, loc. cit., col. 99, ⁴ (f. 101ᵛ) hymnus prior **s. Nersetis** inseritur in canonem magnae parasceves post p. 252, l. 5 ed. Constantinopolitanae i. e. ante verba *Արծաթասիրութեամբ մոլեալ յուդայ...* « Pecuniae amore seductus Iudas... », ⁵ (f. 132ᵛ) titulus dominicae adparitionis s. crucis omissus est, nullo spatio ad eum recipiendum vacuo relicto, ⁶ (f. 207) canones duo prophetarum miscentur sub unico titulo, altero post p. 485, l. 3, ed. Constantinopolitanae inserto, i. e. ante verba *Որ ընդ հողեղէն բնութ մերոյ խառնեցեր...* « Qui naturae nostrae terrestri unitus es... », ⁷ (f. 209ᵛ) titulus perperam inscribitur canoni prophetarum *կանոն սրբոց հրեշտակապետաց* « canon sanctorum archangelorum », ⁸ (f. 220ᵛ) partes duae canonis Vartanianorum dantur ordine inverso, ⁹ (f. 222ᵛ) hymnus sancti Tarachi et sociorum eius (*Տարագոսեանց*), ut in cod. Borg. Arm. 81, f. 242ᵛ, ¹⁰ (f. 229) in fine canonis Leontianorum additur sectio, quae inc.: *Յայս աւր նուիրական ուխտի տըն սանձարի...* « In ea votiva

sacrificia mitte, Domine templi... », [11] hymni horae sextae (f. 229v) et nonae (f. 230) sine titulo exstant, [12] (f. 254) post hymnum primum defunctorum, i. e. post p. 606, l. 4 ed. Constantinopolitanae additur sectio, quae inc.: *կեանք և յոյս ազգի մարդկան* ... « Vita et spes generis humani... », [13] (f. 255v) ante hymnos pro defunctis toni secundi praemittitur sectio, quae inc.: *Հայր երկնաւոր որ մարդասիրութբդ քո խնամես զքո զարարածս* ... « Pater caelestis, qui propter amorem tuum erga homines protexisti creaturas tuas... ». Foliis aliquot avolsis vel resectis, haec desiderantur: [1] (post f. 51) pars canonis LXXII discipulorum principiumque canonis Ionae prophetae, in ed. Constantinopolitana an. 1710, p. 109, l. 15 *ք ց [եղէն]* – 112, l 3 *Որ առաքեաց*, [2] (post f. 57) pars canonis dominicae II quadragesimae, ibid., p. 131, l. 5 *ըզգաւոն[ութի]* – 136, l. 2 *Ըզօր ա(ւր)հ(ն)եցէք*, [3] (post f. 141) pars canonis Adscensionis, ibid., p. 342, l. 2 *արժանաւորեա [զմեզ]* – 344, l. 8 *ըզօր*, [4] (post f. 271) finis hymnorum pro defunctis principiumque laudum Resurrectionis, ibid., p. 648, l. 6 *լոյսն* – 656, l. 1 *[սրբուհւ]ոյն*, sed codex videtur omisisse finem canonis defunctorum, inde a p. 648, l. 16, i. e. post hymnum alphabeticum, nam folium unum tantum periit. Ff. 117. 118. 190 dilaniatis vel excisis, partes minores aliorum canonum perierunt.

Aliorum hymnariorum particulae additae sunt initio et fine codicis:

1 Folia decem mm. 186 × 85 linearumque 21, quae continent: [1] (f. 3) finis hymni sanctorum XX milium, ut in ed. Constantinopolitana inde a p. 516 l. 19 *Այսաւր բանաւոր*, [2] hymnus s. Nicolai, ibid., p. 513, [3] (f. 3v) canon ss. Leontianorum, ibid., p. 534-539, l. 15 *Թողութի շնորհեսցէ մեր բազում յանցանաց ։* « remissionem donabit nostrorum multorum peccatorum », [4] (f. 4) foliis non nullis deficientibus, canon festi s. ecclesiae in die IV post festum crucis, ibid., p. 462, l. 12 *Սրբութիւն սրբոց շնորհեցեր* (ex *շնորեյեցեր*) *եկեղեցւոյ* ... « Sanctitatem sanctorum dedisti ecclesiae... » – 464, l. 10, [5] (f. 8) ex hymnis pro defunctis *Արարչագործ աստուած որ յոչընչէ գոյացուցեր* ... « Creator, Deus, qui ex nihilo creasti... », p. 621, l. 14 – paenult., *Օ՛ քեզ աղաչեմք տր բարեխաւսութեամբ սբ աստուածածնին* ... « Te rogamus, Domine, per intercessionem sanctae Dei genetricis... », *Արեգակն արդարութե քս* ... « Sol iustitiae, Christe... », p. 622, l. 15 – ult., *Փառք քեզ ած փառաւորեալ յաւիտեան* ... « Gloria tibi, Deus, glorificatus in saeculum... », p. 625, l. 19 – 627, l. 2, *Որ հայրական իշխանութբ և փառաւք գալոց ես տր* ... « Qui in paterna potentia et gloria venturus es, Domine... », ibid., p. 631, l. 7 – 635, l. 10, *Աւրհնաբանող ձայնիւ երգեմ քեզ ի բարձունս* ... « Voce laudatoria canto te in excelsis... », *Մեծ և ահեղ է աւրն դատաստանին* ... « Magna

et terribilis est dies iudicii... », ut in brev. Venet. t. II p. 151, l. 23 – 152, l. 3, *Ի հանդերձեալ նորոգմանն* ... « In magnifica renovatione... ».

2 Folia decem linn. 21-23, forsitan ad subplendas omissiones altera manu scripta, quae continent [1] (f. 285) ultima pars laudum resurrectionis D. N. I. C. ut in ed. Constantinopolitana, inde a p. 688, l. paenult. *[և ծանուցեր քո] յարութբդ ըզյարութի մեր • ընկալ զաղաչանս ։* « ... et resurrectione tua significasti resurrectionem nostram. Accipe preces », [2] (f. 285v) hymnus Theodori militis *Որ ի հանդէս մեծ ճգնութե արիաբար պատերազմեալ* ... « Qui, magna austeritate exhibita, fortiter pugnans... », ut in cod. Mus. Brit. add. 18.603, f. 351, [3] (f. 286v) pars canonis, quae benedictio dicitur, s. Gregorii inluminatoris, *Ի հաւրէ զարդարեալ հայրական փառաւք պսակեալ* ... « A patre ornatus, gloria paterna coronatus... », ibid., f. 352, [4] (f. 287) hymnus post Magnificat in festo ss. Davidis et Iacobi, *Խորհուրդն յառաջ քան զյաւիտեանս ծոցոյ ծընունդ հաւրէական* ... « Mysterium ante saecula, nativitas e sinu paterno... », [5] (f. 287) in festo s. Stephani protomartyris *Այսաւր յերկնային լուսոյն ընդունարան* ... « Hodie receptaculum caelestis lucis... », [6] in festo ss. Petri et Pauli *Աստուա⟨ծա⟩ծին խորան լուսոյ և բնակարան բանին աստուծոյ* ... « Dei genetrix, tabernaculum lucis et habitatio Verbi Dei... », [7] (f. 288) in festo ss. filiorum tonitrus (Iohannis et Iacobi) *Աստուա⟨ծա⟩ծին տաճար լուսոյ* ... « Dei genetrix, templum lucis... », [8] (f. 288v) in festo s. Ionae *Ուրախացիր ածածին անարատ սրբուհի* ... « Laetare, Dei genetrix, inmaculata, sancta... », [9] in quadragesima *Ուրախացեր ածածին վերին պետութեց բարձաւղ տրութեց* ... « Laetare, Dei genetrix, superior potestatibus, excelsior dominationibus... », [10] in festo sanctorum XL *Ուրախացեր ածածին խորհրդարան հաւր անեղին* ... « Laetare, Dei genetrix, consilium Patris increati... », [11] (f. 289) in dominica palmarum seu floricultus *Աստուածածին մայր տն և կոյս անապական* ... « Dei genetrix, mater Domini et virgo inconruptibilis... », [12] (f. 289v) in festo adscensionis D. N. I. C., titulo in pag. praecedenti praemisso, inc.: *Անըսկիզբըն բանդ անճառելի ծընունդ հաւր* ... « Nativitas ineffabilis Verbi Patris sine principio... », [13] sine titulo, inc.: *Որ ի ամսեան վեցերորդի առաքեցաւ հրեշտակապետըն գաբրիէլ* ... « Qui in mense sexto missus est, archangelus Gabrihel... », [14] (f. 200) in festo ss. prophetarum, inc.: *Հրաշափառ տեսութի մարգարէից զքեզ ծանուցեալ յառաջագոյն կոյս երանեալ* ... « Magnifica visio prophetarum te manifestavit primum, virgo beata... », [15] (f. 290) in festo ecclesiae, inc.: *Աստուածածին* (*ած* minio suprascr.) *սբ կոյս, որ ըզբանն անեղ մարմնով ի քեզ կեցեր* ...

« Dei genetrix, sancta Virgo, qui vivebas Verbum increatum habens incarnatum in te... », [16] in festis pontificum, inc.: Աստուածածին մարիամ հարսն լուսոյ արքայականն... « Dei genetrix, Maria, sponsa lucis regiae... », [17] (f. 291) in festo ss. archangelorum, inc.: Աթոռ անճառ բանին այ... « Thronus ineffabilis Verbi Dei... », [18] hymnus post canticum puerorum in festo s. Menae, inc.: Զյիշատակ վըկային սըրբոյն Մեծին Մինասայ... « Memoriam martyris magni sancti Menae... », [19] in festo s. Crucis, inc.: Այսօր ծանեաք ըզծառըն կենաց... « Hodie manifestavimus arborem vitae... », [20] (f. 291v) in sabbatis ad vesperam, inc.: Անըսկիզըն աստուած համապայծառ ամենասուրբ երրորդութի... « Deus sine principio, splendidissima, sanctissima Trinitas... », ut in codd. Borgg. Armm. 80, f. 277 et 81, f. 230, [21] (f. 292) hymnus in sacrificio missae dicendus, inc.: Խորհուրդ խորին անհաս անըսկիզըն, որ զարդարեցեր զվերին պետութիւնս... « Mysterium profundum, incomprehensibile, sine principio, qui ornasti supernas potestates... ».

3 Folia octo mm. 128 × 90 linearumque 25, quae continent: [1] (f. 295) hymnus *κατ' ἀλφάβητον* in honorem s. Gregorii inluminatoris, inc.: Այսօր զուարճացեալ ցընծայ եկեղեցի... « Hodie gaudens exsultat ecclesia... », ut in brev. Venet. t. II p. 266, cf. cod. Mus. Brit. add. 18.603, f. 387, [2] (f. 229v) hymnus *κατ' ἀλφάβητον* inc.: Արևելք գերարփին և աւթարան լուսածնին... « Luminosus oriens et habitaculum lucem generans... », qui repperitur in brev. Venet., t. II, p. 962, vel in fine ed. Constantinopolitanae, p. 691 et codicis Mus. Brit. add. 18.603, f. 391v; ultima pars hymni, scil. inde a strophe Ցընծայեց, manu recentiori restaurata est in alia charta (f. 302).

Frustulum codicis membranacei litteris uncialibus seu *erkaṭagir* rectis saec. XI, ut vid., exarati partem superiorem columellae sinistrae et paucas litteras dexterae continens, quod custodiae modo in fronte codicis adsutum est, praebet in pagina aversa Io. 6, 4-5 ժողո[վուրդ], in recta vero 6, 16 իջին – 17 ծովուն.

Folia, quae supersunt e pristino codice, 13-284, nitide exarata charactere *bolorgir* in viginti fasciculos distribuuntur, qui praeter primum et sextum 12 foliorum, septerniones sunt. Nunc vero 13 folia habent tertius, decimus et ultimus, 12 quartus, aliis foliis iam diu, ut vid., deperditis. Litterae maiores titulique rubra, litterae maximae et ornamenta, tum illa quae in marg. canonum initia indicant, tum illa quae portas (ff. 36. 112) vel fascias imitantur (ff. 19v. 57. 87v. 149v. 191. 234. 252v), et festa potiora praecedunt, pigmento fusco delineata sunt, viridique aliquotiens tacta. Imagines conspiciuntur in marg. f. 42v (David fidibus canens), f. 140 (D. N. I. C. digitis manus dexterae duobus benedicens), f. 163v (s. Iohannes Baptista), f. 170 (s. Rhipsime). In fronte libri (f. 13) B. M. V. puerum Iesu in ulnis gestans coloribus picta. Vestigia antiquae refectionis ubique manifesta sunt; f. 166 subpletum. Librarii memoriae, sine nomine, leguntur (f. 87) Զմեղապարտ գծողս յիշեայ տր « Sontis librarii recordare, Domine »; (f. 190v) Զանարժան գծողս յիշեայ ի տէր « Indigni librarii recordare in Domino ». Subscriptiones f. 111v Զանարժանս եկեղեցւոյ զասւս « Indigni Alexandri (?) falso... » et Կիւրս յիշեա քս « Cyriaci recordare, Christe » manibus diversis scriptae ad quosdam lectores pertinent. Subscriptio f. 292v illius videtur qui ff. 285-292 exaravit: Ով գոյք լուսերամից. և հանդիսի | կայծառք (*sic*) արփիափայլք. ծիծառ|նք բանաւորք. գուշակ գարնան | հոգևորք. ծաղիկ պարտիզաց. բու|սողք շուշանից. գեղազարդեալք 'ի | բանաւոր երկրի. ի դիտանոց սիոնի. | մաւրն վերնոյն եմի. մանկունք որ եկե|ղեցոյ. Ցիշեցէք 'ի բարին քս. զաստացողք որ սուրբ. զերբարեր ք(ա)հ(ա-նա)յքն. ըղ|մխիթար. զյոհաննէս. և զխաչատուր || (f. 293) և ծնաւղսն իւր(եան)ց. զներսէս ք(ա)հ(անա)յ. և զստե|փանոս ք(ա)հ(անա)յ. զնոնոփար. և զբաղդատ | և զկողակիցսն. զթաւրէզ. և զշարփաթ | և զորդին իւր. զգեղեցկաթիւն. զիմաստ|ունն. զքաջամարտն. զարի և քաջ | սարկաւագն զյակոբ որ յայսմ ամի | փոխեցաւ առ քս. և սուգ անմխիթար | եթող զծնողացն իւրոց: արդ աղաչեմ զհան|դիպողքդ սմա: որ սրտի և լեզուաւ ասացէք. և ած ձեզ | ողորմեսցի. յահեղ աւուրն դատաստանի. | Նորոգեցաւ երաժշտական սուրս. Ջ. և (?) | խա. թվին. ձեռամբ մեղաւոր ծերի | ատոմի. ի վայելումն գպ(ի)րացն. ներսէ|սի. վարդանի. թադէոսի. և ստեփա|նոսի. Զորոց վայելել տայ ն(ո)ց(ա) ած ընդ | երկայն աւուրս. մինչ ի խորին ծերութին | առ ողջ հոգով. և մարմնով. ամէն: « O ordines splendentium turmarum, magnificique coetus ut sol coruscantes, hirundines rationabiles, quae ver spirituale adnunciant, flores hortorum, quae lilia praeferunt terramque spiritualem ornant, custodes Sion, matris, supernae Hierusalem, filii sanctae ecclesiae, conmemorate apud bonum Christum illos qui dederunt sanctum librum: presbyteros qui sancta diligunt Mḫiṭar, Iohannem, Ḫačatour et parentes eorum, Nersetem presbyterum et Stephanum presbyterum, Nonophar et Bałtad cum mulieribus, Ṭaurēz et Šarpaṭ, nec non filium eius, forma pulchrum, sapientem, excellentem, fortem et strenuum diaconum Iacobum, qui hoc ipso anno migravit ad Christum et in luctu inconsolabili reliquit parentes suos. Qua propter rogo vos, qui hunc (librum) sumpseritis, sancto corde et sincera lingua dicite 'Deus, miserere'; et Deus vobis miserebitur in tremenda die iudicii. Renovatus est hic musicus liber anno 941 (A. D. 1491-2) manu peccatoris senis Atom ad utilitatem lectorum Nersetis, Vartan, Taddei et Stephani, quibus concedat Deus hoc (libro) diu uti per longos dies, usque ad protractam senectutem sani mente et corpore. Amen ». Praeter fragmenta hymnorum, quae scripta sunt variis manibus in ff. 1v. 2. 294, et, ni fallor, 293v notae tres quorumdam lectorum. F. I videtur legendum: Ես մաթէ(ո)ս | ես օհանէս | ես կասպար տր Յօհա|նէս (ex Յօհանէս) սոկ... | որ ի թվին | ռ ճկե | ունվարի ա օրն | շաբաթ | օր « Ego Mattheus, ego Iohannes, ego Gaspar (*Kazbar*), dominus Iohannes... anno 1165, die sabbati, prima ianuarii (1 ian. 1716)[1] ». F. Iv atramento flavescenti: Թվ(ին) ռճծգ | ամսեանոկտեմբերի ժե օրն կիր|ակի ընծայեցաւ դուստր (*sic*) ան|ուն հռիփսիմէ ած անփորձ | և անսասան պահէ մինչև | խորին ծերութեան | ամէն գրեցաւ ձեռամբ | մինասի դպրի | մեղաւոր ծ(առ)ա(յ)ի այ | տր լուր մեզ | ած քաւեա | զմեղաւորս | ի մեղաց և կեցոյ: « Anno 1153, mense octobri, die 15 (15 oct. 1703 A. D.)[1] die dominica, nata est filia nomine Rhipsime; Deus conservet eam sanam et firmam usque ad summam senectutem. Amen. Scriptum est manu Menae lectoris peccatoris, servi Dei. Domine, audi nos; Deus iustifica peccatores a peccatis et vivifica ». F. 1: Թվին ռճձին (ex ռճձդին) վարձեյ | ինք վարուլի եայէն ա աղջիկ մը | պուգուր բոբային դուստրըն (sic vid.) | վարձ կու տամ իրեն ա մուշ | գալ մը ու չուխէ բոլքայ | ու բամ<պա>կէ շապիկ ու ա | ճուֆդ մը կօշիկ ու ա | գօլգխու կապիչ ու ա | գօտի մը բեռունը: « Anno 1180 (A. D. 1730-1) conduxi ego ipse Varouli .. (?) puellam unam pulchram (*bucur*), filiam presbyteri (*popa*); re pretium solvo: unam pellitam vestem, pallium (*polca*) de panno, gossypinum indusium, calceamentum unum de corio russico (*iuft*), unam ... fibulam, unam ... zonam ». F. 302v: Ես մաթէոս ... | ... տր որ ի թվին | ռ ճկե | ունիսի | ա օր հ(ի)նգշաբ(աթի) « Ego Mattheus, anno 1165, (mense) iunio, die prima, feria quinta (= 1 iun. 1716)[1]. Sigillum bybliothecae ecclesiae Armenae Elisabethopolitanae conspicitur in paginis internis operculi et in ff. I. 1. 3. 39. 52. 91. 119. 142. 146. 172. 201. 226. 249. 270.

Integumentum e tabellis ligneis constat corio fusco coopertis eque lacinia ad aciem foliorum protegendam.

[1] Feria diei non respondet.

25. An. 1781 (cf. f. 177^v), chart., mm. 225 × 172, ff. 180. linn. 26.

Rituale cuius titulus est in f. 2: *Rituale* | *Romano-Armenum* | *Authoritate* (sic) | *Illustrissimi ac Reverendissimi Dñi* | *Dñi Ioannis Tobiae Augustinovics* (sic), | *Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archi-E*|*piscopi Leopoliensis etc. etc. ac per Ma*|*gnum Tran*(ssilva)*niae Principatum Visi*|*tatoris Apostolici recogni*|*tum et approbatum.*

1 (f. 3) Litterae Iohannis Tobiae Augustinowicz rituale adprobantes d. 15 april. 1728, inc.: Յօհաննէս Տօբիայ Ավկուզդինօվիչ, Այ և Առաքելական Աթոռոյն Արհիեպիսկոպոս Լէօպօլսի․ և ընդ բոլոր թագաւորութեան Լէհաց, և Մեծի Դքսութեան Լիթվանիոյ Հայոց, Եպիսկոպոս Մօլտաւիոյ նոյն Ազգին Հայոց․ Սրբազան տն մերոյ Փափին Պրէլատ ընտանի և Առընթերականաց: Յորմէ հետէ Ածային գթութեամբ յԱրհիական աստիճանն բարձրացաք... « Iohannes Tobias Augustinowicz, Dei (gratia) et Apostolicae Sedis Archiepiscopus Leopolis et totius regni Poloniae magnique ducatus Lithuaniae Armenorum, episcopus eiusdem nationis Armenorum Moldaviae, sanctissimi domini nostri Papae praelatus domesticus ac familiaris. A die quo Dei clementia archiepiscopalem gradum adscendimus... ». Editio dicitur parata a doctore Stephano Stephanean antiquorum codicum ope, additis ritibus iuxta rituale Romanum mutuatis. Des.: ... և հաստատեցաք, այսուհետև վարեսցին, զխիղճ մնաց նոցին ծանրացուցանելով, պարտաւորեմք: Գրեցաւ յԱրհեական Պալատան մեր 'ի Լէօպօլիս․ Յամի Տն 1728․ Ապրիլ ամսոյ ժե: « ... et adprobavimus, ut exinde valeant, obligamusque gravata conscientia. Scriptum est in nostris aedibus archiepiscopalibus, Leopoli, anno Domini 1728, mensis Aprilis (die) XV ».

2 (f. 4) De sacramentis in genere, iuxta rituale Romanum, versio diversa ab ea quae exstat in codice Mechitaristarum Vindobonensium 502, p. 57 sq., apud Iac. Dashian, *Catalog...*, part. arm., p. 973, inc.: Հասարակ խրատք յաղագս այնոցիկ զորս ի պաշտել զմբ խորհրդ հասարակաբար պահել պարտ է: Զի այնոքիկ, որք 'ի հին սահմանադրութեանց կաթուղիկէ եկեղեցւոյն, և 'ի վճռոց սբ կանոնաց, և ծայրագոյն հայրապետաց ... « Generalia monita de iis quae in administratione sanctorum sacramentorum generaliter servare oportet. Ut ea, quae ex antiquis catholicae ecclesiae institutis, et sanctorum canonum, summorumque pontificum decretis... ».

3 (f. 6) De sacramento baptismi: [1] de sacramento baptismi rite administrando ut in rituali Romano, [2] (f. 11) ordo baptismi parvolorum, i. e. interrogatio praevia iuxta rituale Romanum, oratio Տրած մեր,ած բարերար... « Domine Deus noster, Domine bone... », ut in rituali Armeno, ed. Venet. an.

1840, p. 3, deinde, psalmis omissis, praeconia et orationes, ibid., p. 8 sq., interrogationes et symbolum apostolorum Romane, psalmi 117 et 99, Որ կոչեցեր զծառայս քո... « Qui vocasti servum tuum... », in ed. Veneta p. 24, forma baptismi, fere ut in rituali Armeno brevior tamen, Matth. 3, 13-17, oratio dominicalis et orationes ut in ed. Venet. p. 27 sq., [3] (f. 14^v) de sacramento confirmationis e rituali Armeno, [4] (f. 16) monitum de baptismo conpluribus administrando et de baptismo illius qui versatur in periculo mortis, ut in rituali Romano, [5] (f. 16^v) de caerimoniis subplendis super baptizatum iuxta ritum Armenum, [6] (f. 18^v) de baptismo adultorum, in quo post psalmos 24. 25. 26 Armena elementa et Romana miscentur, cum orationes ad ritum Armenum pertineant, non tamen interrogationes, benedictio salis, ultimus exorcismus, ceteris omissis, [7] (f. 27) benedictio fontis in die Epiphaniae iuxta ritum Armenum, [8] (f. 34^v) benedictio fontis, secundum rituale Romanum.

4 (f. 36) De sacramento paenitentiae e rituali Romano: [1] monita generalia, [2] (f. 36^v) ordo ministrandi sacramentum paenitentiae, [3] (f. 38^v) absolutionis forma, [4] (f. 39) de absolutione ab excommunicatione in foro exteriori, [5] (f. 39^v) ritus absolvendi excommunicatum iam mortuum, [6] (f. 40^v) de modo absolvendi a suspensione vel interdicto.

5 (f. 41) De sanctissimo eucharistiae sacramento: [1] monita generalia e rituali Romano, [2] (f. 42) ordo administrandi sacram communionem, ibid., [3] (f. 43^v) de communione paschali, ibid., [4] (f. 44) monita de communione infirmorum, ibid., [5] (f. 45^v) ordo deferendi communionem ad infirmos, praesertim e rituali Armeno.

6 (f. 47^v) De sacramento extremae unctionis: [1] monita generalia e rituali Romano; [2] (f. 48^v) ordo ministrandi sacramentum extremae unctionis, ut in rituali Romano, sed ritui unctionis praemittitur officium noctis, fere ut in brev. Ven., p. 3, i. e. pss. 3, 87, 102, 142, praeconium զարթուցեալքս... « Exsurgentes nos... », hymnus առաւօտ լուսոյ... « Mane ad lucem... », oratio զքեզ գոհանամք... « Gratias tibi agimus... », hymnus toni quarti obliqui Ես ասացի տր ողորմեա հոգւոյ իմում բազմամեղի... « Ego dixi 'Domine miserere' in anima mea, quae multum peccavit... », qui des. in conmemoratione Crucis, ut in brev. Ven., p. 49 sq., Iac. 5, 14-16 բժշկեսցիք, Marc. 6, 7-13; [3] (f. 55^v) ritus benedictionis apostolicae in articulo mortis, ut in rituali Romano, titulo inposito, inc.: Կանոն համահաստատեալ 'ի յամենասուրբ տնէ Պենետիկտոսէ Փափէ չորեքտասաներորդէ ըստ պատշաճաւորութեն... « Ritus constitutus a sanctissimo Domino Benedicto Papa XIV cum opportunitate... »; [4] (f. 56^v) de visitatione infirmorum e rituali Romano inc.: Բարօխն... « Parochus... »; [5] (f. 58^v) Օրհնութիւն և Աղօթք 'ի վր հիւանդաց « Benedictio et preces super infirmos »: ps. 6, orationes Տր որ հայր ամենակալ

ած, արարիչ ամ արարածոց... « Domine sancte, Deus Pater omnipotens, factor omnium creaturarum... », Տր մեր Յս Քս, ած յաւիտենական, որ իջեր 'ի ստորին կողմ երկրի... « Domine noster, Iesu Christe, aeterne Deus, qui descendisti in inferiora terrae... », Ի վր հիւանդաց ձեռս դիցեն... « Super aegros manus inponent... » ut in rituali Romano, Ioh. 1, 1-14, oratio Տր մեր գթած և ողորմած... « Domine noster, clemens et misericors... », benedictio e rituali Romano; deinde resumitur ut ibid., inde a Matth. 8, 5-13 usque ad inpositionem manuum inclusive; [6] (f. 64) benedictio puerorum aegrotantium; [7] (f. 65) modus iuvandi morientes, e rituali Romano; [8] (f. 66) ordo commendationis animae, ibid., omissis evangeliis; [9] (f. 71) in expiratione, ibid.

7 (f. 72) De exsequiis: [1] monita generalia, i. e., capita I et II ritualis Romani; [2] (f. 73v) de exsequiis adultorum iuxta ritum Armenum: ps. 50, deprecatio, ut in rituali Veneto an. 1840, hymnus toni quarti obliqui, inc. ut ibid., p. 183, sed magna ex parte differt, praeconium quod edito non respondet, oratio Տր յաւիտենական... « Deus aeterne... », p. 186, II Cor. p. 190, Ioh. p. 191, praeconium et orationes, p. 192 sq., II Thess. p. 199, Ioh. p. 200, paeconium p. 186, orationes p. 201 sq., deprecatio, praeconium et oratio p. 203, Ioh. 14, 25-28, hymnus Հայր բարեգութ... « Pater clemens... », et post ps. 118, I Cor. p. 214, Ioh. p. 215, praeconium et orationes p. 216 sq., hymnus toni tertii obliqui Յանսկզբնական ծոցոյ Հօր... « E sinu aeterni Patris... », p. 196, dein secundi obliqui Հաւատ ունելով Հոգի... « Fidem habens anima... », p. 255, praeconium p. 227, orationes p. 228 sq., hymnus quarti toni obliqui Քահանայք և ժողովուրդք... « Presbyteri et populi... », lamentatio Արարիչ և մարդասէր... « Creator hominem diligens... », denique versiculi e ritualibus Armeno et Romano; [3] (f. 83v) de officio faciendo in exsequiis absente cadavere e rituali Romano, cap. V; [4] (f. 84v) de exsequiis parvolorum i. e. monita ut in capp. VI et VII ritualis Romani, dein ps. 112, perperam 117 inscriptus, ibid., hymnus quarti toni obliqui Ուրախացիր ածածին որ կուսութեց ես պարծանք... « Gaude, Dei genetrix, quae virginitate gloriaris... », oratio Որ 'ի քրոբէական, և յանպատում հանգուցեալ ես յաթոռ... « Qui in cherubico et ineffabili throno requiescis... », oratio Տր ած մեր, որ արարիչդ ես մարմնոց... « Domine, Deus noster, qui creator es corporum... », Is. 61, 9 sq., Matth. 18, 1-5, orationes Տր ած, թագաւոր յաւիտենից... « Domine Deus, rex saeculorum... », et Որդի այ և բան, որ վս մեր տղայացար... « Fili Dei et Verbum, quod propter nos parvolus factum est... » ut in brev. Ven. p. 272, I Cor. 13, 11-13, Matth. 11, 25-30, p. 277, orationes Յոյս մեր և ապաւէն Քս ած... « Spes nostra et refugium, Christe Deus... » et Քեզ երկիրպագանեմք

և 'ի քէն հայցեմք... « Te adoramus et a te petimus... », Luc. 7, 11-16, hymnus Է անուն տն օրհնեալ... « Est nomen Domini benedictum... », Sap. 5, 16-18, Marc. 10, 13-16, oratio Հայր երկնաւոր... « Pater caelestis... », p. 282, et post pacem Տր ած յաւիտենական, որ կոչեցեր զծառայս քո... « Domine, Deus aeterne, qui vocasti servos tuos... », hymnus Մանկունք զտր օրհնեցէք... « Pueri, benedicite Domino... », orationes Օրհնեալ ես բարեգութ... « Benedictus es, clemens... » et Քս ած թագաւոր մեր և յոյս... « Christe Deus, rex noster et spes... », hymnus Զքեզ աղաչեմք հանապազ... « Te rogamus semper... »; [5] (f. 89) benedictio sepulturae altera die exsequiarum, e rituali Armeno: II Thess. Luc. et orationes, p. 237-243; [6] (f. 90v) benedictio sepulturae quovis die, e rituali Armeno: hymnus Հայր բարեգութ, որ գթացար 'ի յազգս... « Pater clemens, qui misertus es gentium... », Col. p. 256, Ioh. 6, 37-39, orationes Օրհնեալ ես միածին որդի այ... « Benedictus es, unice Fili Dei... » et Քս յոյս յարութեն մերոյ... « Christus, spes resurrectionis nostrae... », p. 258; [7] (f. 92) benedictio sepulturae parvolorum altera die exsequiarum, e rituali Armeno: Is. 35, 10, Matth. 11, 25-30, orationes Օրհնեալ ես բարեխնամող... « Benedictus es, benevolens... » et Ելեր 'ի խաչ բարձրացեալդ 'ի քերովբէից... « Ascendisti in crucem, elevatus a cherubim... ».

8 (f. 93) De sacramento matrimonii: [1] monita generalia e rituali Romano; [2] (f. 94v) benedictio anulorum: hymnus Նշանաւ ամենայաղթ խաչիւդ քո Քս... « Signo invincibili, cruce tua, Christe... » in rituali Veneto p. 45 usque ad verba զի դու միայն « quia tu solus es », benedictio anuli e rituali Romano, praeconium et oratio ut in rituali Veneto p. 51; [3] (f. 95) benedictio vestium nuptialium e rituali Armeno: hymni duae primae strophae, p. 52, Is. p. 55, Ioh. et oratio p. 57; [4] (f. 96) benedictio matrimonii, post interrogationes, orationem pro benedictione anuli, quae hic iteratur, et declarationem coniugum, hymnus ut in rituali Ven. p. 67, Eph. 5, 22-33, Matth. 19, 3-6, orationes Տր ած զօրութեց... « Domine, Deus virtutum... », p. 75, et Ած որ միայն բարերարդ ես... « Deus, qui solus beneficus es... », hymnus Զքեզ աղաչեմք հանապազ... « Te rogamus semper... »; [5] (f. 99) benedictio cubiculi nuptialis, ps. 127, orationes Տր ած ամենակարող, 'ի քէն օրհնեցաւ ամուսնութիւն ծառայիս... « Domine, Deus omnipotens, a te benedictum est matrimonium servi tui... » et Օրհնեալ ես տր ած մեր, որ զնախաստեղծ ամուսինն օրհնեցեր... « Benedictus es, Domine Deus noster, qui protoplastos coniuges benedixisti... », denique benedictio thalami e rituali Romano; [6] (f. 100)

benedictio mariti post matrimonium: hymnus Որ նախխնամայ իմաստութբ անօրինեցեր զխորհուրդ սբ եկեղեցւոյ ... « Qui providenti sapientia instituisti sacramentum sanctae ecclesiae... », orationes Փառք քեզ թագաւոր յաւիտենից ... « Gloria tibi, rex saeculorum ... » et Տր ած մեր, որ յամ ժամ ընդ մեզ ես ... « Domine, Deus noster, qui semper nobiscum es... », [7] (f. 101) benedictio mulieris post matrimonium: ps. 66, versiculi et oratio Տարածեա տր աղախնոյս քում... « Extende, Domine, ancillae tuae... » quae ex latino translata sunt, verba Մուտ 'ի տուն այ ... « Ingredere domum Dei... », ut in benedictione post partum in rituali Romano, ps. 99, oratio Ամենակարող մշտնջենաւոր ած, ստեղծող երկնի և երկրի ... « Omnipotens, sempiterne Deus, creator caeli et terrae... »; [8] (f. 102) benedictio mulieris post partum: ps. 23, oratio Տր ած մեր, որ եկիր 'ի փրկութի ազգի մարդկան... « Domine, Deus noster, qui ad salvandum genus humanum venisti... », verba Մուտ 'ի տաճարն այ... « Ingredere in templum Dei... » ut in rituali Romano, ps. 99, oratio Ած, որ նորոգութիւ ես հնացելոց ... « Deus, qui renovatio senium es... », Luc. 2, 21-32; benedictio e rituali Romano.

